
LIBRARY
OF
A·S·HITCHCOCK
AND
AGNES·CHASE

Sanio 1875. — 1 B [redacted]

(J. A. Bach 5.3.24.)

2. Pio.

1860.

Joh. Rickler

CAROLI LINNÆI

Medic. & Botanic. in Acad. Upsaliensi Professs. Reg. & Ord.

GENERA PLANTARUM

Eorumque

CHARACTERES NATURALES

Secundum

NUMERUM, FIGURAM, SITUM, & PROPORTIONEM

omnium Fructificationis Partium.

Editio secunda aucta & emendata.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud { CONRADUM WISHOFF, ET GEORG. JAC. WISHOFF, Fil. Conr. } 1742.

Hæc non ſola mihi patefecit opinio famæ
Vulgaris, quæſita libris nec lectio priſcis,
Sed Labor & Studium, quibus otia longa dierum
Poſtpoſui, expertum rebus docuere probatum.

EXCELLENTISSIMO
CELSISSIMOQUE

COMITI
D^NO. CAROLO GUSTAVO
TESSIN,

REGIS, REGNIQUE SUECIÆ

SENATORI,

MÆCENATI MAXIMO

Ob summa & plane Divina in me collata beneficia, gratus hæc Genera, in perennem memoriam, devotissima mente, consecro

CAROLUS LINNÆUS.

PRIVILEGIE.

De Staeten van Holland en Weſt-Vrieſland, doen te weeten, alzoo ons te kennen is gegeven by *Coenraet en Georg Jacob Wisboff Coenraatzoon*, Burgers en Boekverkoopers binnen de Stad Leyden, dat zy Suppl^ten reets gedrukt hadden, deeze naevolgende Boeken, te weeten van Joann. Andr. Crameri Elementa Artis Docimaſticæ &^a. 2 deelen in Octavo; als meede Caroli Linnæi Med. Doct. Soc. Ac. Imp. Nat. Cur. Genera Plantarum in Octavo Critica Botanica, accedit Johannis Browallii de Neceſſitate Hiſtoriæ Naturalis Diſcurſus in Octavo, Claſſes Plantarum ſeu Syſtemata Plantarum &^a. Fundamentorum Botanicorum Pars II. in Octavo: als mede Petri Artedi Sueci Medici Ichthyologia ſive Opera omnia de Piſcibus &^a Edidit Carolus Linnæus &^a. En alzoo de Suppl^ten. bedugt waeren dat deeze voorſz. Boeken door eenige nydige en baetzugtige Menſchen 't zy binnen of buyten 's Lands, in 't geheel, of ten deele, of in eenigh ander formaet of tael deeze voorn. Werken zoude moogen koomen nae te drukken tot groot naedeel en ſchaede van de Suppl^ten. Zoo keerden zy zigh onderdaeniglyk tot Ons, Ootmoedelyk verſoekende dat Wy, zoo goet geliefden te zyn, van aen haer te verleenen Speciael Octroy en Privilegie om geduerende den Tyt van Vyftien agter een volgende Jaeren, alleen met Secluſie van alle anderen deeze voorſz. Boeken te mogen drukken, doen drukken, en uitgeeven in allerhande Formaten en Taelen met verbod dat niemant buiten de Suppl^ten. hunne Erven of regtverkrygende deeze voorſz. Boeken in 't geheel of ten deele of in wat Formaat of Tael het mogte zyn, hier te Lande zoude mogen Drukken, doen Drukken of Uitgeeven, of elders nagedrukt zynde hier te Lande zoude mogen inbrengen, doen inbrengen, uitgeeven, verruilen, verhandelen, of verkoopen, op verbeurte van alle de naegedrukte, ingebragte, verruilde, verhandelde of verkogte Exemplaeren, op zodaenige groote Pœne als Wy gewoon zyn daer tegen te Statueeren. ZOO IS 'T, dat Wy de zaeke en 't verzoek voorſz. overgemerkt hebbende, ende geneegen weezende ter beede van de Suppl^ten. uit Onze regte weetenſchap, Souveraine Magt ende Auctoriteit, dezelve Suppl^ten. Geconſenteert, Geaccordeert en Geoctroyeert hebben, Conſenteeren, Accordeeren en Octroyeeren Haar by deezen, dat zy geduerende den tyt van vyftien eerſt agter een volgende Jaeren, de voorſz. Boeken —— in dier voegen als zulks by de Suppl^ten is verzogt, en hier vooren uitgedrukt ſtaat, binnen den voorſz. Onzen Lande alleen zullen mogen Drukken, doen Drukken,

ken, Uitgeeven ende Verkoopen, verbiedende daerom alle ende eenen iegelyken, dezelve Boeken in 't geheel of ten deelen te Drukken, nae te Drukken, te doen naedrukken, te Verhandelen of te Verkoopen ofte elders naegedrukt binnen dezelven onzen Lande te brengen, uit te geeven of te Verhandelen en Verkoopen, op verbeurte van alle de Naegedrukte, Ingebragte, Verhandelde ofte Verkogte Exemplaeren, ende een boete van drie Duizent gls. daer en boven te verbeuren, te Appliceeren een derde part voor den Officier, die de Calange doen zal, een derde part voor den Armen der plaetze daer het Casus voorvallen zal, ende het resterende derde part voor de Suppl^ten, ende dit t'elkens zoo meenighmaal als dezelve zullen worden agterhaelt: Alles in dien verstande, dat wy de Suppl^en met deezen onzen Octroye alleen willende gratificeeren tot verhoeding van hunne schaede door het Naedrukken van de voorsz. Boeken daar door in geenigen deele verstaen den inhouden van dien te Auctoriseeren ofte te Advoueeren, ende veel min dezelve onder onze protectie en bescherminge eenigh meerder crediet, aanzien ofte reputatie te geeven: nemaer de Suppl^ten in cas daar inne iets onbehoorlyks soude influeeren, alle het zelve tot haeren laste zullen gehouden weezen te verantwoorden, tot dien einde wel expresselyk begeerende, dat by aldien zy deezen Onzen Octroye voor dezelve Boeken zoude willen stellen, daar van geene geabrevieerde ofte gecontraheerde mentie zullen mogen maeken, nemaer gehouden weezen, het zelve Octroy in 't geheel, en zonder eenige omissie daar voor te Drukken, of te doen Drukken, ende dat zy gehouden zullen zyn een Exemplaer van de voorsz. Boeken op groot Papier, gebonden, en wel geconditioneerd te brengen in de Bibliotheecq van onze Universiteit te Leyden, binnen den tyt van zes weeken, nae dat zy Suppl^ten dezelve Boeken zullen hebben beginnen uit te geeven, op een boete van zes hondert guldens, nae expiratie der voorsz zes weeken by de Suppl^en te verbeuren, ten behoeve van de Nederduitsche Armen van de plaets alwaer de Suppl^ten woonen, en voorts op pœne van metter daet versteeken te zyn van het effect van deezen Octroye, dat ook de Suppl^ten, schoon by het ingaen van dit Octroy een Exemplaer geleevert hebbende aen de voorsz. Onze Bibliotheecq, by zoo verre zy geduerende, den tyt van dit Octroy, dezelve Boeken zoude willen herdrukken, met eenige observatien, Noten, Vermeerderingen, Veranderingen, Correctien, of anders hoe genaemt, of ook in een ander formaet, gehouden zullen zyn weederom een ander Exemplaer van dezelve Boeken geconditioneert als vooren, te brengen in de voorsz. Bibliotheecq binnen den zelven tyt, en op de boeten en pœnaliteit als voorsz. En ten einde de Suppl^ten deezen onzen Consente ende Octroye moogen genieten als nae behooren; lasten wy allen ende eenen iegelyken dien het aengaen magh, dat zy de

de Supplten van den inhouden van deezen doen laeten ende gedoogen, ruſtelyk, vreedelyk, ende volkomentlyk genieten ende gebruiken, Ceſſerende alle belet ter Contrarie. Gegeeven in den Haege onder onzen Grooten Zegele hier aen doen hangen, op den twintigſten April in 't Jaar onzes Heeren ende Saligmakers duizent zevenhondert een en veertig.

vt

J: H: V: WASSENAER.

Ter Ordonnantie van de Staeten.

WILLEM BUYS.

RATIO OPERIS.

1. OMnia, quæ a nobis vere dignoſci poſſunt, dependent a clara Methodo, qua diſtinguimus ſimilia a diſſimilibus. Hæc Methodus quo magis naturales comprehendit diſtinctiones, eo clarior rerum nobis naſcitur idæa. Quo circa plura verſatur noſter conceptus objecta, eo difficilius elaboratur methodus, at magis neceſſaria evadit. Nullibi tot objecta humanis ſenſibus objecit Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum iſtum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo ſi ullibi pura methodus e re eſt, ſane hic; ſi Vegetabilium claram idæam obtinere ſperabimus: hinc CÆSALPINUS: *Niſi in ordines redigantur, & velut caſtrorum acies diſtribuantur in ſuas claſſes, omnia fluctuari neceſſe eſt.*

2. Nota itaque ei ſunt Vegetabilia, qui (1) ſimilia ſimilibus conjungere, & diſſimilia a diſſimilibus ſeparare novit.

3. *Botanicus* eſt ille, qui Vegetabilia ſimilia ſimilibus, & diſtincta diſtinctis Nominibus, cuicunque intelligibilibus, noſcit (2) nominare.

4. *Nomina* (3) Plantarum ſunt *Generica* & (ubi plures ſpecies) *Specifica.* Hæc debent eſſe certa & fundata, nec vaga, lubrica vel varie applicabilia; qualia antequam eſſe poſſunt, neceſſe eſt

ut ſint impoſita certis nec vagis generibus (2.6.): his enim vacillantibus vacillant & Nomina, ac per conſequens Doctrina Botanici (3).

5. *Species* tot ſunt, quot diverſas formas ab initio produxit Infinitum Ens; quæ deinde formæ ſecundum generationis inditas leges produxere plures, at ſibi ſemper ſimiles, ut Species nunc nobis non ſint plures, quam quæ fuere ab initio. Ergo Species tot ſunt, quot diverſæ formæ ſeu ſtructuræ Plantarum, rejectis iſtis, quas locus vel caſus parum differentes (Varietates) exhibuit, hodienum occurrunt.

6. *Genera* autem tot ſunt, quot attributa communia proxima diſtinctarum ſpecierum (5), ſecundum quæ in primordio creata fuere: confirmant hæc revelata, inventa, obſervata. Hinc

Omnia Genera & Species naturalia ſunt.

Non enim licet conjungere ſub eodem genere Equum & Suem: licet ambæ monungulæ eſſent; nec Capreolum, Rangiferum & Alcen genere diſtinguere, licet cornuum figurâ differant. Generum itaque limites attenta & ſedula obſervatione inquirere debemus, cum a priori difficilius determinentur, licet hoc opus hic eſſet labor, nam *Confuſis generibus omnia confundi neceſſe eſt*. Cæſalp.

7. A *Fructificatione* plantas diſtingui in genera (6) Infinitæ Sapientiæ placuiſſe detexit poſterior ætas, & quidem primus, ſeculi ſui Ornamentum, CONRADUS GESNERUS, uti patet ex Epiſtolis

ſtolis ejus poſthumis, ex tabulis per Camerarium editis. At primus, qui ſummum hoc inventum cum publico communicavit, inque uſum deduxit ANDREAS CÆSALPINUS fuit. At exſpiraſſet mox, niſi ROBERTI MORISONI cura reſuſcitatum fuiſſet, & a JOSEPHO PITTONO TOURNEFORTIO ad Regulas Syſtematicas puras enutritum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuere in arte Heroes.

8. Dato hocce fundamento (7), hocce puncto fixo, mox in uſum vertere, mox Syſtema ſtruere allaborarunt omnes hiſce laboribus apti; omnes quidem eodem animo, & in eundem finem; at non omnes eodem cum ſucceſſu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem ſi non obſervant ædiles, illico ruit prima oborta tempeſtate ſplendidiſſimum quamvis ædificium: BOERH. Inſt. 31. DOCENTI *procedendum a generalibus ad ſingularia quæque, dum inventa explicat; ut* INVENTORI, *contra, a ſingularibus ad generalia eundum fuit.* Aſſumſerunt enim Varii diverſas partes Fructificationis pro principio Syſtematico, & cum eo ſecundum diviſionis leges a Claſſibus per Ordines deſcenderunt ad Species uſque, & hypotheticis ac arbitrariis his principiis fregerunt & dilacerarunt naturalia, nec arbitraria (6) genera; naturæque vim intulerunt: e. gr. alius a *Fructu* negat genere conjungi poſſe Perſicam & Amygdalum; alius a *regularitate Petalorum* negat Caprariam Boerh. & Fevillæi; alius a *Numero* negat Linum & Radiolam Dill.; alius a *Loculis* Agrifolium

lium T. & Dodonæam Pl.; alius a *Sexu* negat Urticam androgynam & ſexu diſtinctam, &c. Genere inter ſe combinari poſſe; quod ſi, dicunt, non claſſe conjungi poſſunt, multo minus genere; ſed non obſervant ſe conſtruxiſſe Claſſes qualeſcunque, ipſum verò Creatorem Genera. Hinc tot falſa genera! tot controverſiæ inter Authores! tot mala nomina! tanta confuſio! Imo eo tandem redacta eſt res, ut quoties ſurgat novus Syſtematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et neſcio ſane ipſe, num plus damni vel emolumenti attulerint Syſtematici; certe ſi indocti conferantur cum doctis, longe plures fuere. Dolent hæc fata Medici, Pharmacopœi, Hortulani, nec ſine ratione. Fateor Theoria eorum quod optima eſſet, ſi modo Summo Conditori placuiſſet omnes fructificationes ejuſdem generis æque ſimiles inter ſe produxiſſe ac individua ejuſdem ſpeciei. Quod cum factum non ſit, nihil ſupereſt aufugii, quin Nos, qui naturæ Magiſtri eſſe non poſſumus, nec ſecundum noſtrum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmet ipſos Naturæ ſubjiciamus, Notaſque plantis inſcriptas ſolerti ſtudio legere addiſcamus. Si ſingula differens nota fructificationis ſufficiens dijudicaretur pro diſtinguendo genere, quid hæſitaremus extemplo tot proclamare genera, quot fere ſunt ſpecies; vix enim noti nobis ſunt duarum ſpecierum flores, inter ſe adeo ſimiles, quin aliqua intercedat differentia. Et allaboravi quoque quondam a ſolo flore etiam differentias ſpecificas tradere omnes, licet, facilior cum detur via, minus fru-

fructuoso conamine. Agnoscenda itaque suadeo omnibus Botanicis sanis, si quæ certitudo unquam in arte desideretur, *Genera & Species esse naturalia omnia*, sine quo assumto principio nulla salus in arte potest obtineri. Vide F. B. 132. 157. S. N. pag. 67. §. 1. 2. 3. 4.

9. Assumto hocce postulato (8). procedant secundum suam Methodum singuli; dividant Genera hæc in Ordines & Classes; Cæsalpinus, Hermannus, Rajus, Knaut p. a *fructu*, Tournefortius a *figura Corollæ*, Rivinus a *numero & æqualitate Petalorum*, Magnol a *Calyce*, & nil noxæ adferent hæ methodi omnes: Sed contra, si bene elaboratæ, summam utilitatem: dum videre licet, quantum hæc vel illa pars fructificationis considerata valeat in his vel illis Classibus Naturalibus. Parum refert, qua methodo potestis pervenire ad genera facillimâ viâ. Ista reliquis præferenda est, quæ certiori tramite securius ad ea ducit; quæque maxime universalis est; vix enim credo ullos facili adeo natos esse memoria, ut, absque Systemate, genera tenere queant. Methodus itaque erit viæ dux; Ordines enim sunt Classes subalternæ: & pauca distinguere genera facilius esse, quam omnia, nullus inficias ibit. Non quidem nego æque dari Classes naturales ac Genera naturalia; non nego quin methodus naturalis & nostræ & omnium inventarum methodis longe præferri deberet, sed rideo omnes methodos naturales hactenus exclamatas, & in me defensionem provocatus suscipio, quod nulla, ne unica classis,

hactenus data, in ullo ſyſtemate, naturalis ſit, quamdiu iſta genera iſtique characteres, qui jam ſunt, ſub iiſdem militant. Facile eſt plus quam dimidiam notorum generum partem ad ſuas claſſes amandare, at eo difficilius reliqua. Nec ſperare fas eſt, quod noſtra ætas Syſtema quoddam Naturale videre queat,, & vix ſeri Nepotes. Attamen plantas noſſe ſtudemus; ideoque interim Artificiales aſſumendæ ſunt Claſſes & Succedaneæ.

10. Aſſumtis Generibus naturalibus (6. 7.) ad ea tenenda pura & inculcata duo requiruntur, ut ſcilicet veræ Species, nec aliæ, ad ſua genera reducantur (de quibus alibi); utque Genera ſingula veris circumſcribantur limitibus & terminis, quos *Characteres* vocamus *genericos.*

11. *Characteres* hos (10.) dum Authores evolvo, reperio nullos certos & fixos ante *Tournefortium*, ut Ipſi non immerito inventionis gloriam circa genera concedere debeam; Dedere & alii Syſtematici aliarum Sectarum, ego tamen nullos intelligo præter Ejus, eorumque, qui ejus veſtigia preſſerunt, uti *Plumierus*, *Petitus*, *Boerhaavius*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Ruppius*, *Pontedera*, *Buxbaumius*, *Michelius* & pauci Alii; quorum quidem plures, quamvis â Claſſibus & Ordinibus ſeu methodo Tournefortiana receſſerint, in Generibus tamen ejus aſſeclæ fuere. Aſſumſit Tournefortius *Petala* & *Fructum* pro notis generum diagnoſticis, nec partes alias; aſſum-

ſumſere & eaſdem ejus aſſeclæ fere omnes; at Recentiores, obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes ſolas pro generibus omnibus diſtinguendis non ſufficere intellexerunt, ac inde ad habitum, faciemque plantarum; folia puta, ſitum floris, caulem, radicem &c. confugere ſeſe coactos crediderunt, id eſt, receſſere a fundamento fructificationis (7), & ad priorem barbariem deſcenderunt. Quod quam malo omine factum, facile eſſet demonſtratu, ſi locus & tempus hæc in præſenti non prohiberent. Quidquid demum ſit, tamen agnoſcam partes has non ſufficientes eſſe, idemque tam clare demonſtravit *Heiſterus*, ut plura addere ſuperfluum foret. Et ſane ſi ſola petala & fructus vota hic ferant, & ego omne fructificationis myſterium negarem, reſpueremque. Sed quæſo, quæ docuit unquam ratio, quod a ſolis hiſce Notæ ſint petendæ? quæ docuit unquam autopſia? quæ revelatio? quæ a priori vel poſteriori deſumta argumenta? ſane nulla, niſi nuda auctoritas; Auctoritatem agnoſcimus nullam niſi autopſiam ſolam in Re herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatione partes? cur illæ agnoſcendæ, aliæ non? nonne idem qui creavit iſtas, creavit & reliquas? nonne aliæ æque neceſſariæ ſunt partes in fructificatione ac unquam illæ? patent nobis CALYCIS 1 *Involucrum.* 2 *Spatha.* 3 *Perianthium.* 4 *Amentum.* 5 *Gluma.* 6 *Calyptra.* COROLLÆ 7 *Tubus* ſeu ungues. 8. *Limbus.* 9 *Nectarium.* STAMINUM 10 *Filamenta.* 11 *Antheræ.* PISTILLI 12 *Germen.* 13 *Stylus.* 14 *Stigma.* PERICARPII 15 *Capſula.* 16 *Siliqua.* 17 *Legumen.* 18 *Nux.* 19 *Dru-*

pa. 2 *Bacca.* 2 *Pomum.* SEMEN 22 *ejusque* 23 *Corona.* RECEPTACULUM 24 *fructificationis*, 25 *floris*, 26 *fructus.* Plures sane hic partes, hic litteræ, quam in litteris linguarum seu alphabetis. Hæ Notæ omnes sunt nobis litteræ vegetabilium, ex quibus lectis characteres (10) addiscamus plantarum; has inscripsit Conditor; has legere nostrum erit studium.

12. *Tournefortianis* nihil detraho meritis optimis; nego tamen ejus *Characteres* perfectos esse, nego ex iis distingui posse genera. Neque ejus characteres aliis præferrem; nisi figuras seu icones addidisset fructificationum, quæ ejus genera magis intelligibilia reddidere. Et si non plura in his detexisset Pictor, quam Author in definitione, longe pauciores habuisset asseclas. In figuris Ejus plurimis elucent plures partes, plures notæ, figura floris &c. quam ex descriptione.

13. *Icones* (12) pro determinandis generibus non commendo, sed absolute rejicio, licet fatear has magis gratas esse pueris, iisque qui plus habent capitis quam cerebri; fateor has idiotis aliquid imponere. Antequam litterarum mortalibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris sonus præsens esse non potuit, at inventis his facilior certiorque datur via communicandi idæas scriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas litteras (11) figuræ hæ auxilium præbuere summum; at datis his compendiosiori itur via; nobis sunt litteræ viginti sex (11), quibus scribamus nostras idæas.

a. Ab

α. Ab icone enim quis poteſt unquam aliquod argumentum firmum deſumere, ſed a verbis ſcriptis facillime.

β. Si generis cujusdam characterem in opere aliquo in uſum traherem recenſeremque, non poſſum ſemper commode iconem depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at deſcriptionem facillime.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, differrent partes, uti numero vel figura inter ſe in diſtinctis ſpeciebus, tenerer tamen tradere partium ſitum & proportionem. Non poſſum hæc ullo modo exprimere icone, niſi totidem darem figuras. Si itaque 50 eſſent ſpecies, & totidem differentes, totidemque deberem tradere picturas; quis ex hiſce tam multis ullam certitudinem elicere poſſet; at in deſcriptione differentes partes ſilere, convenientes deſcribere facilior longe eſt labor, intellectuque facillimum.

14. Verbis itaque tentabimus omnes exprimere notas æque clare, ſi non clarius, ac alii ſplendidiſſimis ſuis iconibus. Huic viæ inſtitit primus *incomparabilis* BOERHAAVIUS ſolus; ea autem incedere cum Eo via, quam patefecit, tentavit nemo; miri hominum conceptus! miri oculi ſole meridiano cæcutientes!

15. Triplici modo obtinentur Characteres (11)

Generici; *Factitii* ſcilicet, *Eſſentiales* & *Naturales.* Vide F. B. 186--302.

16. *Factitius* (15) Character unicam notam, generi imponit, qua unum a reliquis ſub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) diſtinguere tenetur. Character ejusmodi eſt intellectu omnium facillimus, & inſtituitur per Dichotomias ſeu Tabulas Synopticas, uti a Rajo (in præcedentibus Synopſis editionibus), Knautio, Kramero dati. Sane ſi nulla unquam dubia moverentur de Claſſe vel Ordine, & omnia in rerum natura exiſtentia Genera detecta eſſent, duobus aliis facilior foret; quæ cum detecta non ſint, nec eſſe poſſint, fallit & fallitur; cum alioquin Genus aliquod detegitur novum, fallaces evadunt proximi & quotquot e ramo, cui annecti debet, enati ſunt.

17. *Eſſentialis* (15) Character notam generi, cui applicatur, unicam propriiſſimam ſubminiſtrat. Hic commendat ſe brevitate & certitudine, uti in Parnaſſia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a ſolis nectariis facillime percipitur. Sed an obtineri unquam queat in omnibus Generibus, maxime hæreo; vellem enim eſſentiales videre Chracteres in Umbelliferis, aliiſque.

18. *Naturales* (15) itaque heic trado Characteres, qui notas omnes in fructificatione obvias & communes exhibent: Tales ante me quantum novi, dedit nullus.

Uſus & prærogativæ Characteris Naturalis ſunt

a. Ap-

α. Applicabilis eſt ejuſmodi Character Methodis omnibus datis & dandis, ſi modo indeſtructibili fundamento fructificationis ſuperſtructum ſit Syſtema. Deſumat quis Methodum vel a *calyce*, vel *corolla*, vel *ſtaminibus*, vel *piſtillis*, vel *fructu*: idem tamen erit nobis Character naturalis, ubi idem genus.

Antea neceſſe fuit tot componere Characteres omnium generum, quot prodiere Syſtemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur nova Genera, non unicam Notam eam ob cauſam Generi Naturali proximo vel addere vel auferre neceſſe eſt, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Diſtincte poteſt tradi abſque methodo hic Character ſeu Generis hæc definitio, in quocunque libro placeret, æque perfecte teneri & intelligi, ac dum ſub ſua militabat claſſe.

δ. Exprimit eandem idæam, ſi vel nomina millies mutarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus neceſſario ab aliis diſtingui debet ſubjectum Genus: hæ confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An notæ aliquæ ſuperfluæ ſint, ſi omnia detecta eſſent Genera, ſerus determinabit dies.

19. *Notas* in deſcribendo ſingulas partes fructificationis ſelegi certas & reales, nec vagas vel lubricas. Aſſumſere alii ſæpe ſaporem, odorem, colorem, magnitudinem (abſque proportione). Has apud me allegatas nunquam videbis, ſed tantum quatuor iſta certa & firma principia mechanica: *Numerum*, *Figuram*, *Situm* & *Proportionem*. Hæc quatuor Attributa, cum Litteris iſtis viginti ſex (11) diſtinguunt Genera adeo certe a ſe invicem ut ne quid ſupra; non deficiunt notæ pro generibus determinandis, hiſce ſolis conſideratis; ſed ſuperfluæ forent reliquæ, nec cogit ulla neceſſitas ad habitum plantarum confugere.

20. In Charactere ejuſmodi conficiendo aſſumendæ ſunt omnes detectæ Species; Notæ quatuor (19) in omnibus partibus fructificationis obviæ probe ſunt deſcribendæ: quæque non conveniunt Speciebus omnibus excludendæ, & convenientes ſolæ retinendæ. Cumque non uni detur homini omnes videre Species, debet ille qui plures videt, notaſque in iſtis differentes obſervat, has in charactere excludere, ut tandem Poſteri abſolutos videant labores.

21. Minimas Fructificationis ſcrutari partes difficultatem plurimis parituram, certe iis, qui abſque labore doctrinam deſiderant, prævideo; nihilominus certiorem dari viam nullam ſpondeo: e. gr. Nullus mihi negabit, quin animalia omnia, etiam Inſecta, a Nota inſcripta vel Structurâ dignoſci debeant; ſi itaque Inſectum eſſet adeo parvum ut vix oculis percipi poſſet, tamen

ejus

ejus partes luſtrare debes, antequam ſcire queas num Monoculus ſit, vel Acarus; ſic etiam in plantis. Omnia quæ deſcripſi nudo, nec armato, oculo vidi; nec alteri difficilior nobis erit labor, at gratus & jucundus.

22. *Florem* longe præferri debere *Fructui* intellexi in determinandis Generibus, licet aliter longe ſentiant Alii; quodque *Nectaria* majoris eſſent conſiderationis pro determinandis Generibus, quam fere pars ulla alia, licet tantopere neglecta & nihili habita ab Aliis, imo ne nomine quidem diſtincta.

23. *Nomina* nullum terreant nova, ſed ſi ea non placerent, nova ipſe fingas, vel Synonyma allegata retineas, ſi Tibi magis arrideant; Rationes cur ea mutavi, dedi in CRITICA BOTANICA.

24. Authoribus nullis fidem adhibui præter Celeber. *Dillenio* in Horto Elthamenſi, *Rheede* in Horto Malabarico, quos accuratos eſſe obſervavi: & *Plumiero* in Americanis, minori tamen fide digno, attamen neceſſario, ubi nulli alii erant Authores.

Diſtinxi tamen caute. *Aſteriſcum* *. adpoſui ubi plantas vivas examinare licuit: *Crucem* †. ubi ſiccas ſolum habere potui; Et nullam notam, ubi nil vidi; ſed Authoribus fiſus, eorumque, quantum videre licuit, claris iconibus.

25. *Pauciſſimis* quibus potui *verbis* idæas meas expreſſi, ſollicitus magis de ponderoſis, quam pompoſis, & eloquentibus latinitatis floſculis.

26. *Terminis* paucis *Artis* uſus ſum, nec fere aliis, quam qui cuique notiſſimi; *magnitudinis* notam nunquam niſi reſpectivam ad reliquas partes, allegavi. Ubi dubia occurrebant, magis ſollicitus fui vanis altercationibus me eripere, quam his miſcere. e. gr. Ubi dubium de Calyce & Corolla fuit. Secundum *motum ſolis* inflexum eſſe florem, vel contra eundem, ex conceptu vulgi dixi; quod aliis dicitur a ſiniſtris dextrorſum; vel contra.

27. *Species* heic nullas trado; quas dignoſcere facillimum erit Botanico ex datis Characteribus; qui has deſiderat ex meis principiis, eas partim in FLORA LAPPONICA quærat; ſed maximum numerum ex HORTO CLIFFORTIANO petat.

28. Partium fructificationis Definitiones brevitati ſtudens dare ſuperſedeo, cum cuique examinanti unum alterumve florem facile pateſcant, vel ſolum ex Schemate in *Syſtemate Naturæ* exhibito.

29. *Uſum* Syſtematis alicujus Botanici ne tyronibus quidem commendare fas eſt, cum abſque eo nulla in Botanicis detur certitudo. Introeant hortum exoticis plantis & incognitis refertiſſimum, eumque ſimul Bibliotheca Botanica optima inſtructum, duo curioſi, alter Syſtematicus, alter Empiri-

piricus, cum ille facile redigit plantas ex lectis in fructificatione litteris (11) ad ſuam Claſſem, Ordinem, & Genus, quo dato paucæ reſtant ſpecies diſtinguendæ; tenetur alter omnes evolvere libros, omnes perlegere deſcriptiones, & figuras omnes aſpicere infinito labore; nec de planta, niſi caſu, certus fiet.

30. Plura præfari ſuperfluum duco. Rationem & leges theoriæ noſtræ qui deſiderat, adeat *Fundamenta* noſtra *Botanica:* quique de Methodo noſtra ſexuali plura velit, evolvat *Syſtema* noſtrum *Naturæ*, in quo triplici modo Claſſes explicavimus, methodique noſtræ valorem a priori demonſtravimus per Sexum plantarum, cum uſu Claſſium Naturalium generali.

31. Sumas itaque hos noſtros per decennium labores duriſſimos, eoſque juſtus rerum cenſor æqui bonique conſulas; ſcias hos non eſſe hujus ætatis, vix centum ſenum: ſcivimus & hoc ipſi proinde annis illos ſeris deſtinavimus; at labore exhauſti, Amicorum conſiliis ſuaſi, longorum moliminum inopinatis ſæpe fatis edocti, ſummam edendi occaſionem arripimus; obtulit enim Muſeum, Hortum, itinerum impenſas, vitam optatiſſimam, beatiſſimamque Magnus noſter Mæcenas, æternæque Venerationis Nob. & Generoſſ. D. D. GEORG. CLIFFORD J. U. D. præſtitit.

32. Reſtat ut ultimo ipſis debitas reddam gratias, qui raras plantas pro examine communica-

runt. Hi fuere O. *Rudbeck* Prof. Bot. Upſ. O. *Celſius* Prof. Th. Upſ. K. *Stobæus* Prof. Hiſt. Lund. J. H. *Sprekelſen* J. U. L. Hambur: *G. Clifford.* J. U. D. J. F. *Gronovius* M. D. Lugd. Bat. *J. Burmannus* Prof. Bot. Amſtel. A. v. *Royen* Prof. Bot. Lugd. Bat. J. J. *Dillenius* Prof. Bot. Oxon. *H. Sloane* Præſ. Soc. R. Angl. Ph. *Miller* Præf. hort. Chelſeenſis. Anton. & Bernh. Juſſieu Profeſſores Pariſini.

Hiſce vale L. C. & fruere. Dabam ex Muſeo Cliffortiano. 1736. *Novemb.* 20.

AUTHORES.

Numerus allegatus indicat Tabulam.

A. A.	Acta Societatis *Anglicanæ*. In his *Garcinus*, *Houſtonus*.
A. G.	Acta *Gallorum*, ſeu Pariſina. In his *Tournefortius*, *Vaillantius*, *Juſſieu*, *Niſſolius*, *d'Iſnardus*, *Reaumur*, *Trantius*, *Hire*, *Garcin*.
A. R.	*Ruthenica* s. Petropolitana. In his *Buxbaumius*.
A. N.	Acta *Norinbergenſium*. In his *Trewius*.
A. S.	Acta Litteraria *Sueciæ*. In his *Rudbeckius*.
Amm. Ruth.	*Amman* Stirpes Ruthenicæ.
Bocc.	*Boccone* muſeum.
Boerh.	*Boerhaavi* Index Horti Lugd. Bat.
Breyn.	*Breynii* Centuria Plantarum.
- - -	- - - Diſſ.
Burm.	*Burmanni* Genera communicata.
- - -	- - - Theſaurus Zeylanicus.
Buxb.	*Buxbaumii* Centuriæ rarior. plantar. & Acta Regia.
Cateſb.	Catesby Hiſtoria naturalis Carolinæ, Floridæ &c.
Comm. rar.	Commelini Rariores plantæ & exoticæ.
Dill.	*Dillenii* Genera Plantarum in appendice Giſſens.
- - -	- - - Hortus Elthamenſis.
F. B.	*Authoris* Fundamenta Botanica.
Fevill.	*Fevillæi* Plantæ Peruvianæ.

Fl. Lapp.	*Authoris* Flora Lapponica.
Gron.	*Gronovii* Genera communicata & Flora Virginica.
Haller.	*Halleri* Iter Helveticum.
H. A.	*Commelinorum* Hortus Amſtelodamenſis.
H. M.	*Rheedii* Hortus Malabaricus.
H. L. B.	*Hermanni* Hortus Lugduno-Batavus.
H. P. B.	- - - Paradiſus Batavus.
Heiſt.	*Heiſteri* Index Plantarum Horti Helmſtad.
Hort. Cliff.	*Authoris* Hortus Cliffortianus.
Houſt. A. A.	*Houſtoni* Acta anteacta MSS. a Millero communicata.
Kæmpf.	*Kæmpferi* Plantæ Japonenſes.
Klein.	*Kleinii* Monagraphia.
Kn.	*Knautii* Methodus Plantarum.
Laſit.	*Laſitau* Ginſeng.
Ludw.	*Ludwigii* Definitiones plantarum.
Malp.	*Malpighii* Anatome Plantarum.
Magn.	*Magnolii* Character Plantarum.
Mart.	*Martini* Centuriæ ſive decades.
Mer.	Meriana de inſectis Surinamenſibus.
Mich.	*Micheli* Genera Plantarum.
Moebr.	Moehr.
Mont.	*Monti* Prodr. Graminum.
Moris.	*Moriſoni* Umbelliferarum diſtrib.
- - -	- - - Hiſtoria Plantarum.
Muſ. Cliff.	*Authoris* Muſa Cliffortiana.
Petit.	*Petiti* Genera Plantarum.
Plukn.	*Plukenetii* Phytographia.
Plum.	*Plumieri* Genera Americana.
- - -	- - - Filices Americanæ.
- - -	- - - Rarior. pl. Hiſtoria.
Pont.	*Pontederæ* Anthologia, & Diſſertationes.
- - -	- - - Epiſtola ad Sherardum.
Raj. meth.	*Raji* methodus plantarum.
Royen.	*Royeni* Genera communicata. & Prodromus Floræ lugdb.

Riv.

Riv.	*Rivini* flore monopetalo.
- - -	- - - flore tetrapetalo.
- - -	- - - flore pentapetalo.
Rup.	*Ruppii* Flora Jenenſis.
S. N.	*Authoris* Syſtema Naturæ.
Scheuchz.	*Scheuchzeri* Agroſtographia.
Shaw.	*Schawy* ſpecimen phytographiæ africanæ.
Sloan.	*Sloane* Hiſtoria pl. Jamaicæ.
Sterb.	*Sterbeckii* Citricultura.
Tournef.	*Tournefortii* Inſtitutiones.
A. A.	Acta Anglica.
Vaill. A. G.	*Vaillantii* Acta Gallica.
- - -	- - - Botanicum Pariſienſe.
- - -	- - - Sermo.
Wepf.	*Wepferi* Cicuta Aquatica.

ORDO

CAROLI LINNÆI CLASSES S. LITERÆ.

CAROLI E.

1

2

6

7

8



12

19

20



24

CLAVUM.

Floreſcentia plantarum

- Viſibiles cuique; qui ſunt
  - Hermaphroditi cum
    - nulla ſui parte in
      - proportione
        - 1 MO
        - 2 DIA
        - 3 TRI
        - 4 TE
        - 5 PEN
        - 6 HE ermaphrodito.
        - 7 HEP
        - 8 OCT
        - 9 ENN
        - 10 DEC
        - 11 DOD
        - 12 ICO ptaculo, inſidentia in fl. herm.
        - 13 POL re hermaphrodito.
      - ſtaminibus du
        - 14 DID
        - 15 TE
    - cohærentibus vel
      - 16 MO
      - 17 DIA
      - 18 POL ta.
      - 19 SYN
      - 20 GY
  - Maſculi & feminei in
    - 21 MO
    - 22 DIC
    - 23 POL pecie.
- Oculis vix obvios:
  - 24 CRY e oculos noſtros ſubterfugiunt.

Ordines
n, duo, tria &c.
numero ſtigmatum calculus fit.
Vide Lo *Naturæ*, Lugd. Bat. 1735.

Claſſis

CLAVIS CLASSIUM.

Floreſcentia plantarum profert flores, vel

- Viſibiles cuique; qui ſunt vel
  - Hermaphroditi cum ſtaminibus & piſtillis in eodem flore, ſtaminibus
    - nulla ſui parte inter ſe connatis; quæ
      - proportionem longitudinis nullam accuratam inter ſe invicem habent, vel
        - 1 MONANDRIA ſtamen unicum in flore hermaphrodito.
        - 2 DIANDRIA ſtamina duo in flore hermaphrodito.
        - 3 TRIANDRIA ſtamina tria in flore hermaphrodito.
        - 4 TETRANDRIA ſtamina quatuor in flore hermaphrodito.
        - 5 PENTANDRIA ſtamina quinque in flore hermaphrodito.
        - 6 HEXANDRIA ſtamina ſex æqualia, vel alterna breviora, in flore hermaphrodito.
        - 7 HEPTANDRIA ſtamina ſeptem in flore hermaphrodito.
        - 8 OCTANDRIA ſtamina octo in flore hermaphrodito.
        - 9 ENNEANDRIA ſtamina novem in flore hermaphrodito.
        - 10 DECANDRIA ſtamina decem in flore hermaphrodito.
        - 11 DODECANDRIA ſtamina duodecim in flore hermaphrodito.
        - 12 ICOSANDRIA ſtamina duodecim plura, calycis parieti interno, non receptaculo, inſidentia in fl. herm.
        - 13 POLYANDRIA ſtamina duodecim plura, receptaculo adnata, in flore hermaphrodito.
      - ſtaminibus duobus reliquis brevioribus.
        - 14 DIDYNAMIA ſtamina duo longiora.
        - 15 TETRADYNAMIA ſtamina quatuor longiora.
    - cohærentibus vel inter ſe invicem aliqua ſui parte, vel cum piſtillo.
      - 16 MONADELPHIA ſtamina filamentis in unum corpus coalita.
      - 17 DIADELPHIA ſtamina filamentis in duo corpora coalita.
      - 18 POLYADELPHIA ſtamina filamentis in tria vel plura corpora coalita.
      - 19 SYNGENESIA ſtamina antheris in cylindrum coalita.
      - 20 GYNANDRIA ſtamina piſtillo, non receptaculo, inſidentia.
  - Maſculi & feminei in eadem ſpecie.
    - 21 MONOECIA flores maſculi & feminei in eadem planta.
    - 22 DIOECIA flores maſculi & feminei in diſtincta planta.
    - 23 POLYGAMIA flores hermaphroditi & maſculi vel feminei in eadem ſpecie.
- Oculis vix obvios:
  - 24 CRYPTOGAMIA florent vel intra fructum vulgo dictum, vel parvitate oculos noſtros ſubterfugiunt.

Ordines a feminis ſeu piſtillis deſumuntur.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia &c. id eſt, piſtillum unicum, duo, tria &c.

Numerus feminarum deſumitur a baſi ſtyli: ſi ſtylus autem deficiat, a numero ſtigmatum calculus fit.

Vide Leges diviſionis Methodi noſtræ dilucide explicatas in *Syſtemate* noſtro *Naturæ*, Lugd. Bat. 1735. impreſſo.

Claſſis

ORDO GENERUM.

Classis I.

MONANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Canna.
Amomum.
Costus.
Maranta.
Alpinia.
Curcuma.
Kæmpferia.
Salicornia.
Hippuris.

2. *DIGYNIA.*

Corispermum.
Blitum.

Classis II.

DIANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Nyctanthes.
Jasminum.
Ligustrum.
Phillyrea.
Olea.
Chionanthus.
Syringa.
Circæa.
Veronica.
Pæderota.
Justicia.
Pinguicula.
Utricularia.
Gratiola.
Verbena.
Lycopus.
Ziziphora.
Dianthera.
Salvia.
Rosmarinus.
Monarda.
Collinsonia.
Gmelina.
Morina.

2. *DIGYNIA.*

Anthoxanthum.

3. *TRIGYNIA.*

Piper.

Classis III.

TRIANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Valeriana.
Boerhaavia.
Cnecrum.
Hirtella.
Rumphia.

* * * *

Tama-

Tamarindus.
Melothria.
Polycnemum.
Crocus.
Ixia.
Gladiolus.
Antholyza.
Iris.
Commelina.
Xyris.
Schoenus.
Cyperus.
Scirpus.
Eriophorum.

2. *DIGYNIA.*

Cornucopiæ.
Nardus.
Saccharum.
Phalaris.
Phleum.
Alopecurus.
Panicum.
Milium.
Melica.
Agroſtis.
Lagurus.
Dactylis.
Aira.
Poa.
Briza.
Uniola.
Cynoſurus.
Bromus.
Feſtuca.
Avena.
Arundo.
Lolium.
Triticum.
Secale.
Hordeum.

3. *TRIGYNIA.*

Eriocaulon.
Montia.
Tillæa.
Mollugo.

Claſſis IV.

TETRANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Leucadendron.
Protea.
Cephalanthus.
Globularia.
Dipſacus.
Scabioſa.
Knautia.
Sherardia.
Aſperula.
Spermacoce.
Crucianella.
Houſtonia.
Galium.
Aparine.
Rubia.
Siphonanthus.
Catesbæa.
Ixora.
Avicennia.
Penæa.
Blæria.
Buddleja.
Plantago.
Sanguiſorba.
Centunculus.
Epimedium.

Cornus.

Cornus.
Euonymus.
Ptelea.
Ludwigia.
Oldenlandia.
Trapa.
Dorſtenia.
Ammannia.
Iſnardia.
Elæagnus.
Brabejum.
Rivinia.
Alchemilla.

2. *DIGYNIA.*

Aphanes.
Cuſcuta.
Hamamelis.
Hypecoum.

3. *TETRAGYNIA.*

Ilex.
Potamogeton.
Sagina.

Claſſis V.

PENTANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Heliotropium.
Myoſotis.
Lithoſpermum.
Anchuſa.
Cynogloſſum.
Symphytum.
Pulmonaria.
Borrago.
Lycopſis.
Echium.
Aſperugo.
Cerinthe.
Tournefortia.
Androſace.
Primula.
Cortuſa.
Soldanella.
Menyanthes.
Hottonia.
Lyſimachia.
Anagallis.
Hydrophyllum.
Theophraſta.
Patagonula.
Azalea.
Diapenſia.
Phlox.
Convolvulus.
Ipomœa.
Polemonium.
Spigelia.
Campanula.
Phyteuma.
Trachelium.
Röella.
Rondeletia.
Bellonia.
Chomelia.
Genipa.
Cinchona.
Coffea.
Morinda.
Diervilla.
Samolus.
Conocarpus.
Lonicera.
Mirabilis.
Plumbago.
Datura.
Hyoſcyamus.
Nicotiana.
Atropa.
Mandragora.

Verbaſcum.
Coris.
Rhamnus.
Chryſophyllum.
Sideroxylum.
Lycium.
Ceſtrum.
Philyca.
Chironia.
Brunfelſia.
Myrſine.
Cyclamen.
Strychnus.
Capſicum.
Solanum.
Phyſalis.
Itea.
Gronovia.
Hedera.
Vitis.
Ribes.
Cupania.
Xylon.
Celaſtrus.
Dioſma.
Lagœcia.
Brunia.
Claytonia.
Celoſia.
Achyrantes.
Theſium.
Glaux.
Thevetia.
Cerbera.
Rauvolfia.
Vinca.
Nerium.
Plumeria.
Cameraria.
Tabernæmontana.
Ceropegia.

2. *DIGYNIA.*

Stapelia.
Aſclepias.
Periploca.
Cynanchum.
Apocynum.
Herniaria.
Illecebrum.
Chenopodium.
Beta.
Salſola.
Gomphrena.
Mitreola.
Heuchera.
Gentiana.
Swertia.
Boſea.
Ulmus.
Arctopus.
Eryngium.
Phyllis.
Hydrocotyle.
Sanicula.
Aſtrantia.
Panax.
Tordylium.
Caucalis.
Artedia.
Daucus.
Ammi.
Bunium.
Conium.
Selinum.
Athamantha.
Peucedanum.
Crithmum.
Cachrys.
Ferula.
Laſerpitium.
Liguſticum.
Angelica.
Sium.
Bubon.
Siſon.
Cuminum.
Oenanthe.
Phellandrium.
Cicuta.

Corian-

Coriandrum.
Ethusa.
Bupleurum.
Scandix.
Chærophyllum.
Seseli.
Imperatoria.
Heracleum.
Thapsia.
Pastinaca.
Smyrnium.
Anethum.
Carum.
Pimpinella.
Ægopodium.
Apium.
Anisum.

3. *TRIGYNIA.*

Rhus.
Cotinus.
Maurocenia.
Cassine.
Tinus.
Viburnum.
Opulus.
Sambucus.
Tamarix.
Staphylæa.
Turnera.
Telephium.
Corrigiola.
Pharnaceum.
Holosteum.

4. *TETRAGYNIA.*

Parnassia.

5. *PENTAGYNIA.*

Aralia.
Barreria.
Statice.
Linum.
Drosera.
Crassula.
Suriana.
Sibaldia.

6. *POLYGYNIA.*

Myosurus.

Classis VI.

HEXANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Bromelia.
Tillandsia.
Renealmia.
Burmannia.
Tradescantia.
Galanthus.
Leucojum.
Narcissus.
Pancratium.
Amaryllis.
Pontederia.
Polianthes.
Crinum.
Bulbocodium.
Allium.
Cepa.
Porrum.
Lilium.
Fritillaria.
Tulipa.
Erythronium.
Uvularia.
Gloriosa.
Asphodelus.

Anthericum.
Scilla.
Ornithogalum.
Aſparagus.
Leontice.
Convallaria.
Hyacinthus.
Aloë.
Yucca.
Hemerocallis.
Acorus.
Hæmanthus.
Aphyllanthes.
Juncus.
Richardia.
Berberis.
Prinos.
Loranthus.
Peplis.

2. *DIGYNIA.*

Oryza.
Atraphaxis.

3. *TRIGYNIA.*

Rumex.
Scheuchzeria.
Triglochin.
Colchicum.
Medeola.
Meniſpermum.
Saururus.

4. *TETRAGYNIA.*

Petiveria.

5. *POLYGYNIA.*

Aliſma.

Claſſis VII.

HEPTANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Trientalis.
Eſculus.

Claſſis VIII.

OCTANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Pavia.
Tropæolum.
Acer.
Dodonæa.
Griſlea.
Lawſonia.
Ruta.
Rhexia.
Oenothera.
Epilobium.
Erica.
Daphne.
Struthia.
Paſſerina.
Lachnæa.
Santalum.
Vaccinium.
Dioſpyros.

2. *DIGYNIA.*

Moehringia.
Chryſoſplenium.
Galenia.

3. *TRI-*

3. *TRIGYNIA.*

Perſicaria.
Biſtorta.
Polygonum.
Helxine.
Paullinia.
Cardioſpermum.
Sapindus.

4. *TETRAGYNIA.*

Paris.
Adoxa.
Elatine.

5. *POLYGYNIA.*

Michelia.

Claſſis IX.

ENNEANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Laurus.

2. *TRIGYNIA.*

Rheum.
Spondias.

3. *HEXAGYNIA.*

Butomus.

Claſſis X.

DECANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Sophora.
Cercis.
Bauhinia.
Parkinſonia.
Caſſia.
Poinciana.
Guajacum.
Anacardium.
Dictamnus.
Toluifera.
Monotropa.
Zygophyllum.
Adenanthera.
Hæmatoxylum.
Melia.
Tribulus.
Neurada.
Fagonia.
Juſſieua.
Frankenia.
Clethra.
Pyrola.
Andromeda.
Arbutus.
Ledum.
Melaſtoma.

2. *DIGYNIA.*

Dianthus.
Saponaria.
Scleranthus.

Mitella.

Mitella.
Saxifraga.
Hydrangea.
Royena.

3. *TRIGYNIA.*

Malpighia.
Banisteria.
Triopteris.
Garidella.
Cherleria.
Drypis.
Cucubalus.
Silene.
Alsine.
Arenaria.

4. *PENTAGYNIA.*

Spergula.
Cerastium.
Agrostema.
Coronaria.
Lychnis.
Averrhoa.
Oxalis.
Cotyledon.
Sedum.
Hugonia.
Penthorum.
Coriaria.

5. *DECAGYNIA.*

Phytolacca.

Classis XI.

DODECANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Gethyllis.
Asarum.
Rhizophora.
Lythrum.

2. *DIGYNIA.*

Agrimonia.

3. *POLYGYNIA.*

Sempervivum.

Classis XII.

ICOSANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Cactus.
Eugenia.
Psidium.
Punica.
Garcinia.
Myrtus.
Styrax.
Amygdalus.

Prunus

Prunus.
Cerasus.
Padus.

2. *DIGYNIA.*

Cratægus.

3. *TRIGYNIA.*

Sorbus.

4. *TETRAGYNIA.*

Philadelphus.

5. *PENTAGYNIA.*

Mespilus.
Pyrus.
Spiræa.
Filipendula.

6. *POLYGYNIA.*

Rosa.
Rubus.
Fragaria.
Potentilla.
Tormentilla.
Comarum.
Geum.
Dryas.

Classis XIII.

POLYANDRIA.

1. *MONOGYNIA.*

Sarracena.
Nymphæa.
Argemone.
Papaver.
Chelidonium.
Sanguinaria.
Podophyllum.
Actæa.
Bocconia.
Muntingia.
Clusia.
Breynia.
Morisona.
Capparis.
Crateva.
Marcgravia.
Tilia.
Thea.
Caryophyllus.
Calophyllum.
Mammea.
Mesua.
Vateria.
Trewia.
Mentzelia.
Euphorbia.
Chrysobalanus.
Cistus.
Peganum.
Plinia.
Mimosa.
Portulaca.
Anacampseros.
Corchorus.

* * * * *

Sar-

Sauvagea.
Sloanea.
Bixa.
Triumfetta.

2. *DIGYNIA.*

Heliocarpos.
Pæonia.
Calligonum.
Isopyrum.

3. *TRIGYNIA.*

Reseda.
Delphinium.
Aconitum.

4. *TETRAGYNIA.*

Tetracera.
Tetragonia.

5. *PENTAGYNIA.*

Aizoon.
Mesembryanthemum.
Aquilegia.
Nigella.

6. *HEXAGYNIA.*

Stratiotes.

7. *POLYGYNIA.*

Dillenia.
Liriodendrum.
Magnolia.
Anona.
Hepatica.
Pulsatilla.
Anemone.
Clematitis.
Thalictrum.
Adonis.
Ranunculus.
Caltha.
Helleborus.

Classis XIV.

DIDYNAMIA.

1. *GYMNOSPERMIA.*

Ajuga.
Teucrium.
Trichostema.
Thymus.
Satureja.
Clinopodium.
Origanum.
Lavandula.
Hyssopus.
Melissa.
Horminum.
Glechoma.
Sideritis.
Nepeta.
Betonica.
Mentha.
Ocimum.
Dracocephalum.
Melittis.
Cunila.
Lamium.
Galeopsis.
Stachys.
Ballota.
Marrubium.
Moluccella.
Leonurus.

Orvala.

Orvala.
Phlomis.
Brunella.
Scutellaria.
Prasium.

2. *ANGIOSPERMIA.*

Antirrhinum.
Cymbaria.
Rhinanthus.
Pedicularis.
Bartsia.
Euphrasia.
Melampyrum.
Orobanche.
Lathræa.
Phelypæa.
Squamaria.
Chelone.
Halleria.
Gesneria.
Dodartia.
Barleria.
Gerardia.
Clerodendrum.
Bontia.
Schwalbea.
Diodia.
Craniolaria.
Martynia.
Scrophularia.
Sesamum.
Digitalis.
Bignonia.
Ruellia.
Ovieda.
Columnea.
Besleria.
Obularia.
Crescentia.
Petrea.
Celsia.
Linnæa.
Lippia.
Limosella.
Selago.
Browallia.
Erinus.
Buchnera.
Tozzia.
Lantana.
Cornutia.
Vitex.
Aeginetia.
Capraria.
Volkameria.
Loeselia.
Hebenstretia.
Acanthus.

3. *POLYPETALA.*

Melianthus.

Classis XV.

TETRADYNAMIA.

1. *SILICULOSA.*

Myagrum.
Anastatica.
Subularia.
Lepidium.
Cochlearia.
Iberis.
Thlaspi.
Biscutella.
Clypeola.
Alyssum.
Lunaria.
Draba.
Vella.

2. *SILIQUOSA.*

Bunias.
Cheiranthus.
Hesperis.
Raphanus.
Dentaria.
Cardamine.
Brassica.
Sinapis.
Arabis.
Erysimum.
Turritis.
Sisymbrium.
Crambe.
Isatis.
Cleome.

Classis XVI.

MONADELPHIA.

1. *PENTANDRIA.*

Hermannia.
Waltheria.
Melochia.

2. *DECANDRIA.*

Geranium.

2. *POLYANDRIA.*

Sida.
Urena.
Malva.
Lavatera.
Gossypium.
Alcea.
Althæa.
Hibiscus.
Trionum.
Malope.
Camellia.

Classis XVII.

DIADELPHIA.

1. *HEXANDRIA.*

Fumaria.

2. *OCTANDRIA.*

Polygala.
Heisteria.

3. *DECANDRIA.*

Erythrina.
Amorpha.
Spartium.
Genista.
Galega.
Lupinus.
Borbonia.
Crotalaria.
Ononis.
Achyronia.
Securidaca.
Cytisus.
Anagyris.
Ulex.
Robinia.
Phaseolus.
Dolichos.
Clitoria.

Pisum.

Pisum.
Lathyrus.
Vicia.
Orobus.
Lotus.
Dorycnium.
Anthyllis.
Trifolium.
Ervum.
Cicer.
Psoralia.
Astragalus.
Biserrula.
Tragacantha.
Glycine.
Phaca.
Colutea.
Arachis.
Trigonella.
Medicago.
Glycyrrhiza.
Hedysarum.
Aeschynomene.
Hippocrepis.
Scorpiurus.
Ornithopus.
Coronilla.
Dalea.

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

1. *PENTANDRIA.*

Theobroma.

2. *ICOSANDRIA.*

Citrus.

3. *POLYANDRIA.*

Hypericum.
Ascyrum.

Classis XIX.

SYNGENESIA.

1. *POLYGAMIA ÆQUALIS.*

Prenanthes.
Lactuca.
Chondrilla.
Hieracium.
Crepis.
Andryala.
Hypochoeris.
Picris.
Hyoseris.
Leontodon.
Scorzonera.
Tragopogon.
Scolymus.
Sonchus.
Lapsana.
Cichorium.
Catananche.
Elephantopus.
Atractylis.
Gerbera.
Gundelia.
Echinops.
Arctium.
Serratula.
Onopordum.
Carduus.
Cynara.

Carthamus.
Carlina.
Staehelina.
Stoebe.
Santolina.
Chryſocoma.
Ageratum.
Eupatorium.
Tanacetum.
Tarchonanthus.
Kleinia.
Bidens.

2. *POLYGAMIA SUPERFLUA.*

Xeranthemum.
Gnaphalium.
Artemiſia.
Conyza.
Baccharis.
Erigeron.
Tuſſilago.
Doronicum.
Solidago.
Senecio.
Aſter.
Chryſanthemum.
Matricaria.
Buphthalmum.
Anacyclus.
Cotula.
Anthemis.
Achillea.
Bellis.
Helenia.
Tridax.
Sigesbeckia.
Verbeſina.
Tetragonotheca.
Tagetes.

3. *POLYGAMIA FRUSTRANEA.*

Helianthus.
Rudbeckia.
Coreopſis.
Centaurea.
Cnicus.

4. *POLYGAMIA NECESSARIA.*

Calendula.
Arctotis.
Oſteoſpermum.
Chryſogonum.
Melampodium.
Silphium.
Othonna.
Milleria.
Eriocephalus.
Micropus.
Sphæranthus.

5. *MONOGAMIA.*

Corymbium.
Jaſione.
Lobelia.
Viola.
Impatiens.

Classis XX.

GYNANDRIA.

1. *DIANDRIA.*

Orchis.
Satyrium.
Serapias.
Herminium.
Neottia.
Ophrys.
Limodorum.
Cypripedium.
Epidendrum.

2. *TRIANDRIA.*

Sisyrinchium.

3. *TETRANDRIA.*

Nepenthes.

4. *PENTANDRIA.*

Passiflora.

5. *HEXANDRIA.*

Aristolochia.
Pistia.

7. *DECANDRIA.*

Helicteres.

7. *POLYANDRIA.*

Grewia.
Calla.
Arum.
Dracontium.
Ruppia.

Classis XXI.

MONOECIA.

1. *MONANDRIA.*

Najas.
Zannichellia.
Cynomorium.

2. *TRIANDRIA.*

Zea.
Coix.
Carex.
Sparganium.
Typha.
Phyllanthus.
Tragia.

3. *TETRANDRIA.*

Urtica.
Buxus.
Alnus.
Betula.
Morus.

4. *PEN-*

4. *PENTANDRIA.*

Xanthium.
Ambrosia.
Parthenium.
Amaranthus.
Andrachne.

5. *HEXANDRIA.*

Zizania.

6. *POLYANDRIA.*

Theligonum.
Acalypha.
Croton.
Jatropha.
Poterium.
Sagittaria.
Myriophyllum.
Ceratophyllum.
Quercus.
Juglans.
Fagus.
Corylus.
Carpinus.
Platanus.
Liquidambar.

7. *MONADELPHIA.*

Pinus.
Abies.
Cupressus.
Thuya.

8. *POLYADELPHIA.*

Ricinus.

9. *SYNGENESIA.*

Trichosanthes.
Momordica.
Cucumis.
Cucurbita.
Sicyos.
Bryonia.
Fevillea.

Classis XXII.

DIOECIA.

1. *DIANDRIA.*

Vallisneria.
Salix.

2. *TRIANDRIA.*

Osyris.

3. *TETRANDRIA.*

Hippophaë.
Viscum.
Myrica.

4. *PENTANDRIA.*

Pisonia.
Pistacia.
Ceratonia.
Spinacia.
Cannabis.
Humulus.
Zanonia.

5. *HE-*

5. *HEXANDRIA.*

Smilax.
Tamus.
Rajania.
Dioſcorea.
Gleditſia.

6. *OCTANDRIA.*

Populus.

7. *ENNEANDRIA.*

Mercurialis.
Hydrocharis.

8. *DECANDRIA.*

Nyſſa.
Carica.
Kiggelaria.

9. *ICOSANDRIA.*

Aruncus.

10. *POLYANDRIA.*

Cliffortia.

11. *MONADELPHIA.*

Juniperus.
Taxus.
Ephedra.

12. *SYNGENESIA.*

Ruſcus.

13. *GYNANDRIA.*

Clutia.

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA.

1. *MONOECIA.*

Muſa.
Veratrum.
Celtis.
Holcus.
Ægilops.
Cenchrus.
Vaillantia.
Parietaria.
Atriplex.
Dalechampia.

2. *DIOECIA.*

Anthoſpermum.
Fraxinus.
Rhodiola.

3. *TRIOECIA.*

Empetrum.

** ** **

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

1. *PLANTÆ.*

Ficus.

2. *FILICES.*

Equisetum.
Osmunda.
Ophioglossum.
Pteris.
Lonchitis.
Adiantum.
Asplenium.
Hemionitis.
Polypodium.
Acrosticum.
Trichomanes.

3. *MUSCI.*

Polytrichum.
Bryum.
Hypnum.
Sphagnum.
Fontinalis.
Lycopodium.

4. *ALGÆ.*

Marchantia.
Jungermannia.
Anthoceros.
Riccia.
Lichen.
Blasia.
Lemna.
Marsilea.
Chara.
Fucus.
Ulva.
Conferva.

5. *FUNGI.*

Agaricus.
Boletus.
Hydnum.
Phallus.
Elvela.
Clavaria.
Clathrus.
Peziza.
Lycoperdon.
Byssus.
Mucor.

6. *LITHOPHYTA.*

Lithoxylum.
Isis.
Spongia.
Millepora.
Tubipora.
Madrepora.
Cellepora.
Sertularia.

Classis XXV.

APPENDIX.

1. *PALMÆ.*

Chamærops.
Phoenix.
Corypha.
Coccus.
Borassus.
Caryota.

2. *FRAGMENTA TOURNEFORTII.*

Schinus.
Begonia.

3. *FRAGMENTA PLUMIERII.*

Hernandia.
Hippomane.
Cissampelos.
Pluknetia.
Guilandina.
Hippocratea.
Matthiola.
Ochna.
Achras.
Cordia.
Brossæa.
Samyda.
Duranta.
Hymenæa.
Ximenia.
Cæsalpina.
Fuchsia.
Thalia.
Rheedea.
Bucephalum.

4. *FRAGMENT. COMMELINI.*

Hura.

5. *FRAGMENT. HOUSTONI.*

Randia.

6. *FRAGMENT. GRONOVII.*

Melanthium.

7. *FRAGMENTA VARIA.*

Myristica.
Echinophora.
Ischæmum.

QUÆRENDA.

Omnes Botanicos quæro, num liceat ſequentia conjungere Genera; affinia valde ſunt; & ſic certe mihi videtur.

Canna	*Maranta.*
Veronica	*Paederota.*
Salvia	*Roſmiarinus.*
Valeriana	*Boerhaavia.*
Gladiolus	*Anthobyza.*
Scirpus	*Cyperus*
	Eriophorum.
Bromus	*Feſtuca.*
Galium	*Aparine.*
Aſperula	*Sherardia.*
	Spermacoce.
Ammannia	*Iſnarda.*
Alchemilla	*Aphanes.*
Amaranthus	*Achyranthes.*
Primula	*Androſace.*
Lyſimachia	*Anagallis.*
	Trientalis.
Lonicera	*Diervilla.*
Solanum	*Capſicum.*
Convolvulus	*Ipomoea.*
Hedera	*Vitis.*
Cameraria	*Tabernæmontana.*
	Plumieria.
	Vinca.
	Nerium.
Sanicula	*Aſtrantia.*
Viburnum	*Tinus.*
	Opulus.

Caſſine.

Caſſine	*Maurocena.*
Rhus	*Cotinus.*
Aloë	*Yucca.*
Allium	*Cepa.*
	Porrum.
Biſtorta	*Polygonum.*
	Helxine.
Caſſia	*Parkinſonia.*
Erica	*Andromeda.*
Mitella	*Heuchera.*
Banniſteria	*Triopteris.*
Agroſtema	*Coronaria.*
Lychnis	*Cucubalus.*
	Silene.
Sedum	*Sempervivum.*
	Rhodiola.
	Tillea.
	Craſſula.
	Cotyledon.
Meſpilus	*Cratægus.*
	Sorbus.
Spiræa	*Filipendula.*
	Aruncus.
Prunus	*Ceraſus.*
Potentilla	*Tormentilla.*
Euphorbia	*Dalechampia.*
Papaver	*Argemone.*
	Chelidonium.
	Bocconia.
Capparis	*Breynia.*
Triumphetta	*Heliocarpos.*
Ranunculus	*Myoſuros.*
Marrubium	*Ballota.*
	Moluccella.
Poterium	*Sanguiſorba.*
Ulmus	*Boſia.*
Portulaca	*Anacampſeros.*
Tribulus	*Fagonia.*
Aſtragalus	*Tragacantha.*
	Biſerrula.
Alſine	*Ceraſtium.*
Anemone	*Pulſatilla.*
Ononis	*Crotalaria.*
Hottonia	*Samolus.*

Ophrys	*Neottia.*
	Herminium.
Jaſminum	*Liguſtrum.*
Kleinia	*Porophyllum.*
Cupreſſus	*Thuya.*
Nigella	*Garidella.*
Eſculus	*Pavia.*

Classis I.

MONANDRIA

1. *MONOGYNIA.*

1. CANNA *. *Riv.* 1. 164. 166. Cannacorus *Tournef.* 192.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, parvis, coloratis, persistentibus.
COR. monopetala, sexpartita. *Laciniæ* lanceolatæ, basi coalitæ, quarum *tres exteriores* erectæ, calyce bipartita majores: *tres interiores* longiores, harum duæ erectæ, unica reflexa.
STAM. *Filamentum* unicum, lanceolatum, laciniæ ultimæ corollæ simillimum, eique oppositum, concavum. *Anthera* linearis, margini filamenti adnata.
PIST. *Germen* subrotundum, scabrum, infra receptaculum. *Stylus* unicus, ensiformis, filamento adnatus, lanceolatus, longitudine & figura laciniæ corollæ. *Stigma* lineare, margini styli adnatum.
PER. *Capsula* subrotunda, scabra, coronata, trisulca, trilocularis, trivalvis.
SEM. nonnulla, globosa.

2. AMOMUM. *Mus. Cliff.* §. II. 5. vide *H. M.* XI. 5. & 12.

CAL. *Spathæ* plures, partiales, simplices, imbricatæ.
COR. monopetala. *Tubus* brevis. *Limbus* tripartitus: *laciniis* oblongis, *media* majori, sinu huic opposito patentiore. *Nectarium* monophyllum, lacinias petali vix superans, ejusdem sinui majori insertum.
STAM. *Filamentum* unicum, oblongum, petali laciniæ simile. *Anthera* adnata.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* filiformis, longitudine staminis. *Stigma* obtusum.
PER. coriaceum, subovatum, trigonum, triloculare, trivalve.
SEM. plura.

3. COSTUS *. *Muſ. Cliff.* §. II. 3. vide. *H. M.* XI. 8.

CAL. *Spadix* ſimplex. *Spathæ* ſimplices.
Perianthium tridentatum, minimum, germini inſidens.
COR. *Petala* tria, lanceolata, erectiuſcula, concava, æqualia. *Nectarium* monophyllum, magnum, oblongum, tubuloſo-inflatum, bilabiatum: *Labium inferius* latius, corolla longius, limbo patente, trifido: intermedia tripartita. *L. ſuperius* lanceolatum, brevius, filamenti vices gerens.
STAM. *Filamenti vices* gerit nectarii ſuperius labium, cui *Anthera* bipartita adnata.
PIST. *Germen* infra receptaculum floris, ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine filamenti. *Stigma* capitatum, compreſſum, emarginatum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, coronata, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, triangularia.

4. MARANTA *. *Plum.* 36.

CAL. *Perianthium* triphyllum, lanceolatum, parvum, germini inſidens.
COR. monopetala, ringens. *Tubulus* oblongus, compreſſus, obliquus, inflexus. *Limbus* ſexfidus: *laciniis exterioribus alternis* ovatis, æqualibus, minoribus: quarum unica infima, binæ ſupremæ: *alternis duabus lateralibus* maximis, ſubrotundis, labium inferius repræſentantibus: *ſumma* parva, bipartita.
STAM. *Filamentum* membranaceum, laciniæ corollæ ſimile. *Anthera* linearis, adnata margini alteri filamenti:
PIST. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* ſimplex, longitudine corollæ. *Stigma* obſolete trigonum, inflexum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, obſolete trigona, trivalvis. *Plum.*
SEM. unicum, ovatum, rugoſum, durum. *Plum.*
OBS. Cannæ *valde affinis eſt.*

5. ALPINI'A †. Alpina *Plum.* 11.

CAL. *Perianthium* trifidum, parvum, germini impositum.
COR. monopetala, inæqualis, & quasi duplicata: *Exterior* trifida: *lacinia superiori* concava, *lateralibus* planis; *tubo* instructa. *Interior* brevior: *limbo* trifido, *lacinia infima* propendente extra divisuram lateralium exterioris corollæ: *reliquis* emarginatis; *basis* ventricosa.
STAM. *Filamentum* laciniam interioris corollæ assimilans. *Anthera* linearis, adnata margini filamenti.
PIST. *Germen* subrotundum, sub receptaculo floris. *Stylus* simplex. *Stigma* obtuso-trigonum.
PER. *Capsula* carnosa, ovata, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, ovata, *apice* prominula, truncata, *basi* caudata. *Receptaculum* pulposum, maximum.

6. CURCUMA †. *Mus. Cliff.* §. II. 4.

CAL. *Spathæ* plures, partiales, simplices, caducæ.
COR. *Petali* tubus angustus. *Limbus* tripartitus: *laciniis* lanceolatis, patentibus, sinu altero magis dehiscentibus. *Nectarium* monophyllum, ovato-acuminatum, laciniis petali majus, ejusdem sinui patentiori insertum.
STAM. *Filamenta* (quinque, quorum *quatuor* erecta, linearia, sterilia) unicum (*quintum*) intra Nectarium, lineare, petaliforme, apice bifido. *Anthera* adnata.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* simplex, uncinatum.
PER. *Capsula* subrotunda, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima.

7. KÆMPFERIA *. Aro-orchis *Burm.* zeyl. 13: 1. vide *Kæmpf.* jap. 902. *H. M.* XI: 41.

CAL. *Spatha* ſimplex, hinc dehiſcens, monophylla.
COR. monopetala. *Tubus* longus, tenuis. *Limbus* planus, ſexpartitus: *laciniis tribus alternis* lanceolatis, æqualibus: *reliquis duabus laciniis* ovatis: *infima* bipartita, lacinulis verticaliter cordatis: *omnibus* longitudine æqualibus.
STAM. *Filamentum* unicum, membranaceum, ſubovatum, emarginatum. *Anthera* linearis, tota adnata, vix e tubo corollæ emergens.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longitudine tubi. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, trigona, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura.
OBS. *Raro fructum fert. Germen juxta radicem locum habet.*

8. SALICORNIA. *. *Tournef.* 485.

CAL. tetragonus, truncatus, ventricoſus, perſiſtens.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, ſimplex. *Anthera* ſubrotunda.
PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* ſimplex, ſub ſtamine. *Stigma* bifidum
PER. nullum. *Calyx* ventricoſus, inflatus.
SEM. unicum.

9. HIPPURIS *. Limnopeuce *Vaill.* A. G. 1719. Pinaſtella *Dill. p.* 168.

CAL. vix ullus. *Margines* duo, oppoſiti, minimi, coronantes germen.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, receptaculo floris inſidens. *Anthera* ſemibifida.
PIST. *Germen* oblongum, infra receptaculum. *Stylus* unicus, ſubulatus, erectus, intra ſtamen, ſtamine longior. *Stigma* acutum.
PER. nullum.
SEM. unicum, ſubrotundum, nudum.

2. *DIGYNIA.*

10. CORISPERMUM *. *Juſſ.* A. G. 1712. *Dill.* gen. 12. Stellaria *Dill.* gen. 6. Rhagroſtis *Buxb. cent.*

CAL. nullus.
COR. *Petala* duo, compreſſa, incurva, acuminata, oppoſita, æqualia.
STAM. *Filamentum* unicum, longum, recurvum. *Anthera* ſimplex.
PIST. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Styli* duo, capillares, recurvi. *Stigmata* acuta.
PER. *Capſula* ſubrotunda, compreſſa (margine ſulcato, bilocularis).
SEM. ſolitaria, oblongiuſcula.
OBS. Eſſentia *conſiſtit in corolla.* Fructus *differens eſt:* aliis gymnomonoſpermus, aliis bilocularis tetraſpermus. Sexus *variat*; *modo Hermaphroditus*, *modo Monœcia*, *modo Diœcia*, *modo Polygamia.*

11. BLITUM *. Chenopodio-Morus. *Boerh.* Morocarpus *Rupp.*

CAL. *Perianthium* tripartitum, patens, perſiſtens: *laciniis* ovatis, æqualibus, duabus magis dehiſcentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* ſetaceum, calyce longius, intra laciniam intermediam, erectum. *Anthera* didyma.
PIST. *Germen* ovatum, acuminatum. *Styli* duo, erecti, dehiſcentes, longitudine ſtaminis. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* tenuiſſima, & cruſta fere ſeminis, ovata, parum compreſſa.
SEM. unicum, globoſum, compreſſum, magnitudine capſulæ.

Classis II.

DIANDRIA

I. MONOGYNIA.

12. NYCTANTHES *. vide H. M. VI. 50. 54. 55. 53. IV. 48. I. 21.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemioctofidum, cylindraceum, minimum, *denticulis* ſubulatis, perſiſtens.
COR. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* planus, octopartitus, patens: *laciniis* oblongis.
STAM. *Filamenta* duo, ſubulata, minima, receptaculo inſerta. *Antheræ* erectæ, acutiuſculæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, depreſſum. *Stylus* ſimplex, longitudine tubi. *Stigmata* duo, erecta.
PER. *Bacca* ſubrotunda, didyma, bilocularis.
SEM. ſolitaria, magna, ſubrotunda.

13. JASMINUM *. *Tournef.* 368.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum: *ore* quinquedentato, erecto.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quinquepartitus, planus.
STAM. *Filamenta* duo, brevia. *Antheræ* parvæ, intra tubum corollæ occultæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
PER. *Bacca* ovalis, glabra, bilocularis ſeu bicapſularis.
SEM. duo, magna, ovato-oblonga, membranâ involuta, hinc convexa, inde plana.
OBS. figura *floris acuminata & obtuſa variat.* Staminum *numerus & proportio conſtans eſt.* Bacca *in aliis ſimplex, in aliis duplex obſervatur.*

14. LI-

14. LIGUSTRUM *. *Tournef.* 367.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, minimum: *ore* quadridentato, erecto, obtuſo.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, longior calyce. *Limbus* quadripartitus, patens, *laciniis* ovatis.
STAM. *Filamenta* duo, oppoſita, ſimplicia. *Antheræ* erectæ, longitudine fere corollæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bifidum, obtuſum, craſſiuſculum
PER. *Bacca* globoſa, glabra, unilocularis.
SEM. quatuor, hinc convexa, inde angulata.

15. PHILLYREA *. *Tournef.* 367. *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. *Perianthium* quadridentatum, minimum, perſiſtens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* vix ullus. *Limbus* quadripartitus, revolutus, acutus; *laciniis* ovatis.
STAM. *Filamenta* duo, oppoſita, brevia. *Antheræ* ſimplices, erectæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.
SEM. unicum, globoſum, magnum.

16. OLEA *. *Tournef.* 370. *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, parvum: *ore* quadridentato, erecto, deciduum.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* quadripartitus, planus, *laciniis* ſemi-ovatis.
STAM. *Filamenta* duo, oppoſita, ſubulata, brevia. *Antheræ* erectæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum, laciniis emarginatis.
PER. *Drupa* ſubovata, glabra, unilocularis.
SEM. *Nux* ovato-oblonga, rugoſa.

17. CHIO-

17. CHIONANTHUS *. vide *Pluk.* 241. f. 4. Authore Cl. *Royenio.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, erectum, acuminatum, persistens.
COR. monopetala, quadripartita. *Tubus* brevissimus, longitudine calycis, patulus. *Limbus* laciniis quatuor, linearibus, erectis, acutis, obliquis, omnium longissimis.
STAM. *Filamenta* duo, brevissima, subulata, tubo inserta. *Antheræ* cordatæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, longitudine calycis. *Stigma* obtusum, trifidum.
PER. *Bacca* rotunda, unilocularis.
SEM. Osiculum striatum.
OBS. *Affinitate jungitur cum Nyctanthe, Syringa, Olea, Ligustro, Phillyrea, & Jasmino, præcipue autem Fraxino corollifera.* Staminum numerus sæpe etiam ternus est.

18. SYRINGA *. Lilac *Tournef.* 372.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, parvum: *ore* quadridentato, erecto.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longissimus. *Limbus* quadripartitus, patenti-revolutus, *laciniis* linearibus, concavis, obtusis.
STAM. *Filamenta* duo, brevissima. *Antheræ* parvæ, intra tubum corollæ occlusæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, crassiusculum.
PER. *Capsula* oblonga, compressa, acuminata, bilocularis, bivalvis, valvulis dissepimento contrariis.
SEM. solitaria, oblonga, compressa, utrinque acuminata, margine membranaceo cincta.

19. CIRCÆA *. *Tournef.* 155.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, deflexis, deciduis.
COR. *Petala* duo, turbinato-cordata, calyce fere breviora, patentia, æqualia.
STAM. *Filamenta* duo, capillaria, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. Germen turbinatum, sub receptaculo. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, emarginatum.
PER. *Capsula* turbinato-ovata, hispida, bilocularis, bivalvis, a basi versus apicem dehiscens.
SEM. solitaria, oblonga, inferne angustiora.

20. VERONICA *. *Tournef.* 60. *Riv.* I. 137-149. Beccabunga *Riv.* I. 150.

CAL. *Perianthium* quadripartitum, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, acutis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* longitudine fere calycis. *Limbus* quadripartitus, planus, *Laciniis* ovatis: infima anguſtiore, huic oppoſita latiore.
STAM. *Filamenta* duo, inferne anguſtiora, ſurſum inclinata. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* ſimplex.
PER. Capſula turbinato-cordata, apice compreſſo, bilocularis, quadrivalvis.
SEM. plurima, ſubrotunda.
OBS. Tubus corollæ *in diſtinctis diverſus eſt, in aliis ſcilicet breviſſimus, aliis longus. Lacinia corollæ major in quibuſdam* Labium ſuperius *conſtituit, reliquæ tres* Labium inferius: *intermedia anguſtiore.*

21. PÆDEROTA. Bonarota *Mich.* 15.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens: *laciniis* linearibus, acutis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longitudine fere calycis. *Limbus* patenti-erectus, bilabiatus. *Labium ſuperius* oblongum, concavum, anguſtius: *L. inferius* erecto-patens, ſuperne latius, leviter trifidum, lacinulis æqualibus.
STAM. *Filamenta* duo, longitudine corollæ, deorſum declinata. *Antheræ* aſſurgentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* truncatum.
PER. *Capſula* ovata, apice compreſſo, bifido, acuto, bilocularis, quadrivalvis.
SEM. plurima, oblonga, obtuſa, receptaculo columnari adnata.
OBS. *Maximam cum Veronica habet affinitatem.*

22. JUSTICIA *. *Houſt.* A. A. Adhatoda *Tournef.* 79. Ecbolium Riv. I. 129.

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, acutum, erectum, anguſtum.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* gibbus. *Limbus* ringens: *Labium ſuperius* oblongum, emarginatum: L. *inferius* ejuſdem longitudinis, reflexum, obtuſe trifidum.
STAM. *Filamenta* duo, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita. *Antheræ* erectæ, ad baſin bifidæ.
PER. *Capſula* oblonga, obtuſa, baſi anguſtata, bilocularis, bivalvis, diſſepimento valvulis contrariis, ungue elaſtico dehiſcentibus.
SEM. ſubrotunda.
OBS. Labium ſuperius *corollæ ſitu differens eſt.* Unguis *utriuſque loculi Capſulam expandens eſſentiam conſtituit.*

23. PINGUICULA *. *Tournef.* 74.

CAL. *Perianthium* ringens, parvum, acutum, perſiſtens. *Labium ſuperius* erectum, trifidum: L. *inferius* reflexum, bifidum.
COR. *Petalum* unicum, ringens. *Labium longius* rectum, obtuſum, trifidum, ſupinum: L. *brevius* bifidum, obtuſius, patentius.
Nectarium corniculatum, e baſi petali productum.
STAM. *Filamenta* duo, bifida: ramo altero cylindraceo, curvo, ſurſum inclinato, calyce breviore, Anthera inſtructo; altero breviore glanduliſero. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bilabiatum: *Labio ſuperiori* majore, plano, reflexo, antheras tegente: L. *inferiore* anguſtiſſimo, erecto, bifido, breviore.
PER. *Capſula* ovata, apice compreſſa, apice dehiſcens, unilocularis
SEM. plurima, cylindracea. *Receptaculum* liberum.

24. UTRICULARIA *. Lentibularia *Riv. I.* 114. *Vaill. A. G.* 1719. *Dill.* gen. 6.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, minimis, deciduis.
COR. *Petalum* unicum, ringens. *Labium superius* planum, obtusum, erectum: L. *inferius* majus, planum, integrum. *Palatum* cordatum, inter labia prominulum.
Nectarium corniculatum, e basi petali productum.
STAM. *Filamenta* duo, brevissima, incurva. *Antheræ* parvæ, cohærentes.
PIST. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* conicum.
PER. *Capsula* globosa, magna, unilocularis.
SEM. plurima.

25. GRATIOLA *.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, erectum: *laciniis* subulatis, persistentibus.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* calyce longior, angulatus. *Limbus* quadripartitus, parvus: *lacinia superiori* latiori, emarginata, reflexa: *reliquis* rectis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ breviora, quorum tria breviora, sterilia: *superiora duo* tubo petali adnata, totidem instructa *Antheris* subrotundis.
PIST. *Germen* conicum. *Stylus* rectus, subulatus. *Stigma* bilabiatum, post fœcundationem connivens.
PER. *Capsula* ovata, acuminata, bilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, parva.
OBS. *Differt itaque a Digitali calyce, corolla, staminibus, stigmate, ut & facie. Essentia characteris in tribus staminibus custiratis.*

26. VERBENA *. *Tournef.* 94. *Vaill.* Sherardia *Vaill.* Blairia (Scorodoniæ ſpecies *Sloan.* hiſt. 2. t. 110. f. 1.) *Houſt.* A. A. Kempfera (Veronicæ ſpec. *Herm.* P. B. 240.) *Houſt.* A. A. Valerianelloides *Boerh.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, angulatum, tubulatum, lineare, quinquedentatum, *denticulo quinto* truncato, perſiſtens.
COR. monopetala. *Tubus* cylindraceus, rectus, longitudine calycis, mox dilatatus, incurvatus. *Limbus* patens, ſemiquinquefidus: *laciniis* ſemiorbiculatis, fere æqualibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſetacea, breviſſima, intra tubum corollæ latitantia, quorum *duo* breviora reliquis. *Antheræ* incurvæ, totidem quot filamenta, aut dimidio pauciores.
PIST. *Germen* quadragonum. *Stylus* ſimplex, filiformis, longitudine tubi. *Stigma* obtuſum.
PER. tenuiſſimum, vixque manifeſtum, vel fere nullum. *Calyx* tegens ſemina.
SEM. duo, vel quatuor, oblonga.
OBS. Sherardia *V. ſemina & antheras duas intra calycem anguſtum fovet.*
Blairia *H. ſemina echinata & antheras duas intra calycem inflatum.*
Verbena *V. ſemina obtuſa & antheras quatuor profert.*
Kempferæ *H. calyx quatuor ſetis acutis prominet, & ſtamina duo habet.*

27. LYCOPUS *. *Tournef.* 89. Pſeudo-Marrubium *Riv. I.* 30.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſemi-quinquefidum: *laciniis* anguſtis, acutis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* quadrifidus, obtuſus, patulus, *Laciniis* fere æqualibus, *ſuperiore* latiore, emarginatâ, *inferiore* minore.
STAM. *Filamenta* duo, corollâ fere longiora, ad cujus laciniam ſuperiorem inclinata. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, rectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.
PER. nullum. *Calyx* in fundo ſemina continens.
SEM. quatuor, ſubrotunda.

28. ZIZIPHORA *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, cylindraceum, longissimum, striatum, hispidum: ore quinquedentato, minimo; fauce barbata.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis; *Limbus* minimus: *Lab. superius* ovatum, erectum, emarginatum, obtusum. *Lab. inferius* patens, latius, trifidum: *laciniis* rotundatis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* duo, simplicia, patentia, longitudine fere corollæ. *Antheræ* oblongæ, distantes.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* setaceus, longitudine corollæ. *Stigma* acuminatum, inflexum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. quatuor, calyce longe breviora, oblonga, obtusa, hinc gibba, inde angulata.

29. DIANTHERA *. Gron. Virg. 6.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: Laciniis lineari-lanceolatis, æqualibus, longitudine tubi; persistentibus.
COR. monopetala, ringens: *Tubus* patulus, longitudine limbi. *Labium superius* ovatum; *inferius* tripartitum: *laciniis* oblongis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* duo, dorso corollæ adnata, longitudine labii superioris. *Antheræ* in singulo filamento geminæ, reniformes, altera paulo altiore.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* tenue, bifidum: lacinia inferiore reflexa.
PER. . . . .
SEM. . . . .
OBS. A Salvia *differt calyce quinquepartito, a reliquis staminibus duplici anthera.*

30. SALVIA *. *Tournef.* 83. Horminum *Tournef.* 82. Sclarea *Tournef.* 82.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſtriatum, ſuperne ſenſim ampliatum & compreſſum: *ore* erecto, bilabiato, *ſuperiori* tridentato, *inferiori* bidentato.

COR. *Petalum* unicum. *Tubus* ſuperne ampliatus & compreſſus. *Limbus* ringens. *Labium ſuperius* concavum, compreſſum, incurvum, emarginatum: L. *inferius* latum, trifidum: *laciniâ mediâ* majori, ſubrotunda, emarginata.

STAM. *Filamenta* duo, e medio bifida, ramis obtuſo ſinu remotis, *ramo altero* longiore, ſub labio ſuperiore recondito, cui *Anthera* inſidet. *Alteri* verò *ramo* obtuſa appendix.

PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longiſſimus, ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum.

PER. nullum. *Calyx* leviſſime connivens, in fundo ſemina gerens.

SEM. quatuor, ſubrotunda.

OBS. Filamentorum *bifurcatio ſingularis conſtituit eſſentialem characterem.*

Rudimenta *ſtaminum duorum ſed ſterilium, in fauce corollæ ſub labio ſuperiore ſæpius occurrunt.*

Appendix ſtaminum *obtuſa in aliis calloſa eſt & glandulæ ſimillima; in paucis vero antheræ quaſi rudimentum & parum farinifera.*

31. ROSMARINUS *. *Tournef.* 92. *Riv. I.* 53.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſuperne compreſſum: *ore* erecto, bilabiato, *ſuperiore* integro, *inferiore* bifido.

COR. *Petalum* unicum. *Tubus* calyce longior. *Limbus* ringens. *Labium ſuperius* bipartitum, erectum, brevius, acutum, marginibus reflexis: *L. inferius* reflexum, trifidum, *laciniâ mediâ* maxima, concava, baſi anguſta; *lateralibus* anguſtis, acutis.

STAM. *Filamenta* duo, ſubulata, verſus labium ſuperius inclinata, quo longiora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* figura, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum.

PER. nullum. *Calyx* ſemina in fundo continens.

SEM. quatuor, ovata.

OBS. *Ad* SALVIAS *proxime accedit vix diſtinguendus.*

32.

32. MONARDA *. Origanum ſpurium *Riv. I.* 89.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum, ſtriatum: *ore* quinquedentato, æquali.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* ringens. *Labium ſuperius* rectum, anguſtum, lineare, integrum: L. *inferius* reflexum, latius, trifidum: *laciniâ mediâ* longiore, anguſtiore, emarginata: lateralibus obtuſis.
STAM. *Filamenta* duo, ſetacea, longitudine labii ſuperioris, â quo involuta. *Antheræ* compreſſæ, ſuperne truncatæ, infernè convexæ, erectæ.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, cum ſtaminibus involutus. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. *Calyx* in fundo ſemina continens.
SEM. quatuor, ſubrotunda.

33. COLLINSONIA *. *Hort. Cliffort.* 5.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, quinquedentatum: *dentibus* fere æqualibus: quorum *tres ſuperiores* inflexi, convexi: *duo inferiores* patentiores, ſubulati; perſiſtens.
COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* conico-cylindraceus, calyce multoties longior. *Limbus* quadrifidus, erectus: *laciniâ altera maxima* longiſſima, ad medium diviſa in capillares ramoſas lacinias: *altera* vero maximæ *oppoſita* minima, emarginata, acuta: *laterales* ſeu *alternæ* ſibimet ipſis oppoſitæ, erectæ, integræ, minutiſſimæ, vix emarginatâ majores.
STAM. *Filamenta* duo, ſetacea, erecta, longiſſima. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum, ad latus inclinatus. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. (quantum videre licet). *Calyx* in fundo ſemen fovet, ore irregulari ringens.
SEM. unicum, globoſum.

34. MORINA *. *Tournef.* 480. Diototheca *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. duplex. *Perianthium fructus* monophyllum, cylindraceum, tubulosum, persistens: *ore* dentato, denticulis duobus oppositis longioribus; omnibus subulatis, acutis.
Perianthium floris monophyllum, tubulatum, bifidum, *laciniis* emarginatis, obtusis, persistentibus, erectis, magnitudine exterioris.

COR. *Petalum* unicum. *Tubus* longissimus, superne ampliatus, parum incurvatus, inferne filiformis. *Limbus* planus, obtusus, bilabiatus, *Labio superiore* semibifido, minore. *Inferiore* trifido: *Laciniis* omnibus obtusis, uniformibus; media productiore.

STAM. *Filamenta* duo, setacea, stylum prementia, parallela, limbo breviora. *Antheræ* erectæ, approximatæ, cordatæ, distantes.

PIST. *Germen* globosum, sub receptaculo floris. *Stylus* staminibus longior, filiformis. *Stigma* capitato-peltatum, inflexum.

PER. nullum.

SEM. unicum, subrotundum, calyce floris coronatum.

2. *DIGYNIA.*

35. ANTHOXANTHUM *. Vide *Scheuch.* 2: 10. *Mont.* 84.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovato-acuminatis, concavis, interiore majore.

COR. *Gluma* uniflora, bivalvis, longitudine valvulæ majoris calycinæ: valvula utraque aristam parvam e dorso inferiore emittente. *Nectarium* diphyllum, tenuissimum, cylindricum, foliolis subovatis amplexantibus.

STAM. *Filamenta* duo, capillaria, longissima. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ utrinque.

PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, filiformes. *Stigmata* simplicia.

PER. *Gluma* corollæ adnascitur semini.

SEM. unicum, utrinque acuminatum, subrotundum.

OBS. *Hoc inter omnia Gramina, est, quantum novi unicum, cui modo duo sunt stamina.*

3. *TRIGYNIA.*

36. PIPER *. Saururi ſpecies *Plum.* 12. b. vide H. M. VII. 12.

CAL. nullus, at receptaculum inæquale, Amenti inſtar.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* duæ, oppoſitæ, ad radicem germinis, ſubrotundæ.
PIST. *Germen* maximum, ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* triplex, hiſpidum.
PER. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
SEM. unicum, globoſum.

Classis III.

TRIANDRIA.

I. MONOGYNIA.

37. VALERIANA *. *Tournef.* 52. *Vaill.* A. G. 1722. Valerianella Tournef. *Vaill.* Valerianoides *Vaill.*

CAL. vix ullus. *Margo* germen coronans.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* a latere inferiori, hinc gibbus, mel continens. *Limbus* quinquefidus, *laciniis* obtusis.
STAM. tria vel pauciora, subulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum.
PER. *Capsula* non dehiscens, decidua, coronata.
SEM. solitaria, oblonga.
OBS. *Mira in hocce genere partium fructificationis inconstantia quoad numerum & figuram in diversis speciebus observatur. E. gr.*
Calycis *margo in quibusdam vix notabilis, in aliis quinquefidus.*
Corollæ tubus *in aliis oblongus, in aliis calcare mellifero instructus, in aliis brevissimus.* Limbus *in aliis æqualis, in aliis bilabiatus, labio superiori bifido.*
Stamina *in aliis tria, in difformibus duo, in aliis unicum; in aliis sexu distincta.*
Pistilli Stigma *in aliis trifidum; in aliis emarginatum; in aliis globosum.*
Per. *in aliis fere nullum; in aliis capsula crassa; in aliis biloculare.*
Sem. *in quibusdam pappo coronata; in aliis capsulâ tecta; figura varia.*

38. BOER-

38. BOERHAAVIA †. *Vaill.* Serm. Antaniſophyllum *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. vix ullus. *Margo* minimus, germen coronans.
COR. *Petalum* unicum, campanulatum, erectum, quinquangulare, quinquefidum, *laciniis* emarginatis.
STAM. *Filamenta* tria, brevia. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* filiformis, erectus. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* turbinata, ſulcata, unilocularis.
SEM. ſolitarium.
OBS. *Valerianæ* valde affinis eſt.

39. CNEORUM *. Chamælea *Tournef.* 421.

CAL. *Perianthium* minimum, tridentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* tria, oblonga, lanceolato-linearia, concava, erecta, decidua.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* obtuſum, trilobum. *Stylus* erectus, firmus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, patens.
PER. *Bacca* ſicca, globoſo-triloba, trilocularis.
SEM. ſolitaria, rotunda.

40. HIRTELLA †.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: laciniis ſubovatis, reflexis, æqualibus, perſiſtentibus.
COR. pentapetala, æqualis. *Petala* ſubrotunda, concava, calyce minora, decidua.
STAM. *Filamenta* tria, ſetacea, planiuſcula, longiſſima, perſiſtentia, tandem ſpiraliter involuta. *Antheræ* orbiculatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, compreſſo-declinatum, villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ferme ſtaminum, e latere depreſſo germinis ortus. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca* ovalis, ſuperne latior, parum compreſſa, obſolete trigona, ad cujus baſin anticam germen villoſum & ſtylus jacent.
SEM. unicum, magnum, figura pericarpii.

41. RUMPFIA. vid. H. M. IV. 11.

CAL. *Perianthium* monophyllum, trifidum, erectum, planum.
COR. *Petala* tria, oblonga, obtusa, æqualia.
STAM. *Filamenta* tria, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* trigonum.
PER. *Drupa* coriacea, turbinata, trisulca.
SEM. *Nux* ovata, integra, trilocularis. *Nuclei* solitarii, triquetri.

42. TAMARINDUS †. *Tournef.* 445.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, planum: *foliolis* ovatis, æqualibus.
COR. *Petala* tria, ovata, planiuscula, plicata, æqualia, patentia, calyce minora, calycis divisuris inserta, relictâ infima vacua.
STAM. *Filamenta* tria, in sinu calycis vacuo simul posita, subulata, arcuata versus corollam. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* subulatus, versus stamina arcuatus. *Stigma* simplex.
PER. *Legumen* longum, compressum, duplici cortice, inter utrumque pulpa, constans, uniloculare.
SEM. tria, angulata, compressa.

43. MELOTHRIA *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ventricosum, quinquedentatum, germini insidens, deciduum.
COR. monopetala, rotata. *Tubus* longitudine calycis, calyci undique adnatus. *Limbus* quinquepartitus, planus: laciniis extrorsum latioribus, obtusissimis.
STAM. *Filamenta* tria, conica, tubo corollæ inserta, ejusdemque longitudinis. *Antheræ* didymæ, subrotundæ, compressæ.
PIST. *Germen* ovato-oblongum, acuminatum, sub receptaculo floris. *Stylus* cylindraceus, longitudine staminum. *Stigmata* tria, crassiuscula, oblonga.
PER. *Bacca* ovato-oblonga, interne absque dissepimentis tripartita.
SEM. plura, oblonga, compressa.
OBS. *Hæc solum sexu hermaphrodito ab Androgynis sub monœcia syngenesia comprehensis differt.*

44. PO-

44. POLYCNEMUM *. Camphorata. *Tournef. A. G.* 1705. *Dill. gen.* 9.

CAL. *Perianthium* triphyllum, ſubulatum, acutum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, calyci ſimillima, breviora.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* obtuſæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* bifidus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. vix ullum, niſi membrana tenuiſſima.
SEM. unicum.

45. CROCUS *. *Tournef.* 183. 184. *Pont.* 1: 1.

CAL. *Spatha* monophylla.
COR. Tubus ſimplex. *Limbus* ſexpartitus, erectus: laciniis ovato-oblongis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſagittatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* tria, convoluta, ſerrata.
PER. *Capſula* ſubrotunda, triloba, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, rotunda.
OBS. Crocus T. *Corollâ monopetala, germine oblongo infra receptaculum floris, tubo corollæ longiſſimo filiformi.*
Bulbocodium T. *Corollâ fere hexapetala & germine ſupra receptaculum floris, tubo floris vix ullo.*

46. IXIA †.

CAL. *Spatha* compoſita, multiflora *ſquamis exterioribus* majoribus, craſſioribus, ovato-lanceolatis, margine laceris; *interioribus* tenuioribus, laceris, perſiſtentibus, germina diſtinguentibus.
COR. *Petala* ſex, oblonga, æqualia, lanceolata.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, corolla dimidio breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum, triquetrum, ſub receptaculo floris. *Stylus* ſimplex, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, craſſiuſculum.
PER. *Capſula* ſubovata, triquetra, trilocularis, loculis compreſſis, trivalvis.
SEM. ſolitarium ſæpius, ſubrotundum.

47. GLADIOLUS *. *Tournef.* 190. *Malp.* 45. 101. *Riv. I.* 663.

CAL. nullus. *Spathæ* aliquot vagæ.
COR. ſexpartita. *Petala* oblonga, obtuſa, quorum tria proxima ſuperiora conniventia, inferiora autem reflexa, omnia unguibus in tubum brevem incurvum connata.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, diviſuris alternis petalorum inſerta, omnia ſub petalis conniventibus tecta. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, concavum.
PER. *Capſula* oblonga, ventricoſa, rude trigona, obtuſa, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda, calyptrâ involuta.

48. ANTHOLYZA. *H. A.* I. 41.

CAL. nullus. *Spathæ* vagæ, alternatæ, imbricatæ, flores diſtinguentes, perſiſtentes.
COR. *Petalum* unicum e *Tubo* ſenſim dilatatum in faucem compreſſam, ringentem. *Labium ſuperius* rectum, tenue, longiſſimum, undulatum, *laciniis* duabus brevibus ad baſin inſtructum: *L. inferius* brevius, trifidum, laciniâ media propendens.
STAM. *Filamenta* tria, longa, tenuia, quorum duo ſub labio ſuperiori, tertium labio inferiori incumbens. *Antheræ* acutæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum ſuperiorum. *Stigma* trifidum, capillare, reflexum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, trigona, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, triangularia.

49. IRIS *. *Tournef.* 186. 187. 188. Xiphion. *T.* 189. Sisyrinchium. *T.* Hermodactylus *T.*

CAL. nullus. *Spathæ* ſimplices, imbricatæ, alternæ, flores diſtinguentes, perſiſtentes.
COR. ſexpartita. *Petala* oblonga, obtuſa, tria exteriora reflexa, tria interiora erecta & acutiora, omnia unguibus connata.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, petalis reflexis incumbentia. *Antheræ* oblongæ, rectæ, depreſſæ.
PIST. *Germen* oblongum, infra receptaculum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* maximum, tripartitum, *laciniis* petala mentientibus, latis, reflexis, ſtamina & petala alterna deprimentibus, apicibus bifidis.
PER. *Capſula* oblonga, angulata, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, magna.
OBS. Nectarium *in quibuſdam eſt* linea *longitudinalis villoſa, baſi petalorum reflexorum inſculpta; in aliis vero* puncta *tria mellifera externe ad baſin floris.* Capſula *in aliis trigona, in aliis hexagona, obſervatur.*
XIPHIUM *T. Radice bulboſa, foliis ſubulatis.*
SISYRINCHIUM *T. Radice bulboſa duplici, altera alteri impoſita.*
HERMODACTYLUS *T. Radice tuberoſa; foliis tetragonis.*
IRIS *T. Radice carnoſa oblonga repente, foliis enſiformibus.*

50. COMMELINA *. *Plum.* 38. *Dill.* Elth. 77. 78. 79. Zanonia *Plum.* 38.

CAL. *Spatha* cordata, connivens, compreſſa, maxima, perſiſtens.
COR. *Petala* ſex, quorum *tria exteriora* parva, ovata, concava, perianthium mentientia; *tria* vero *interiora* & alterna, maxima, ſubrotunda, colorata.
NECTARIA tria, ſtamina mentientia, filamentis inſidentia, cruciformia, ſingula horizontalia.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, reclinata, figura & ambitu cum filamentis nectarii congruentia, iis tamen inferiora. *Antheræ* ovatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, revolutus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* nuda, ſubgloboſa, triſulca, trilocularis, trivalvis.
SEM. bina, angulata.
OBS. Numerus *differens eſt, hinc ſi* Petala quatuor parva *& æqualia ſint, tum e numero omnium reliquarum partium unicam tertiam partem excludas, nectario autem unitatem addas & habebis numerum quæſitum.*
Zanoniæ *Petala tria exteriora germini inſident, Perianthii forma perſiſtunt; tria vero interiora æqualia ſunt. Abſoluta floreſcentia reflectitur fructus coronatus tribus externis petalis, inæqualiter enatis.*

51. XY-

51. XYRIS †. vid. *HM.* IX. 71. authore Clariſſ. *Gronovio.*

CAL. *Spica* ſubrotunda. *Squamis*, ſubrotundis, concavis, imbricatis, flores diſtinguentibus. *Gluma* bivalvis parva, *valvulis* navicularibus, compreſſis, arcuatis, acutis, conniventibus.
COR. *Petala* tria, plana, patentia, magna, crenata, *unguibus* anguſtis, longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* tria, filiformia, corollâ breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigma* triplex.
PER. *Capſula* intra calycem, ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, minutiſſima.

52. SCHOENUS *. Cyperella. *Mich.* 31. Pſeudo Cyperus. *Mich.* 31.

CAL. *Gluma* communis, multiflora, bivalvis, magna, erecta, attenuata, perſiſtens.
COR. propria *petalis* ſex, lanceolatis, acutis, conniventibus, perſiſtentibus, ſitu inæqualibus, fereque imbricatis: exterioribus brevioribus.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovato-triquetrum, obtuſum. *Stylus* ſetaceus, longitudine corollæ. *Stigma* trifidum, tenue.
PER. nullum. *Corolla* laxe connivens, demittens maturum ſemen.
SEM. unicum, ſubovatum, ſuperne craſſius, obſolete trigonum, nitidum.
OBS. *Datur ſpecies, in qua ſetæ aliquot minimæ e receptaculo proprio enatæ ſemen cingunt.*

53. CYPERUS *. *Mich.* 31. *Tournef.* 299. Melanoſchoenus *Mich.* 31.

CAL. *Spica* imbricata: *ſquamis* ovatis, carinatis, plano-inflexis, flores diſtinguentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, ſulcatæ.
PIST. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longiſſimus. *Stigmata* tria, capillaria.
PER. nullum.
SEM. unicum, triquetrum, acuminatum, villis deſtitutum.
OBS. Genus Cyperi, *cum Scirpi & Eriophori G. tantam habet affinitatem, ut dubius hæream num ſeparem, vel conjungam.*

54. SCIR-

54. SCIRPUS *. *Mich.* 31. *Tournef.* 300. Scirpocyperus *Mich.* 31.

CAL. *Spica* imbricata: *squamis* ovatis, plano-inflexis, flores distinguentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, tandem longiora. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longus. *Stigmata* tria, capillaria.
PER. nullum.
SEM. unicum, triquetrum, acuminatum, villis calyce brevioribus instructum.
OBS. villi *isti seminis in aliis ad apicem, in aliis ad basin semini annectuntur.*

55. ERIOPHORUM *. Linagrostis *Mich.* 31. *Tournef.*

CAL. *Spica* imbricata; *squamis* ovato-oblongis, plano-inflexis, flores distinguentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
PIST. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longitudine squamæ calycis. *Stigmata* tria, stylo longiora, reflexa.
PER. nullum.
SEM. triquetrum, acuminatum, villis spica longioribus instructum.

2. *DIGYNIA.*

56. CORNUCOPIÆ †. Cornucopioides *Scheuch.* 3.

CAL. *Perianthium* commune, monophyllum, infundibuliforme, maximum: *ore* crenato, obtuso, patenti-erecto.
Gluma uniflora, bivalvis: *valvulis* oblongis, obtuse acuminatis, æqualibus.
COR. univalvis, figurâ, magnitudine & situ valvulæ calycis similiima.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* cirrosa.
PER. nullum *Corolla* semen includens.
SEM. unicum, turbinatum, hinc convexum, inde planum.

57. NARDUS *. vide *Scheuch.* 2: 10. *Mont.* 31.

CAL. nullus.
COR. bivalvis: *Valvula exterior* lanceolato-linearis, longa, ſenſim in ariſtam deſinens, ventre amplectens minorem: *V. minor* interior, linearis, in ariſtam breviorem deſinens.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, reflexi, pubeſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
SEM. unicum, tectum, lineari-longum, utrinque acuminatum, ſuperne anguſtius.

58. SACCHARUM †.

CAL. nullus, ſed lanugo flori longior, florem unicum includens.
COR. bivalvis: *Valvulæ* oblongo-lanceolatæ, acuminatæ, erectæ, concavæ, æquales, muticæ.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongiuſculæ.
PIST. *Germen* ſubulatum. *Styli* duo, cirroſi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Corolla* fovet ſemen.
SEM. unicum, oblongum, anguſtum, acuminatum.

59. PHALARIS *. Phalaroidea *Scheuch.* 2: 3. *Mont.* 44.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, maxima, compreſſa, obtuſa: *valvulis* navicularibus, compreſſis, carinatis, ſuperne obtuſioribus, marginibus rectis, parallele conniventibus.
COR. bivalvis, calyce minor: *Valvulâ exteriore* oblonga, acuminata, convoluta; *interiore* minore.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* villoſa.
PER. *Corolla* circumnaſcitur ſemini cruſtæ inſtar, nec dehiſcit.
SEM. unicum, tectum, glabrum, e rotundo utrinque acuminatum.
OBS. *in quibuſdam ſpeciebus*, Gluma calycina minor, *intra calycem deſcriptum*, *bivalvis*, *acuminata*, *minima*, *adeſt*.

60. PHLEUM

60. PHLEUM *. Typhoidea *Scheuch.* 2: 5.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, oblonga, linearis, compressa, apice bicuspide dehiscens: *valvulis* rectis, concavis, compressis, amplexantibus, æqualibus, aristatis.
COR. bivalvis, calyce brevior: *Valvulâ exteriore* amplexante *interiorem* minorem.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumosa.
PER. nullum. *Calyx & corolla* includentia semen.
SEM. unicum, subrotundum.

61. ALOPECURUS *. Myosuroidea *Scheuch.* 2: 5. 6.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, concavis, compressis, æqualibus.
COR. univalvis: *Valvula*, concava, longitudine calycis. *Arista* longa, dorso valvulæ prope basin inserta.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* utrinque bifurcæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, cirrosi, reflexi, calyce longiores. *Stigmata* simplicia.
PER. *Corolla* includit semen.
SEM. unicum, subrotundum, tectum.

62. PANICUM *. Panicea *Scheuch.* 2: 2.

CAL. *Involucrum* uniflorum, polyphyllum: *foliolis* capillaribus, inæqualis insertionis.
Gluma uniflora, trivalvis: *Valvulis* ovato-acuminatis: tertia minima a tergo alterius posita.
COR. bivalvis: *Valvulæ* ovato-acuminatæ, altera minor planior.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, brevia. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* plumosa.
PER. *Corolla* adnascitur semini, nec dehiscit.
SEM. unicum, tectum, subrotundum, inde planiusculum.
OBS. *Aristæ terminant in quibusdam corollæ valvulam planiorem.*
Species datur involucro destituta.

63. MILIUM *. *Tournef.* 298.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, acuminatis.
Cor. bivalvis, calyce minor: *Valvulæ* ovatæ, altera earum minor.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* penicilliformia.
Per *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
Sem. unicum, tectum, ſubrotundum.
Obs. Milium *calyce bivalvi a* Panico *calyce trivalvi differt.*

64. MELICA *. *Fl. Lapp.* §. 36.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, concavis, fere æqualibus
Cor. bivalvis: *Valvulæ* ovatæ, muticæ: alterâ concava: alterâ vero plana.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine floris. *Antheræ* oblongæ, utrinque bifurcatæ.
Pist. *Germen* ovato-turbinatum. *Styli* duo, ſetacei, patentes. *Stigmata* oblonga villoſa.
Per. nullum. *Corolla* includit ſemen, demittit.
Sem. unicum, ovatum.
Obs. *Corpuſculum pedunculatum intra calycem, juxta corollam (an floris rudimentum) characterem eſſentialem præbet: hoc conſtat duobus ſtyleulis truncatis, alternis: glumis convolutis, pellucidis.*

65. AGROSTIS *. *vide Scheuch.* 3. 11. 9.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, acuminata.
Cor. bivalvis, acuminata, vix longitudine calycis, altera major ariſtata.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* furcatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigmata* conſimilia.
Per. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
Sem. unicum, ſubrotundum, utrinque acuminatum.

66. LA-

66. LAGURUS †. Alopecuroidea *Scheuch.* 2: 4.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* oblongis, linearibus, patulis, tenuissimis, desinentibus singulis in *setam* villis pennatam.
COR. *Gluma* bivalvis, calyce crassior: *Valvula exteriore* longiore, terminata *Aristis duabus*, parvis, rectis; *Aristâ tertiâ* e medio dorso valvulæ ejusdem reflexo-torta. *Valvula interiore* parva, acuminata.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, setacei. *Stigmata* villosa.
PER. nullum. *Corolla* semini adnascitur.
SEM. solitarium, oblongum, tectum, aristatum.

67. DACTYLIS *. *Roy. Lugdb.* 56.

CAL. *Gluma* uniflora aut biflora subrotunda, obtusa, bivalvis, flosculis major: Valvulis æqualibus, exteriore ventricosiore.
COR. *Gluma* obtusa, æqualis, bivalvis, calyce tecta. *Valvula exteriore* latiore ventricosiore; *interiore* planiore.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* bifurcæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, patentes. *Stigmata* plumosa.
PER. nullum. *Calyx Corollaque* semen includentes, dimittentes.
SEM. solitarium, subrotundum, hinc depressum, inde convexum, nudum.
OBS. *Species aliæ calyce unifloro, aliæ bifloro sunt.*

68. AIRA *. *Fl. Lapp.* §. 47.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, acutis, æqualibus.
COR. bivalvis: *Valvulæ* calyci similimæ: altera sæpe exserente aristam flore vix duplo longiorem.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine floris. *Antheræ* oblongæ, utrinque furcatæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* duo, setacei, patentes. *Stigmata* pubescentia.
PER. nullum. *Corolla* includens semen adnascitur.
SEM. subovatum, tectum.
OBS. *Datur species, in qua etiam mares miscentur hermaphroditis sub eodem calyce communi; tum mas est aristatus, femina mutica.*

69. POA *. vide *Scheuch.* 4: 17.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, mutica, flores in ſpicam diſticham ovato-oblongam colligens: *Valvulis* ovato-acuminatis.
COR. bivalvis: *Valvulæ* ovato-acuminatæ, concavæ, compreſſæ, calyce paulo longiores, muticæ.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* bifurcatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigmata* conſimilia.
PER. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
SEM. unicum, oblongum, acuminatum utrinque, compreſſum, tectum.

70. BRIZA *. Tremula *Scheuch.* 4. 7. 8. 9. 10. Phalaroidis ſp. *Mont.* 34. 39.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, patens, flores in ſpicam cordatam diſticham colligens: *valvulis* cordatis, concavis, æqualibus.
COR. bivalvis: *Valvula inferior* magnitudine & figura calycis; *ſuperior* minima, plana, ſubrotunda, ventrem alterius claudens.
STAM *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, recurvi. *Stigmata* plumoſa.
PER. *Corolla* immutata continet ſemen, dehiſcit, demittit.
SEM. unicum, ſubrotundum, compreſſum, minimum.

71. UNIOLA †. vide *Pluk.* 32. f. 6.

CAL. *Gluma* multiflora, ſexvalvis: *Valvulis* diſtiche imbricatis, fere ſubulatis, compreſſis, navicularibus, carinulatis, altera alteram claudente: ultimo pari multifloro: continente ſpicam ovatam, compreſſo-planam, margine acutam.
COR. *Gluma* bivalvis: *Valvulæ* lanceolato-compreſſæ, calycinis ſimiles: *interiore* valvulâ parum ſupereminente.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, lineares.
PIST. *Germen* conicum. *Styli* duo, erecti, ſimplices. *Stigmata* pubeſcentia.
PER. nullum. *Corolla* includit ſemen.
SEM. unicum, ovato-oblongum.

72. CY-

72. CYNOSURUS *. Criſtata. *Scheuch.* 2. 1. vid. *Mont.* 23.

Cal. *Involucrum* partiale, laterale, triphyllum, magnum: *foliolo* pennato, perſiſtente.
Gluma multiflora, bivalvis: *valvulis* linearibus, acuminatis, æqualibus.
Cor. bivalvis: *exterior* concava, longior, ariſtata; *interior* plana, mutica.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, villoſi, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Corolla* arcte obvolvens ſemen, nec dehiſcens.
Sem. unicum, oblongum, utrinque acuminatum.

73. BROMUS *. *Mont.* 32. Feſtuca *Scheuch.* 5: 2. 10. 11. 12. *Aegilops Dill.* gen. 3.

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, patens, flores in ſpicam ovato-oblongam colligens; *valvulis* ovato-oblongis, acuminatis, muticis, inferiore minore.
Cor. bivalvis: *Valvula inferior* major, magnitudine & figura calycis, concava, obtuſa, ariſtam infra apicem rectam emittens, ſupra ariſtam bifida *V. ſuperior* lanceolata, parva, mutica.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, breves, reflexi, villoſi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Corolla* arctiſſime clauſa, adnaſcitur, nec dehiſcit.
Sem. unicum, oblongum, tectum, hinc convexum, inde ſulcatum.

74. FESTUCA *. *Dill.* gen. 5. Bromoides *Scheuch.* 5: 13-18.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, erecta, flores in ſpicam tenuem continens: *valvulis* lineari-oblongis, acuminatis, muticis, inferiore minore.
COR. bivalvis: *Valvula inferior* major, figurâ calycis, magnitudine calycem ſuperans, teretiuſcula, acuminata, in Ariſtam rectam delinens.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, breves, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Corolla* arctiſſime clauſa adnaſcitur, nec dehiſcit.
SEM. unicum, tenui-oblongum, utrinque acutiſſimum, longitudinaliter ſulca notatum.
OBS. *antecedenti valde affinis eſt; ariſtâ terminatrice diſtincta.*

75. AVENA *. *Tournef.* 267. *Malp.* 138. Avenacea *Scheuch.* 4: 15-22. 5: 1. *Dill.* gen. 2.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, flores laxos colligens: *valvulis* lanceolatis, acutis, ventricoſis, laxis, magnis, muticis.
COR. bivalvis: *Valvula inferior* calyce durior, calycis magnitudine, teretiuſcula, ventricoſa, utrinque acuminata, e dorſo *Ariſtam* ſpiraliter intortam, geniculo veluti reflexam emittens.
Nectaria duo, ovato-lanceolata, a latere ſuperiore germini inſidentia.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.
PIST. *Germen* obtuſum. *Styli* duo, reflexi, piloſi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Corolla* arctiſſime clauſa adnaſcitur, nec dehiſcit.
SEM. unicum, tenui-oblongum, utrinque acuminatiſſimum, ſulco longitudinali notatum.
OBS. *Flores intra communem calycem in quibuſdam duo, in aliis plures.* Ariſta *e dorſo corollæ articulata, intorta, conſtituit eſſentialem characterem. Datur ſpecies calyce uniglumi, ariſta terminatrice.*

76. ARUN-

76. ARUNDO *. *Scheuch.* 3: 14. 3.

Cal. *Gluma* uni-vel multi-flora, bivalvis, erecta: *Valvulis* oblongis, acuminatis, muticis; alterâ breviore.
Cor. bivalvis: *Valvulæ* longitudine calycis, oblongæ, acuminatæ, e quarum basi lanugo longitudine fere floris assurgit.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* utrinque bifurcatæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, reflexi, villosi. *Stigmata* simplicia.
Per. *Corolla* adnascitur semini, nec dehiscit.
Sem. unicum, oblongum, utrinque acuminatum, basi pappo longo instructa.

77. LOLIUM *. Loliacea *Scheuch.* 1: 7. *Mont.* 18. 19.

Cal. *Gluma* multiflora, univalvis, oblonga, linearis, acuminata, rigidiuscula, flores distiche spicatos cauli apprimens.
Cor. bivalvis: *Valvula inferior* angusto-lanceolata, convoluta, acuminata, longitudine calycis; *V. superior* brevior, linearis, obtusior, sursum concava.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumosa.
Per. nullum. *Corolla* fovet semen, dehiscit, demittit.
Sem. unicum, oblongum, hinc convexum, inde sulcato-planum, compressum.
Obs. *Spicæ sessiles in eodem plano cum caule ponuntur, unde caulis vicem valvulæ alterius calycis (deficientis & oppositæ) gerit.*

78. TRITICUM *. *Tournef.* 292. 293. Triticea *Scheuch.* 1: 1. *Malp.* 203. *Pont.* 11: 18. *Mont.* 25. 26.

Cal. *Gluma* bivalvis, sæpius triflora; *valvulis* ovatis, obtusis.
Cor. bivalvis, fere æqualis, magnitudine calycis: *Valvula exterior* ventricosa, obtusa, cum acumine: *V. interior* plana.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumosa.
Per. nullum. *Corolla* fovet semen, dehiscit, demittit.
Sem. unicum, ovato-oblongum, utrinque obtusum, hinc convexum, inde sulcatum.
Obs. *Corollæ valvula exterior in aliis aristata, in aliis mutica.*

79. SECALE *. Secalina *Scheuch.* 1: 5.

CAL. *Involucrum* biflorum, diphyllum: *foliolis* oppositis, erectis, linearibus, acuminatis, corollâ minoribus.
COR. bivalvis: *Valvula exterior* rigidior, ventricosa, acuminata, compressa, margine inferiore ciliato, desinens in Aristam longam: *V. interior* plana, lanceolata.
Nectaria duo, ovata, erecta.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, extra florem pendula. *Antheræ* oblongæ, furcatæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, reflexi, villosi. *Stigma* simplex.
PER. nullum. *Corolla* fovet semen, dehiscit, demittit.
SEM. unicum, oblongum, fere cylindraceum, nudum, hinc acuminatum.
OBS. Sexus *in quibusdam speciebus* hermaphroditus *est*, *in aliis* mares *adviscentur*.
Flos tertius *pedunculatus sæpe inter duos majores sessiles.*

80. HORDEUM *. *Tournef.* 295. *Scheuch.* 1: 3.

CAL. *Involucrum* partiale, triflorum, hexaphyllon, foliolis linearibus, acuminatis, erectis, duobus singulo flori subjectis. *Gluma* nulla.
COR. bivalvis: *Valvula inferior* ventricosa, angulata, ovato-acuminata, calyce longior, desinens in Aristam longissimam: *V. interior* lanceolata, plana, minor.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ovato-turbinatum. *Styli* duo, villosi, reflexi. *Stigmata* similia.
PER. *Corolla* circumnascitur semini, nec dehiscit.
SEM. oblongum, ventricosum, angulatum, utrinque acuminatum, inde sulca longitudinali notatum.
OBS. *In quibusdam omnes tres flores*, *involucro contenti*, hermaphroditi *sunt fertiles*; *in aliis flores laterales* mares *sunt*, *intermedius autem solus fertilis hermaphroditus.* hinc *H. distichon*, & *Gramina hordeacea veterum.*

3. TRIGYNIA.

81. ERIOCAULON *. *Gron. Virg.* 14.

CAL. *Perianthium* commune, globoso-depressum, imbricatum squamis lanceolatis æqualibus persistentibus.
COR. *Universalis* uniformis convexa.
Propria tripetala: Petalis lanceolatis, obtusis, apice villosis, basi attenuatis connatisque in pedicellum styliforme pilosum.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, germini insistentia. *Anthera* oblongæ versatiles.
PIST. *Germen* tenue intra corollam, sub stamina. *Styli* tres capillares breves. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. solitaria, corollâ volitantia.
REC. *Paleæ* magnitudine & figura squamarum calycis, unifloræ, plurimæ.

82. MONTIA *. *Mich.* 13. Cameraria *Dill.* gen. 6. Alsinoides *Vaill.* B. P. 3. *f.* 4.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, obtusis, erectis, persistentibus.
COR. monopetala, quinquepartita: Laciniis tribus alternis minoribus, staminiferis.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ, cui inserta. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* tres, villosi, patentes. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* turbinata, obtusa, tecta, unilocularis, trivalvis.
SEM. tria, subrotunda.
OBS. Calyx *sæpe variat foliolis ternis, tunque stamina 5. sæpe producit.*

83. TILLÆA *. *Mich.* 20. Sedi Species *Vaill. Paris.* 183.

CAL. *Perianthium* tripartitum, planum: *Laciniæ* ovatæ, magnæ.
COR. *Petala* tria, ovata, acuta, plana, calyce fere minora.
STAM. *Filamenta* tria, ſimplicia, corollâ breviora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germina* tria. *Styli* ſimplices. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſulæ* tres, oblongæ, acuminatæ, reflexæ, longitudine floris, longitudinaliter ſurſum dehiſcentes.
SEM. bina, ovata.

84. MOLLUGO *. Alſines ſpecies *H. L. B.* 21.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, erecto-patulis, introrſum coloratis, perſiſtentibus.
COR. nulla: niſi Calycem dicas.
STAM. *Filamenta* tria, ſetacea, corollâ breviora, piſtillo approximata. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum, triſulcatum. *Styli* tres, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* ſubovata, trilocularis, trivalvis.
SEM. numeroſa, reniformia.

Classis IV.

TETRANDRIA.

I. MONOGYNIA.

85. LEUCADENDRON *. Lepidocarpodendron *Boerh. II. p.* 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 194. Hypophyllocarpodendron *Boerh. II. p.* 205. 206. Conocarpodendron *Boerh. II. p.* 196. 199.

CAL. *Perianthium* commune, imbricatum: Squamis inæqualibus, persistentibus; figura & proportione variis.
COR. *Universalis* uniformis convexa.
Propria dipetala, oblonga, externe pubescens.
Petalum superius Ungue longo lineari. Limbo lanceolato indiviso inferne arcte adnexo petalo inferiore.
Petal. inferius Ungue longo, lineari, triplo latiore. Limbo oblongo, semicylindraceo, trifido.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, brevissima, inserta limbo corollæ intra singulam laciniam singula.
Anthera erecta, tubulata, ex quatuor propriis in cylindrum connatis constans, oblonga.
PIST. *Germen* oblongiusculum desinens in *Stylum* subulatum longissimum. *Stigma* simplex.
PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.
SEM. solitaria, subrotunda, coronata pilis.
REC. nudum vel villosum.
OBS. *datur species calyce unifloro, non communi.*

86. PROTEA †. Conocarpodendron *Boerh. II. p.* 195. 197. 198. 200. 202. 203. 204.

Cal. *Perianthium* commune, ſubrotundum, imbricatum: ſquamis ſubovatis.
Cor. *Univerſalis* uniformis, calyce paulo longior.
Propria monopetala: Tubo longitudine calycis; Limbo quadrifido, glabro, patente, longitudine tubi, æquali.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, corolla longiora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſetaceus, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, nuda.
Rec. conicum, paleis diſtinctum.

87. CEPHALANTHUS †. Platanocephalus *Vaill.* A. G. 1722. vide HM. III: 33.

Cal. *Perianthium commune* Receptaculo communi flores plures in capitulum colligens.
Perianthium proprium, quadripartitum, erectum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* anguſtus. *Limbus* quadripartitus, longitudine tubi, reflexus, acutus.
Stam. *Filamenta* quatuor, corollæ inſerta, limbo breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* infra florem. *Stylus* ſimplex. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* oblonga, unilocularis. (plures ſimul conſtituunt capitulum globoſum).
Sem. plurima, oblonga.
Obs. *unitas ſæpe additur partibus floris.*

88. GLOBULARIA *. *Tournef.* 265. Alypum *Niſſ. A. G.* 1712. *t.* 18. *Dill. gen.*

Cal. *Perianthium commune* imbricatum, longitudine floſculorum. *Perianthium proprium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum.
Cor. *univerſalis* fere æqualis.
Propria monopetala, baſi tubulata, *Limbo* quadripartito: *Lacinia ſuperiore* minima reflexa, *reliquis* tribus inferioribus, majoribus, æqualibus, labium inferius conſtituentibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* diſtinctæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. nullum. *Calyx proprius* connivens, includens ſemen. *Receptaculum commune* oblongum, paleis diſtinctum.
Sem. ſolitaria, ovata.

89. DIPSACUS *. *Tournef.* 265. *Vaill.* A. G. 1722. *Malp.* 209.

Cal. *Perianthium* commune, multiflorum, polyphyllum: *foliolis* tenuibus, floſculis longioribus, laxis, perſiſtentibus. *Perianth. proprium* vix manifeſtum, germini inſidens.
Cor. ſingula monopetala. *Petalum* totum tubulatum, rectum: *ore* quadrifido, erecto: *lacinia exteriori* majori, acutiori.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium floſculi. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.
Per. nullum. RECEPTACULUM *commune* conicum, paleis longioribus diſtinctum.
Sem. ſolitaria, columnaria, calyculo marginaceo integro coronata.

90. SCABIOSA *. *Tournef.* 263. 264. *Vaill.* A. G. 1722. Afterocephalus *Vaill. ibid.* Succifa *Vaill. ibid.* Pterocephalus *Vaill. ibid.*

CAL. *Perianthium commune* multiflorum patens, polyphyllum; *foliolis* feriebus variis receptaculum cingentibus eique infidentibus, quorum interiora gradatim minora.
Perianthium proprium duplex, utrumque germini infidens, quorum
P. exterius brevius, membranaceum, plicatum, perfiftens.
P. interius quinquepartitum: *laciniis* fubulato-capillaceis.
COR. fingula monopetala. *Petalum* erectum, tubulatum, fenfim ampliatum, femi-quinquefidum (quadrifidumve:) *laciniis* exterioribus majoribus.
STAM. *Filamenta* quatuor, fubulato-capillaria, debilia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium flofculi, propria vaginâ involutum tanquam calyculo. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtufum, oblique emarginatum.
PER. nullum. RECEPTACULUM *commune* convexum, foliolis calycinis corollas diftinguentibus.
SEM. folitaria, ovato-oblonga, involuta, calycibus propriis coronata.
OBS. Figura *in hocce genere maxime inconftans eft.* Corollulæ *exteriores fæpe majores, magis inæquales.* Seminum coronæ *variam faciem ferunt.*

91. KNAUTIA *. *Lychni-Scabiofa* Boerh.

CAL. *Perianthium commune* flofculos in fimplicem orbem digeftos continens, fimplex, cylindraceum, oblongum, erectum: *laciniis* fubulatis, approximatis, numero flofculorum.
Perianth. proprium minimum, coronans germen.
COR. *univerfalis* æqualis: *propria* monopetala, inæqualis, cujus petali *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* inæqualis, quadrifidus; *laciniâ* exteriore majore, ovata.
STAM. *Filamenta* quatuor, tubo corollæ longiora, receptaculo inferta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium flofculi. *Stylus* filiformis, longitudine ftaminum. *Stigma* craffiufculum, bifidum.
PER. nullum. RECEPTACULUM *commune* vix notabile, planum, nudum.
SEM. folitaria, tetragona, apice villofo.
OBS. *Calyce tubulato & fimplici flofculorum orbitâ a Scabiofis diftinguitur, quibus valde affinis.*

92. SHE-

92. SHERARDIA *. *Dill.* gen. 3.

CAL. *Perianthium* parvum, quadridentatum, germini insidens, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus, planus, acutus.
STAM. *Filamenta* quatuor, ad apicem tubi posita. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* didymum, oblongum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, superne bifidus. *Stigmata* capitata.
PER. nullum. *Fructus* oblongus, coronatus, longitudinaliter in duo semina separabilis.
SEM. bina, oblonga, apice tribus acuminibus notata, hinc convexa, inde plana.

93. ASPERULA *.

CAL. *Perianthium* parvum, quadridentatum, germini insidens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* oblongis, obtusis, reflexis.
STAM. *Filamenta* quatuor, ad apicem tubi posita. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* didymum, subrotundum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, superne bifidus. *Stigmata* capitata.
PER. *Baccæ* siccæ, duæ, globosæ, coalitæ.
SEM. solitaria, subrotunda, magna.

94. SPERMACOCE †. *Dill.* elth. 277.

CAL. *Perianthium* parvum, quadridentatum, germini insidens, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* quadripartitus, patenti-reflexus, obtusus.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum, compressum, infra receptaculum. *Stylus* simplex, superne bifidus. *Stigmata* obtusa.
PER. *Capsulæ* duæ, connatæ, oblongæ, hinc gibbæ, inde planæ, obtusæ, singula bicornis.
SEM. solitaria, subrotunda.

95. CRUCIANELLA *. Rubeola *Tournef.* 50.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* lanceolatis, carinulatis, acuminatis, rigidis, conniventi-compressis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, filiformis, calyce longior. *Limbus* quadrifidus, parvus.
STAM. *Filamenta* quatuor, in ore tubi posita. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* compressum, inter calycem & corollam. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, obtusa, *unicum* stylum terminans, *alterum* infra apicem styli sessile.
PER. *Capsulæ* duæ, connatæ.
SEM. solitaria, oblonga.

96. HOUSTONIA †. Paronychiæ affinis *Morif.* III. f. 15. t. 4. f. 1. auctore Clariss. *D. Gronovio.*

CAL. *Perianthium* minimum, quadridentatum, erectum, persistens.
COR. *Petalum* unicum, infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus, patens, *laciniis* subrotundis.
STAM. *Filamenta* quatuor, in collo corollæ, minima. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum, compressum. *Stylus* simplex, staminibus brevior. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. *Capsula* subrotunda, didyma, bilocularis, bivalvis, valvulis dissepimento oppositis.
SEM. solitaria.

97. GALIUM *. Gallium. *Tournef.* 39.

CAL. *Perianthium* minimum, quadridentatum, germini insidens.
COR. *Petalum* unicum, quadripartitum, planum, acutum, tubo nullo.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* didymum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, semi-bifidus, longitudine staminum. *Stigmata* globosa.
PER. *Baccæ* siccæ, duæ, globosæ, coalitæ, non adhærentes.
SEM. solitaria, reniformia, magna.

98. APA-

98. APARINE *. *Tournef.* 39.

CAL. *Perianthium* minimum, quadridentatum, germini infidens.
COR. *Petalum* unicum, quadripartitum, planum, acutum, tubo nullo.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* didymum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, ſemi-bifidus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.
PER. *Baccæ* ſiccæ duæ, globoſæ, coalitæ, villis uncinatis, rigidis adhærentes.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, umbilicata, magna.

99. RUBIA *. *Tournef.* 38.

CAL. *Perianthium* minimum, quadridentatum, germini infidens.
COR. *Petalum* unicum, quadripartitum, planum, acutum, baſi concava, tubo nullo.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* didymum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, ſuperne bifidus. *Stigmata* capitata.
PER. *Baccæ* duæ, coalitæ, glabræ.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, umbilicata.

100. CATESBÆA †. Lycium *Catesb.* Authore *D. Gronovio.*

CAL. *Perianthium* quadridentatum, minimum, acutum, perſiſtens.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* omnium longiſſimus, rectus, ſuperne ſenſim craſſior. *Limbus* ſemiquadrifidus, latus, erecto-planus.
STAM. *Filamenta* quatuor, intra collum tubi enata. *Antheræ* oblongæ, erectæ, corollâ fere longiores.
PIST. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca* ovalis, coronata, unilocularis.
SEM. plura, angulata.

101. IXORA †. vide HM. II: 13-14.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, minimum, erectum, persistens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longissimus, tenuis. *Limbus* quadripartitus, planus: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, in divisuris corollæ, brevissima, incurva. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* bifidum.
Per. *Bacca* subrotunda, unilocularis.
Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata.

102. AVICENNIA. vide HM. IV: 45.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acuminatum, erectum, persistens.
Cor. *Petalum* planum, quadrifidum; *laciniis* ovato-acuminatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* bifidæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* subulatus, brevis, persistens. *Stigma* acutum.
Per. coriaceum, ovatum, cum acumine, uniloculare, non dehiscens.
Sem. unicum, compressum, ellipticum, germinans intra pericarpium.

103. PENÆA †. Sarcocolla *Syst. nat. edit. I.*

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppositis, lanceolatis, concavis, æqualibus, coloratis, corollâ dimidio brevioribus, laxis, deciduis.
Cor. monopetala, campanulata. *Limbus* quadrifidus, patulus, tubo longe brevior: laciniis acutis.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, omnium brevissima, tubo corollæ inter divisuras insistentia, erecta, nuda. *Antheræ* erectæ, planiusculæ, utrinque emarginatæ.
Pist. *Germen* ovatum, quadragonum. *Stylus* alis quatuor membranaceis longitudinalibus quadragonus. *Stigma* cruciforme, obtusum, persistens.
Per. *Capsula* quadragona, stylo instructa, quadrilocularis, quadrivalvis.
Sem. bina, oblongiuscula, obtusa.

104.

104. BLÆRIA. †.

CAL. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* linearibus, erectis, corollâ paulo brevioribus, persistentibus.
COR. monopetala. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis, pervius. *Limbus* parvus, quadrifidus: laciniis ovatis, reflexis.
STAM. *Filamenta* quatuor, setacea, longitudine tubi, receptaculo inserta. *Antheræ* oblongæ, compressæ, erectæ, obtusæ, emarginatæ.
PIST. *Germen* quadragonum, breve. *Stylus* setaceus, corollâ multo longior. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* obtusa, quadrangularis, quadrilocularis, angulis dehiscens.
SEM. nonnulla, subrotunda.
OBS. *Antheræ quidem emarginatæ sunt, nullo tamen modo bicornes.*

105. BUDDLEJA. *Houst.* A. A.

CAL. *Perianthium* minimum, semiquadrifidum, acutum, erectum, persistens.
COR. *Petalum* unicum: semiquadrifidum, erectum, calyce triplo majus: *laciniis* ovatis, rectis, acutis.
STAM. *Filamenta* quatuor, brevissima, ad divisuras corollæ posita. *Antheræ* brevissimæ, simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, corollâ dimidio brevior. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* ovata, oblonga, bisulca, bilocularis.
SEM. numerosa, minutissima.

106. PLANTAGO *. *Tournef.* 48. Coronopus *Tournef.* Pſyllium *Tournef.* Gramen junc: 30. *Moriſ.* III. ſ. 8. t. 9. f. ult.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, erectum, breviſſimum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* tabeſcens. *Tubus* cylindraceo-globoſus. *Limbus* quadripartitus, depreſſus: *laciniis* ovatis, acutis.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, erecta, omnium longiſſima. *Antheræ* oblongiuſculæ, compreſſæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus dimidio brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ovata, bilocularis, horizontaliter dehiſcens, diſſepimento libero.
Sem. plurima, oblonga.
Obs. Calyx *in quibuſdam inæqualis eſt, in aliis æqualis.*

107. SANGUISORBA *. *Rupp.* Pimpinellæ ſpecies *Tournef.*

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, breviſſimis, caducis.
Cor. *Petalum* planum, quadripartitum; *laciniis* ovatis, obtuſis, unguibus cohærentibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſuperne latiora, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.
Pist. *Germen* quadragonum, inter calycem & corollam poſitum. *Stylus* filiformis, breviſſimus. *Stigma* obtuſum.
Per. Capſula parva, bilocularis.
Sem. parva.

108. CENTUNCULUS *. *Dill.* gen. 5. Anagallidaſtrum *Mich.* 10. Anagallidis Sp. *Vaill.* B. P. 4. f. 2.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, patens, perſiſtens: *laciniis* acutis, lanceolatis, corolla longioribus.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* ſubgloboſus. *Limbus* quadripartitus, planus: *laciniis* ſubovatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine ferme corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum, intra tubum corollæ. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, horizontaliter dehiſcens.
Sem. plurima, ſubrotunda, minima.

109. EPIMEDIUM *. *Tournef.* 117.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, concavis, patentibus, parvis, petalis directe (non alternatim) ſubjectis, caducis.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, concava, patentia. *Nectaria* quatuor, cyathiformia, fundo obtuſo, magnitudine petalorum, petalis incumbentia, margine oris affixa receptaculo.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſtylum prementia. *Antheræ* oblongæ, erectæ, biloculares, bivalves, a baſi apicem verſus dehiſcentes, diſſepimento libero.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* germine brevior, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Siliqua* oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, oblonga.

110. CORNUS *. *Tournef.* 410. Virga ſanguinea *Dill.*

CAL. *Involucrum* tetraphyllum, commune, multiflorum, pedunculi-ferum; *foliolis* ovatis, oppoſitis minoribus, coloratis, deciduis.
Periantbium minimum, quadridentatum, germini inſidens, deciduum.
COR. *Petala* quatuor, oblonga, acuta, plana, involucro minora.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, corollâ longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum.
PER. *Drupa* ſubrotunda, umbilicata.
SEM. *Nux* cordata ſeu oblonga, bilocularis. *Nucleus* oblongus.

111. EUONYMUS *. *Tournef.* 388.

CAL. *Periantbium* monophyllum, quadripartitum, planum: *laciniis* ſubrotundis, concavis.
COR. *Petala* quatuor, ovata, plana, patentia, calyce longiora.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, corollâ breviora, germini tanquam receptaculo impoſita. *Antheræ* didymæ.
PIST. *Germen* acuminatum. *Stylus* brevis, ſimplex. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* ſucculenta, colorata, quadragona, quadrangularis, quadricuſpis, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. ſolitaria, ovata, calyptrâ obvoluta.
OBS. *Fructificatio, in quibuſdam individuis vel ſpeciebus addit quintam numeri partem.*
Quibusdam Filamenta, præterquam acumina receptaculi, nulla.

112. PTELEA *. Frutex ulmi facie *Dill.* elth. 122. f. 148.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, acutum, parvum.
Cor. *Petala* quatuor, ovato-lanceolata, plana, patentia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* orbiculatum, compreſſum. *Stylus* brevis. *Stigmata* duo, acuta.
Per. *Membrana* ſubrotunda, perpendicularis, cavitate in centro pro ſemine.
Sem. unicum, teretiuſculum.
Obs. *Fructus eſt ulmo ſimillimus, non vero ſtylus, ſtigma, aut reliquæ fructificationis partes. Calyx, corolla, ſtamina ſæpe addunt quintam partem numeri.*

113. LUDWIGIA †. *vide HM.* II. 50. *Mer. ſur.* 39.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, germini inſidens, perſiſtens: *laciniis* lanceolatis, patentiſſimis, longitudine corollæ.
Cor. *Petala* quatuor, obverſe cordata, plana, patentiſſima, æqualia.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, brevia. *Antheræ* ſimplices, oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* tetragonum, calycis baſi veſtitum, ſub receptaculo floris. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obſolete tetragonum, capitatum.
Per. *Capſula* quadragona, obtuſa, calyce veſtita, eoque coronata, quadrilocularis, quadrifariam dehiſcens.
Sem. numeroſa, parva.

114. OLDENLANDIA †. *Plum.* 36.

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *laciniis* ſubulatis, germini inſidentibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, patentia, calyce duplo longiora.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.
Per. *Capſula* coriacea, globoſa, bilocularis.
Sem. numeroſa, minima.

115. TRAPA †. Tribuloides *Tournef.* 431.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, acutum, persistens.
Cor. *Petala* quatuor, verticaliter ovata, calyce majora.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, longitudine calycis. *Stigma* capitatum, emarginatum.
Per. *Capsula* ovato-oblonga, ossea, unilocularis; *Spinis* quatuor in medio latere oppositis, patentibus (quæ calycis folia fuere) acutis, crassis, armata.
Sem. *Nucleus* ovatus, tectus.
Obs. *Sunt etiam Filamenta (ni fallor) alia quatuor, sterilia.*

116. DORSTENIA †. *Plum.* 8. *Houst.* A. A. 421. t. 1. 2.

Cal. *Involucrum commune* planum, angulatum, maximum, tectum receptaculo communi adnato, & flosculis numerosissimis discum inhabitantibus, minimis.
Perianthium proprium quadrangulare, concavum, receptaculo immersum, cumque eo coalitum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, brevissima. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum.
Per. nullum. *Receptaculum commune* carnosum factum.
Sem. solitaria, subrotunda, acuminata.
Obs. *Qui plantam vivam vident florentemque, inquirant num alii flosculi feminei sint hermaphroditis mixti, ut in Parietaria. Species a Plumiero Parietariis mixta, erit Dorstenia ex alis florens.*
Dorstenia enim inter Ficum & Parietariam media nobis videtur.

117. AM-

117. AMMANNIA *. *Houſt.* A. A.

Cal. *Perianthium* campanulatum, oblongum, erectum, octo ſtriis & plicis, quadrangulare, octodentatum: *dentibus* alternis inflexis, perſiſtens.
Cor. nulla. (vel) *Petala* quatuor, verticaliter ovata, patentia, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſetacea, longitudine calycis, cui inſerta. *Antheræ* didymæ.
Pist. *Germen* ſubovatum, magnum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* capitatum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, quadrilocularis, calyce obtecta.
Sem. numeroſa, parva.
Obs. *Houſton petala quatuor pingit, quæ in florentibus, a me examinatis, defecere, ut in Peplide, cui cum Lythro & Iſnardia maxime affinis eſt.*

118. ISNARDIA †. Dantia *Petit.* gen. 49. Glaucis ſpecies *Bocc.* muſ. 84. *f.* 1.

Cal. *Perianthium* campanulatum, ſemiquadrifidum: *laciniis* acutis, patentibus.
Cor. nulla: niſi Calycem dicas.
Stam. *Filamenta* quatuor, e medio calycis enata. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* intra ſubſtantiam calycis. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* craſſiuſculum.
Per. Baſis calycis quadrata, quadrilocularis.
Sem. pauca, oblonga.

119. ELÆAGNUS *. *Tournef.* 489.

Cal. *Perianthium* monophyllum, vix ſemiquadrifidum, rectum, campanulatum, externe ſcabrum, interne coloratum, deciduum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, breviſſima, infra diviſuras calyci inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum. *Stylus* ſimplex, calyce paulo brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Drupa* ovata, obtuſa, glabra, apice punctato.
Sem. *Nux* oblonga, obtuſa.

120. BRABEJUM †. vide *Breyn.* cent. f. 1. Communicavit Nobiliſſ. D. *Cliffortius.*

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, linearia, obtuſa, inferne erecta, tubum formantia, ſuperne revoluta, decidua.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, unguibus petalorum inſerta, longitudine vix corollæ. *Antheræ* parvæ, lateribus dehiſcentes.
Pist. *Germen* minimum, villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, ſuperne fere craſſior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Drupa* ſiccior, ovalis, villoſa.
Sem. *Nux* ovata.
Obs. *a* Ximenia *Plumieri*, *cui ſatis ſimilis eſt fructificatio, ſolo numero optime diſtinguitur.*

121. RIVINIA *. Rivina *Plum.* 39. Solanoides *Tournef.* A. G. 1706. *Dill.* gen. II. Phytolaccæ ſpecies *Boerh.*

Cal. *Perianthium* quadripartitum, coloratum, perſiſtens: *foliolis* oblongo-ovatis, obtuſis.
Cor. nulla. niſi Calycem ſumas.
Stam. *Filamenta* quatuor, calyce breviora, per paria proxima, perſiſtentia. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* magnum, ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* ſimplex, obtuſum.
Per. *Bacca* globoſa, calyci viridi reflexo inſidens, unilocularis.
Sem. unicum, ſubrotundum, compreſſum, ſcabrum.
Obs. *Plumierus flores octo ſtaminibus pingit, in quo valde errat.*

122. ALCHEMILLA *. Alchimilla *Tournef.* 289.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens: *oreplano*, octipartito: *laciniis* alternis minoribus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, ſubulata, minima, ori calycis inpoſita. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, ad baſin germinis inſertum. *Stigma* globoſum.
Per. nullum. *Calycis* Collum clauditur, nec dehiſcit.
Sem. ſolitarium, ellipticum, compreſſum.

2. *D I-*

2. *DIGYNIA.*

123. APHANES *. Percepier *Dill.* gen. 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, persistens: *ore* plano, octipartito; *laciniis* alternis, minimis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quatuor, erecta, subulata, minima, ori calycis imposita. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germina* duo, ovata. *Styli* filiformes, longitudine staminum, germinibus ad basin inserti. *Stigmata* capitata.
Per. nullum. *Calyx* in fundo semina continens, ore connivens.
Sem. duo, ovata, acuminata, compressa, longitudine styli.
Obs. *Ad* Alchimillam *proxime accedit.*

124. CUSCUTA *. *Tournef.* 422. Basella HM. VII. 24.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, semiquadrifidum, obtusum, basi carnosum.
Cor. *Petalum* unicum, ovatum, calyce paulo longius: *ore* quadrifido, obtuso.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, longitudine calycis. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, erecti, breves. *Stigmata* simplica.
Per. carnosum, subrotundum, biloculare, horizontaliter dehiscens.
Sem. bina.
Obs. Cuscutæ *T. Pericarpium membranaceum horizontaliter dehiscens.* Basellæ *semen unicum nudum calyce succulento baccato vestitum* addit unitatem in omni numero floris.
Si flos sexfidus evadat, fit stylus triplex.

125. HAMAMELIS. Gron. *Virg.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum erectum: foliolis oblongis, obtusis, æqualibus.
Cor. *Petala* quatuor, linearia, æqualia, longissima.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* ovatum, villosum, desinens in Stylos duos, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* bilocularis, bivalvis.
Sem. *Nucleus* solitarius, ovato-oblongus, glaber, nitidus.

126. HYPECOUM *. *Tournef.* 115.

Cal. *Perianthium* diphyllum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis, erectis, oppositis, deciduis.
Cor. tetrapetala. *Petala duo exteriora* opposita latiora, triloba, obtusa: *P. duo interiora*, cum exterioribus alterna, semitrifida: *lacinia media* concava, compressa, erecta.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, erecta, a laciniis petalorum intimorum tecta. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
Pist. *Germen* oblongum, cylindraceum. *Styli* duo, brevissimi. *Stigmata* acuta.
Per. *Siliqua* compressa, longa, incurva, articulata.
Sem. solitaria in singulo articulo pericarpii, globoso-compressa.

3. *TETRAGYNIA.*

127. ILEX *. Aquifolium *Tournef.* 371. Dodonæa *Plum.* 12.

Cal. *Perianthium* quadridentatum, minimum, persistens.
Cor. *Petalum* quadriparitum, planum: *laciniis* subrotundis, concavis, patentibus majusculis, unguibus cohærentibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quatuor obtusa.
Per. *Bacca* subrotunda, quadrilocularis.
Sem. solitaria, ossea, oblonga, obtusa, hinc gibba, inde angulata.
Obs. Dodonæa *excludit unicam quartam partem numeri in omni fructificationis parte, hinc flos trifidus.*

128. Po-

128. POTAMOGETON *. *Tournef.* 103. *Vaill.* B. P. 32. f. 5.

CAL. nullus.
COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, obtuſa, concava, patentia, unguiculata, decidua.
STAM. *Filamenta* quatuor, plana, obtuſa, breviſſima. *Antheræ* didymæ, breves.
PIST. *Germina* quatuor, ovato-acuminata. *Stylus* nullus. *Stigmata* obtuſa.
PER. nullum.
SEM. quatuor, ſubrotunda, acuminata, hinc gibba, inde compreſſa, angulataque.

129. SAGINA *. Alſinella *Dill. gen.* 6.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentiſſimis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, calyce brevoria, patentia.
STAM. *Filamenta* quatuor capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* quatuor, ſubulati, recurvi, pubeſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* ovata, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. numeroſa, minima, receptaculo affixa.

Claſ-

Classis V.

PENTANDRIA.

I. MONOGYNIA.

130. HELIOTROPIUM †. *Tournef.* 57.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* planus, semiquinquefidus, obtusus: *laciniis* minoribus, alternatis, acutioribus, majoribus interjacentibus. *Faux* clausa: *squamulis* quinque, prominulis, conniventibus in stellam.
STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, in fauce. *Antheræ* parvæ, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* erectus, immutatus, in sinu semina fovens.
SEM. quatuor, ovata, acuminata.

131. MYOSOTIS *. *Dill.* gen. 3. Scorpiurus *Kn.*

CAL. *Perianthium* semiquinquefidum, oblongum, erectum, acutum, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* semiquinquefidus, planus: *laciniis* emarginatis, obtusis. *Faux* clausa: *squamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.
STAM. *Filamenta* quinque, in collo tubi, brevissima. *Antheræ* minimæ, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* obtusum.
PER. nullum. *Calyx* major, erectus, in sinu semina fovens.
SEM. quatuor, ovata, acuminata, glabra.

132. LIT-

132. LITHOSPERMUM *. *Tournef.* 55.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, rectum, acutum, persistens; *laciniis* subulatis, carinatis.
COR. *Petalum* unicum, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* semiquinquefidus, obtusus, erectus. *Rictus* perforatus.
STAM. *Filamenta* quinque, brevissima. *Antheræ* oblongæ, in fauce corollæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* obtusum, bifidum.
PER. nullum. *Calyx* patulus, semina, quibus decies longior, in sinu continens.
SEM. quatuor, ovato-acuminata, dura, glabra.

133. ANCHUSA *. Buglossum *Tournef.* 53.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, teres, acutum, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* semiquinquefidus, erecto-patens, obtusus. *Rictus* clausus *squamulis* quinque, convexis, prominentibus, oblongis, conniventibus.
STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, in fauce corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* major, erectus, in sinu continens semina.
SEM. quatuor, oblongiuscula, obtusa, gibba.

134. CYNOGLOSSUM *. *Tournef.* 57. Omphalodes *Tournef.* 58.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, acutum, persistens.
COR *Petalum* unicum, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus, limbo brevior. *Limbus* semiquinquefidus, obtusus. *Rictus* clausus: *squamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.
STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, in fauce corollæ. *Antheræ* subrotundæ, nudæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* subulatus, longitudine staminum, persistens. *Stigma* emarginatum.
PER. *Capsulæ* quatuor, depressæ, subrotundæ, extrorsum obtusiores, scabræ, non dehiscentes.
SEM. solitaria, subovata, gibba, acuminata, glabra.
OBS. Essentia *generis consistit in quatuor capsulis monospermis stylo affixis.*

135. SYMPHYTUM *. *Tournef.* 56. Consolida *Riv.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, pentagonum, acutum, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* brevissimus. *Limbus* tubulato-ventricosus, tubo paulo crassior: *ore* quinquedentato, obtuso, reflexo. *Faux* munita: *radiis* quinque, subulatis, limbo brevioribus, in conum conniventibus.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, cum radiis faucis alternæ. *Antheræ* acutæ, erectæ, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis; longitudine corollæ. *Stigma* simplex.
PER. nullum. *Calyx* major, ampliatus.
SEM. quatuor, gibba, acuminata, apicibus conniventia.

136. PUL-

136. PULMONARIA *. *Tournef.* 55.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, cylindraceum, pentagonum, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* semiquinquefidus, obtusus, erecto-patens. *Faux* pervia.
STAM. *Filamenta* quinque, in fauce, brevissima. *Antheræ* erectæ, conniventes.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, calyce brevior. *Stigma* obtusum, emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo semina fovens.
SEM. quatuor, subrotunda, obtusa.

137. BORRAGO *. *Tournef.* 53. Borraginoides *Boerh*: I: 88. Cynoglossoides *Isnard. A. G.* 1718. *t.* 10.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, persistens.
COR. *Petalum* unicum, longitudine calycis. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* quinquepartitus, planus: *Faux* coronata: *prominentiis* quinque, emarginatis, obtusis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, conniventia. *Antheræ* oblongæ, filamentorum lateri interiori in medio affixæ, conniventes.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* simplex.
PER. nullum. *Calyx* major inflatus.
SEM. quatuor, subrotunda, rugosa, apice extrorsum carinata, basi globosa, receptaculo excavato inserta.
OBS. Calycis *laciniæ quoad figuram*, & Corollæ *Tubus quoad magnitudinem*, *pro genere determinando nil valent.*

138. LYCOPSIS *. Echioides *Riv.* I. 10. 11. *Dill.* gen. 3. Bugloſſoides *Riv.* I. 13. Bugloſſum II. *Moriſ.* ſ. 11. t. 26.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, patulis, perſiſtentibus.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, curvato-flexus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus. *Faux* clauſa: *ſquamulis* quinque convexis, prominentibus, conniventibus.
STAM. *Filamenta* quinque, minima, ad flexuram tubi corollæ. *Antheræ* parvæ, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, bifidum.
PER. nullum. *Calyx* maximus, inflatus.
SEM. quatuor, ſublonga.
OBS. Eſſentia *generis conſiſtit in flexura cylindracei tubi corollæ.*

139. ECHIUM *. *Tournef.* 54. *Riv.* I. 9.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, perſiſtens: *laciniis* ſubulatis, erectis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* erectus, ſenſim ampliatus, quinquefidus, obtuſus: *laciniis ſuperioribus* duabus longioribus, *infimâ* minore acuta, reflexa
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, bifidum.
PER. nullum. *Calyx* rigidior, in ſinu ſemina fovens.
SEM. quatuor, ſubrotunda, oblique acuminata.
OBS. Eſſentia *generis eſt Corolla inæqualis cum ſeminibus quatuor & ſtaminibus quinque.*

140. ASPERUGO *. *Tournef.* 54. Buglossum 13. *Morif.* III. f. 11. t. 26.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, denticulis duobus singulæ laciniæ interpositis; erectum, æquale, persistens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, brevissimus. *Limbus* semiquinquefidus, obtusus, parvus. *Faux* clausa: *squamulis* quinque convexis, prominentibus, conniventibus.
Stam. *Filamenta* quinque, in fauce, brevissima. *Antheræ* oblongiusculæ, tectæ.
Pist. *Germina* quatuor, compressa. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* obtusum.
Per. nullum. *Calyx* maximus, erectus, compressus, & connivens, ut duo plana parallela, summo margine quinque dentes eminentes exserens.
Sem. quatuor, oblonga. Simul considerata videntur compressa.
Obs. Essentia *consistit in figura calycis seminiferi.*

141. CERINTHE *. *Tournef.* 56. Cerinthoides *Boerh.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis æqualibus, persistentibus.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* brevis, crassus. *Limbus* tubulato-ventricosus, tubo paulo crassior: *ore* quinquefido. *Faux* nuda, pervia.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, brevissima. *Antheræ* acutæ, erectæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
Per. ossea duo, subovata, nitida, introrsum planiuscula, extrorsum gibba, acutiuscula, emarginata, bilocularia, non dehiscentia.
Sem. solitaria, subrotunda, acuminata.
Obs. Cerinthoides *seminibus quatuor distinctis gaudet.*
Character essentialis, *quo ab* Asperifoliis *reliquis distinguitur, consistit in Corolla regulari: fauce nuda pervia.*

142. TOURNEFORTIA †. Pittonia *Plum.* 3.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, parvum, persistens: *laciniis* lanceolatis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* ovatus, calyce longior. *Limbus* semiquinquefidus, patens: *laciniis* latis, acutis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine tubi corollæ, *Antheræ* simplices, in fauce corollæ.
PIST. *Germen* globosum, sub receptaculo floris. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Bacca* globosa, bilocularis.
SEM. bina, subovata, pulpâ distincta.

143. ANDROSACE *. *Tournef.* 46.

CAL. *Involucrum* universale, polyphyllum, multiflorum minimum.
Perianthium monophyllum, pentagonum, semiquinquefidum, acutum, erectum, persistens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* ovatus, calyce obvolutus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* ovato-oblongis, obtusis, integris.
STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, intra tubum corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ, inclusæ.
PIST. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, brevissimus. *Stigma* globosum, inclusum.
PER. *Capsula* globosa, calyci plano insidens, unilocularis, quinquefariam apice dehiscens.
SEM. plurima, subrotunda, hinc gibba, inde plana. *Receptaculum* erectum, liberum.

144. PRIMULA *. Primula veris *Tournef.* 47. *Malp.* 139. 147. *Pont:* 1: 2. Auricula Ursi *Tournef.* 46.

Cal. *Involucrum*, polyphyllum, multiflorum, minimum. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, pentagonum, quinquedentatum, acutum, erectum, persistens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis, terminatus collo parvo, hemisphærico. *Limbus* patens, semiquinquefidus: *laciniis* obverse cordatis, emarginatis, obtusis.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, intra collum corollæ. *Antheræ* acuminatæ, erectæ, conniventes, inclusæ.
Pist. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* globosum.
Per. *Capsula* teres, longitudine ferme perianthii, tecta, unilocularis, dehiscens, apice decemdentato.
Sem. numerosa, subrotunda. *Receptaculum* ovato-oblongum, liberum.

145. CORTUSA *. Matth. *Boerh.*

Cal. *Perianthium* patens, quinquefidum, minimum, persistens: *laciniis* obtusis, apicibus reflexis.
Cor. *Petalum* rotatum. *Tubus* vix ullus. *Limbus* planus, quinquepartitus, amplus: *laciniis* subrotundis, ad quarum basin prominent tubercula quinque.
Stam. *Filamenta* quinque, brevia, obtusa. *Antheræ* bi-lamellatæ, oblongæ, erectæ, exteriori parte affixæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus vix æqualis. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* ovato-oblonga, acuminata, utrinque longitudinaliter sulcata, unilocularis, bivalvis, valvularum marginibus involutis.
Sem. numerosa, oblonga, obtusa, parva.

146. SOL.

146. SOLDANELLA. *. *Tournef.* 16.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, rectum, persistens: *laciniis* lanceolatis.
Cor. *Petalum* campanulatum, sensim ampliatum: rectum: *ore* lacero, acuto.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, persistens. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* oblonga, teres, oblique striata, unilocularis, dehiscens, apice decem-dentato.
Sem. numerosa, acuminata, minima. *Receptaculum* columnare, liberum.

147. MENYANTHES *. *Tournef.* 15. Acopa *Morif.* III. f. 15. t. 2. Nymphoides *Tournef.* 67.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, persistens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceo-infiundibuliformis, brevis.
Limbus ultra medium quinquefidus: *laciniis* reflexo-patentibus, obtusis, hirsutie notatis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, brevia. *Antheræ* acutæ, basi bifidæ, erectæ.
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ferme corollæ. *Stigma* bifidum, compressum.
Per. *Capsula* ovata, calyce cincta, unilocularis.
Sem. plurima, ovata, exigua.

148. HOTTONIA *. *Boerh.* Stratiotes *Vaill.* A. G. 1719.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* linearibus, erecto-patulis.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, planus: *laciniis* ovato-oblongis, emarginatis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, brevia erecta, laciniis corollæ opposita. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* globoso-acuminatum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* globosum.
Per. *Capsula* globosa, acuminata, unilocularis, calyci imposita.
Sem. plurima, globosa. *Receptaculum* globosum, magnum.

149. LY-

149. LYSIMACHIA *. *Tournef.* 59.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, persistens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* ovato-oblongis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, basi fere cohærentia, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* acuminatæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* globosa, unilocularis, decemvalvis.
Sem. plurima, angulata. *Receptaculum* globosum, maximum, punctatum.

150. ANAGALLIS *. *Tournef.* 59.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, persistens: *laciniis* carinatis.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* ovato-orbiculatis, unguibus connexis.
Stam. *Filamenta* quinque, erecta, corollâ breviora, inferne hirsuta. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, leviter inclinatus. *Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* globosa, unilocularis, horizontaliter in duo hemisphæria dehiscens.
Sem. plurima, angulata. *Receptaculum* globosum, maximum.

151. HYDROPHYLLUM *. *Tournef.* 16. Dentariæ facie *Morif.* III. f. 15. t. 1.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, corollâ vix brevius, patens, persistens: *laciniis* subulatis.
Cor. *Petalum* unicum, campanulatum, semiquinquefidum: *laciniis* erectis, obtusis, emarginatis.
Nectarium: Rima lamellis duabus longitudinalibus, conniventibus clausa, intra singulam laciniam, infra medietatem, petalo adnata.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ longiora. *Antheræ* incumbentes, oblongæ.
Pist. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum, patens.
Per. *Capsula* globosa, unilocularis, bivalvis.
Sem. unicum, rotundum, magnum.

152. THEOPHRASTA. Ereſia *Plum.* 25.

Cal. *Perianthium* ſemiquinquefidum, parvum, perſiſtens: obtuſis *laciniis* & *ſinubus*.
Cor. *Petalum* campanulatum, ſemiquinquefidum, erecto-patulum: *laciniis* & *diviſuris* obtuſis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, corollâ brevior. *Stigma* acutum.
Per. *Capſula* globoſa, maxima, unilocularis.
Sem. plurima, ſubrotunda, *Receptaculo* libero undique affixa.

153. PATAGONULA. Patagonica *Dill.* elth. 226. f. 293.

Cal. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* vix ullus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovato-acutum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus, ramulis iterum ſemibifidis, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovato-acuminata, inſidens *Calyci* maximo, laciniis oblongis, longis, emarginatis conſtructo.
Sem. . . . . .
Obs. Eſſentia *conſiſtit in* Calycis *fructigeri ſtructura, qua ab omnibus diſtinguitur, licet ſeminum notitia deficiat hactenus.*

154. AZALEA *.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, parvum, coloratum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* calyce duplo longius, erectum, patulum, baſi anguſta, ſemiquinquefidum: *laciniarum* lateribus inflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, receptaculo inſerta, libera. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, quinquelocularis, quinquevalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Obs. *Figura petali* in aliis infundibuliformis, in aliis campaniformis eſt.
Numero ſtaminum ab Erica & Andromeda primario differt.

155. DIA-

155. DIAPENSIA *. *Fl. Lapp.* 1.

CAL. *Perianthium* octophyllum: *foliolis* quinque *interioribus* in orbem positis, *reliquis* imbricatim incumbentibus, *omnibus* æqualibus, ovatis, obtusis, erectis, persistentibus.
COR. *Petalum* hypocrateriforme. *Tubus* cylindraceus, apertus, longitudine calycis. *Limbus* quinquefidus, obtusus, planus.
STAM. *Filamenta* quinque, compresso-linearia, erecta, ad incisuras limbi tubum terminantia, brevia. *Antheræ* simplices.
PIST. Germen subrotundum. *Stylus* cylindraceus, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* subrotunda, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, subrotunda.

156. PHLOX *. Lychnidea *Dill.* elth. 166.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, decangulare, quinquedentatum, acutum, persistens.
COR. *Petalum* hypocrateriforme. *Tubus* cylindraceus, ter calyce longior, inferne angustior, incurvus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* subrotundis, æqualibus, obtusis, tubo brevioribus.
STAM. *Filamenta* quinque, in tubo corollæ sita, quorum duo longiora, unicum brevius. *Antheræ* in fauce corollæ contentæ.
PIST. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* trifidum, acutum.
PER. *Capsula* ovata, trigona, trilocularis, trivalvis.
SEM. solitaria, ovata.

157. CONVOLVULUS *. *Tournef.* 77. *Malp.* 133. Volubilis *Dill.* elth. 318.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, connivens, ovatum, obtusum, minimum, persistens.
Cor. *Petalum* campanulato-patens, magnum, plicatum, margine levissime incisum.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* ovatæ, compressæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, oblonga, latiuscula.
Per. *Capsula* calyce obvoluta, subrotunda, uni-bi-trive-valvis.
Sem. bina, subrotunda, sæpe acuta.
Obs. *Corolla communiter decem Crenis incisa, sed datur etiam limbo quinquefido.*
Volubilis D: flores alios majores, alios minores in capitula gerit; seminibus alatis.

158. IPOMOEA *. Quamoclit *Tournef.* 39. *Dill.* elth. 241.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, oblongum, minimum, persistens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* fere cylindraceus, longissimus. *Limbus* quinquefidus, patens: *laciniis* semi-lanceolatis, planis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine fere corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum, trifidum.
Per. *Capsula* subrotunda, trilocularis.
Sem. nonnulla, subovata.
Obs. Convolvuli *species est.*

159. PO-

159. POLEMONIUM *. *Tournef.* 61.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, cyathiforme, acutum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* calyce brevior, clauſus valvis quinque ad apicem poſitis. *Limbus* quinquepartitus, amplus, planus: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* quinque, valvulis tubi inſerta, filiformia, corollâ breviora, inclinata. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovato-acutum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* trifidum, revolutum.
Per. *Capſula* trigono-ovata, trilocularis, trivalvis, tecta.
Sem. plurima, irregularia, acutiuſcula.

160. SPIGELIA. † Arapabaca *Plum.* 31.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acuminatum, parvum, perſiſtens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* calyce multo longior, inferne anguſtatus. *Limbus* patens, quinquefidus: *laciniis* latis, acuminatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* globis duobus compoſitum. *Stylus* unus, ſubulatus, longitudine tubi. *Stigma* ſimplex.
Per. duo, globoſa, coalita, calyci inſidentia.
Sem. numeroſa, minima, ſubrotunda.

161. CAMPANULA. *. *Tournef.* 37.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erecto-patens, germini impositum.
Cor. *Petalum* campanulatum, basi impervia patula, erectum, semiquinquefidum, marcescens: *laciniis* latis, acutis, patulis. *Nectarium* in fundo corollæ, constructum *valvulis* quinque, acutis, conniventibus.
Stam *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima, inserta valvularum Nectarii apicibus. *Antheræ* filamentis longiores, compressæ.
Pist. *Germen* angulatum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* tripartitum, oblongum, crassiusculum, *laciniis* revolutis.
Per. *Capsula* subrotunda, angulata, tri-quinqueve-locularis, totidem foraminibus lateralibus emittens semina.
Sem. numerosa, parva. *Receptaculum* columnare, adnatum.
Obs. Pericarpii figura indeterminata est.
Trachelii *Raj. Pericarpium villosum scabrum, triloculare.*
Rapunculi *Raj. Pericarp: glabrum ovatum, triloculare.*
Medii. *Kn. Peric: valvis 5 tectum, quinqueloculare.*
Speculi veneris. *Raj. Peric: columnare prismaticum triloculare.*

162. PHYTEUMA. * Rapunculus *Tournef.* 38. *Riv.* I. 161. 162.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, erecto-patens, germini impositum.
Cor. *Petalum* stellatum, patens, quinquepartitum: *laciniis* linearibus, acutis, recurvis.
Stam. *Filamenta* quinque, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* sub receptaculo. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, recurvus. *Stigma* tripartitum, oblongum, revolutum.
Per. *Capsula* subrotunda, trilocularis.
Sem. plurima, parva, subrotunda.

162. TRA-

163. TRACHELIUM *. *Tournef.* 50.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, germini insidens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme: *Tubus* cylindraceus, longissimus, tenuissimus. *Limbus* patulus, parvus, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, concavis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* triquetro-subrotundum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, corollâ duplo longior. *Stigma* globosum.
Per. *Capsula* subrotunda, obtuse triloba, trilocularis, trivalvis.
Sem. numerosa, minima.

164. RÖELLA *.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quinquepartitum, persistens, germini insidens: laciniis lanceolatis, acutis, dentatis, magnis.
Cor. monopetala, infundibuliformis, decidua. *Tubus* calyce paulo brevior. *Limbus* erecto-patens, quinquepartitus, calyce longior.
Nectarium e squamis quinque, conniventibus, in fundo corollæ.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, nectario insidentia. *Antheræ* subulatæ, conniventes, longitudine filamentorum, altitudine calycis.
Pist. *Germen* oblongum, sub receptaculo floris. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, oblonga, depressa, patentia.
Per. *Capsula* cylindracea, calyce brevior, coronata calyce, patenti majoreque facto bilocularis.
Sem. plurima, angulata.
Obs. *Hinc a* Campanula *&* Polemonio *diversissima.*

165. RON-

165. RONDELETIA. *Plum.* 12.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, germini insidens, persistens.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, calyce longior, apice ventriculosus. *Limbus* quinquepartitus, reflexo-planus: *laciniis* subrotundis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine ferme petali. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* subrotunda, coronata, bilocularis.
SEM. plura, parva.

166. BELLONIA. *Plum.* 31.

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, persistens: *laciniis* lanceolatis, acutis.
COR. *Petalum* rotatum. *Tubus* brevissimus. *Limbus* planus, semiquinquefidus, obtusus, magnus.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, brevissima. *Antheræ* erectæ, conniventes, breves.
PIST. *Germen* infra receptaculum floris. *Stylus* subulatus, rectus, staminibus longior. *Stigma* acutum.
PER. *Capsula* turbinato-ovata, calyce obvoluta, ejusque laciniis conniventibus rostrata, unilocularis.
SEM. numerosa, subrotunda, exigua.

167. CHOMELIA. vide HM. II: 23.

CAL. *Perianthium* semiquinquefidum, erectum, acutum, germini insidens, persistens.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* clavatus, calyce longior. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* ovato-oblongis, reflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, brevia, in fauce corollæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum. *Stylus* simplex, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum.
PER. *Bacca* subrotunda, coronata, bilocularis.
SEM. quatuor, hinc gibba, inde angulata.

168. GE-

168. GENIPA *Tournef.* 436.

CAL. *Perianthium* eſt margo germinis integer.
COR. *Petalum* rotatum. *Tubus* breviſſimus, infundibuliformis. *Limbus* magnus, quinquepartitus, patens: *laciniis* ovatis, acutis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, reflexa, corollâ breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, conniventes.
PIST. *Germen* ovatum, infra receptaculum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* ovato-oblongum, magnum, longitudine ſtaminum.
PER *Bacca* carnoſa, ovata, utrinque attenuata, truncata, bilocularis.
SEM. plura, depreſſa, angulata, nidulantia.

169. COFFEA *. Coffe *Juſſ.* A. G. 1713.

CAL. *Perianthium* quadridentatum, minimum, germini inſidens.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, tenuis, calyce multoties longior. *Limbus* planus, quinquepartitus, tubo longior: *laciniis* lanceolatis: lateribus revolutis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, tubo corollæ impoſita. *Antheræ* lineares, incumbentes, longitudine filamentorum.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine corollæ. *Stigmata* duo, reflexa, ſubulata, craſſiuſcula.
PER. *Bacca* ſubrotunda, puncto umbilicato.
SEM. bina, elliptico-hemiſphærica, hinc gibba, inde plana, membrana involuta.

170. MORINDA *Vaill.* A. G. 1722. Rojoc *Plum.* 26. Phillyreaſtrum *Vaill. A. G.* 1722. vide *H. M. VII.* 27.

CAL. *Receptaculum* fructificationis *commune* ſubrotundum, in globum colligit flores ſeſſiles.
Perianthium quinquedentatum, vix notabile, germini inſidens.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* quinquefidus, acutus, erecto-patens.
STAM. *Filamenta* quinque, compreſſa, ſub diviſuras tubo inſerta, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.
PER. *Bacca* ſubovata, angulata, compreſſa undique ab adjacentibus, truncata, unilocularis.
SEM. unicum, oſſeum, angulatum, truncatum.

171. DIERVILLA * *Tournef.* A. G. 1706. *Dill.* gen. 10.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, breve, germini impositum; laciniis subulatis, persistentibus.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* clavatus, basi deorsum gibbus; gula subtus impressa. *Limbus* quinquepartitus, fere bilabiatus. Labio superiore bipartito; L. inferiore tripartito: media productiore: laciniis omnibus lanceolatis recurvis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovato-subulatum, sub receptaculo. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* peltato-capitatum, convexum, subtus concavum.
PER. *Capsula* ovato-subulata, bilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, rotunda, parva.
OBS. Loniceris *valde affinis, & forte species.*

172. SAMOLUS * *Tournef.* 60.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, basi obtusum: *laciniis* angustis, erectis, persistentibus.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* brevissimus, longitudine calycis, patulus. *Limbus* planus, quinquepartitus, obtusus: *squamulæ*, ad basin sinus Limbi, conniventes.
STAM. *Filamenta* quinque, brevia, sub squamula corollæ singula. *Antheræ* conniventes, tectæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Capsula* ovata, calyce cincta, unilocularis.
SEM. plurima, ovata, exigua.

173. CONOCARPUS †. Rudbeckia *Houſt.* A. A. Alni fructu laurifolia. *Sloan. hiſt.* 2. t. 161. f. 2.

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquepartitum, acutum, erectum; *laciniis* ſubulatis: germini inſidens, perſiſtens.
COR. nulla.
STAM. quinque.
PIST. *Germen* magnum, compreſſum, obtuſum, apicem verſus craſſius, ſub receptaculo floris. *Stylus* unicus. . . . . *Stigma* . .
PER. nullum a ſemine diſtinctum.
SEM. unicum: *margine* membranaceo, craſſo, utrinque prominente.
OBS. Germina *plura imbricatim colliguntur in conum globoſum, tanquam ſquamæ reflexæ.*
Num maſculini flores a femininis removeantur, oculus percipere ex ſicca planta non potuit.

174. LONICERA *. Caprifolium † *Tournef.* 378. *Malp.* 138. Periclymenum. † *Tournef.* 378. *Riv.* I: 175. 176. 177. Chamæceraſus *Tournef.* 379. Xyloſteum *Riv.* I: 173. 174. *Tournef.* 379. Trioſteoſpermum *Dill.* Elth. 293. Symphoricarpos *Dill: elth.* 273.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, parvum, germini inſidens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* oblongus, deorſum gibbus. *Limbus* quinquepartitus, *laciniis* revolutis, quarum una profundior ſeparata.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine fere corollæ. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſo-capitatum.
PER. *Bacca* ſubrotunda, umbilicata, bilocularis.
SEM. ſubrotunda, compreſſa,
OBS. Caprifolium. *Corollæ lacinia inferiori duplo profundius ſeparata. Baccæ ſolitarie poſitæ.*
Periclymenum. *Corollæ laciniis fere æqualiter profunde ſectis. Baccæ ſolitarie poſitæ.*
Chamæceraſus. *Corollæ lacinia inferiori duplo profundius ſecta. Baccæ duæ eidem baſi inſiſtentes.*
Xyloſteum. *Corollæ laciniis fere æqualiter profunde ſectis. Baccæ duæ eidem baſi inſiſtentes.*
Trioſteoſpermum. *Laciniæ floris ſubrotundæ. Fructus triſpermos. Bacca, coronata magno calyce, turbinata.*
Symphoricarpos. *Corolla fere campanulata; Fructus bilocularis, ſemiquadrilocularis. ſeminibus ſolitariis.*

175. MIRABILIS. * Mirabile *Morif.* III. f. 15. t. 1. Jalapa *Tournef.* 50. *Vaill.* A. G. 1722. *Pont.* 3: 2. 3. 4. 5.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erecto-ventricosum: *foliolis* ovato-lanceolatis, persistentibus.
Cor. *Petalum* infundibuliforme, caducum. *Tubus* tenuis, longus, superne crassior, nectario impositus.
Limbus erecto-patens, integer, obtuse quinquefidus, plicatus.
Nectarium globosum, petalo suppositum, persistens.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, e receptaculo orta, petalo (non nectario) adnata, corollæ longitudine, inclinata, inæqualia. *Antheræ* subrotundæ, assurgentes.
Pist. *Germen* subrotundum, intra nectarium. *Stylus* filiformis, longitudine & situ staminum. *Stigma* globosum, punctatum, assurgens.
Per. *Nux*? ovato-pentagona, e Nectario mire indurato, decidua.
Sem. unicum, globosum, tectum.

176. PLUMBAGO *. *Tournef.* 58.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovato-oblongum, tubulatum, pentagonum, scabrum, *ore* quinquedentato, persistens.
Co . *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, superne angustior, calyce longior. *Limbus* quinquefidus, erecto-patens: *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, libera, intra tubum corollæ, basi *squamis* totidem, obtusis annexa. *Antheræ* parvæ, oblongæ, versatiles.
Pist. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* simplex, longitudine tubi. *Stigma* quinquefidum, tenue.
Per. nullum.
Sem. unicum, ovatum, inclusum.

177. DA-

177. DATURA *. Stramonium *Tournef.* 43. 44. *Pont.* 3. 1. Stramonioides *Fevill.* II. 46.

Cal. *Perianthium* monophyllum, oblongum, tubulatum, ventricosum, quinquangulare, quinquedentatum, deciduum horizontaliter prope basin, parte remanente orbiculata, persistente.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, calyce fere longior. *Limbus* erecto-patulus, quinque-angularis, quinqueplicatus, fere integer, quinquedentato-acuminatus.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, compressæ, obtusæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, rectus. *Stigma* crassiusculum, obtusum, bilamellatum.
Per. *Capsula* subovata, bilocularis, quadrivalvis, basi calycis imposita. *Receptacula* convexa, magna, punctata, dissepimento affixa.
Sem. numerosa, reniformia.
Obs. *Capsulæ* glabrities & aculeata *asperitas in hoc genere mutantur.*

178. HYOSCYAMUS *. *Tournef.* 42. *Riv.* I. 152. 153.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, inferne ventricosum, *ore* quinquefido, acuto, persistens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* erecto-patens, semiquinquefidus: *laciniis* obtusis, unicâ reliquis latiore.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, inclinata. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* ovato-obtusa, linea utrinque insculpta, bilocularis, duabus capsulis arcte approximatis, tecta, operculo horizontaliter dehiscente. *Receptacula* dimidiato-ovata, dissepimento affixa.
Sem. numerosa, inæqualia.

179. NICOTIANA *. *Tournef.* 41.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* calyce longior. *Limbus* patulus, ſemiquinquefidus, quinqueplicatus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine fere corollæ, inclinata. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum, emarginatum.
Per. *Capſula* fere ovata, utrinque linea inſculpta, bilocularis, apice dehiſcens. *Receptacula* dimidiato-ovata, punctata, diſſepimento affixa.
Sem. numeroſa, reniformia, rugoſa.
Obs. *figura* acuminata & obtuſa *in hocce genere nil valet.*

180. ATROPA *. Belladona *Tournef.* 13.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, gibbum: *laciniis* ovato-acutis, perſiſtens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* ventricoſus, ovatus, calyce longior; ore parvo quinquefido patulo: *laciniis* fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e baſi corollæ enata, longitudine corollæ, baſi conniventia, ſuperne extrorſum arcuata. *Antheræ* craſſiuſculæ, aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſemi-ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus. *Stigma* capitatum, aſſurgens, tranſverſo-oblongum.
Per. *Bacca* globoſa, calyci magno inſidens, bilocularis: *Receptaculo* carnoſo, utrinque convexo, reniformi, carnoſo.
Sem. plurima, reniformia.

181. MAN-

181. MANDRAGORA *. *Tournef.* 12. *Pont.* 12: 4.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, magnum, campanulatum, quinquangulare, venoſum, perſiſtens: *laciniis* ſemi-lanceolatis.
Cor. *Petalum* unicum, erectum, ſenſim ampliatum, calyce paulo majus, ultra medium quinquefidum: *laciniis* lanceolatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis, arcuata, baſi villoſa.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, leviter declinatus. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* globoſa, maxima, bilocularis *Receptaculo* carnoſo, utrinque convexo.
Sem. plurima, reniformia,

182. VERBASCUM *. *Tournef.* 61. Blattaria *Tournef.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, parvum, perſiſtens: *laciniis* erectis, acutis.
Cor. *Petalum* rotatum. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Limbus* patens, quinquepartitus: *laciniis* ovatis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, compreſſæ, erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, bilocularis, ſuperne dehiſcens. *Receptacula* dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.
Sem. numeroſa, angulata.
Obs. *In pleriſque ſtamina inclinata ſunt, & inæqualia villiſque coloratis inferne veſtita.*

183. CO-

183. CORIS. *. *Tournef.* 423.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, *ore* decemdentato, *denticulis* alternis, reflexis; persistens.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis, cylindraceus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* oblongis, emarginatis, obtusis: *superioribus duabus* brevioribus, magis distantibus.

STAM. *Filamenta* quinque, setacea, longitudine corollæ, declinata. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, declinatus. *Stigma* crassiusculum.

PER. *Capsula* globosa, in fundo calycis posita, quinquevalvis.

SEM. plurima, fere ovata, parva.

184. RHAMNUS *Tournef.* 366. Frangula *Tournef.* 383. Cervi spina *Dill.* gen. 8. Paliurus *Tournef.* 387. Alaternus *Tournef.* 366. Ziziphus *Tournef.* 403.

CAL. nullus: nisi corollam pro calyce sumas, quod negatur a situ staminum.

COR. *Petalum* imperforatum, externè rude, internè coloratum, infundibuliforme. *Tubus* turbinato-cylindraceus. *Limbus* patens, divisus, acutus.

Squamula minima, ad basin singulæ divisuræ, introrsum connivens.

STAM. *Filamenta* tot, quot laciniæ corollæ, subulata, petalo sub squamula inserta. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, divisum in pauciores laciniis quam corolla.

PER. *Bacca* subrotunda, nuda, divisa in pauciores, quam corolla, partes internas.

SEM. solitaria, subrotunda, hinc gibba, inde compressa.

OBS. *Structura floris ovo similior, quid de differentiis fructus statuendum, clare, dictitat: vana itaque sunt genera omnia characteri conformia, nec inde excepta per α. β. γ. δ. ε.*

α. Frangula Stigmate *emarginato.* Bacca *disperma.* Corolla *quinquefida.*

β. Cervispina. Stigmate *quadrifido.* Bacca *tetrasperma.* Corolla *quadrifida*: *mares & feminæ in Diœcia.*

γ. Paliurus. Styli *tres.* Nucleo *triloculari.* Corolla *quinquefida*: *margine membranaceo, cingente baccam.*

δ. Alaternus. Stigmate *trifido.* Bacca *trisperma.* Corolla *quinquefida. Polygamia dioica per mares & hermaphroditas. Squamulæ corollarum deficiunt.*

ε. Ziziphus. Stylis *duobus.* Baccæ *Nucleus bilocularis.* Corolla *quinquefida.*

185. CHRY-

185. CHRYSOPHYLLUM †. Cainito *Plum.* 9.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, parvum: foliolis ſubrotundis, perſiſtentibus.
Cor. monopetala, campanulata: *Limbo* decemfido: *laciniis alternis* ſubrotundis patulis; *alternis* erectis interioribus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, alternantia cum laciniis corollæ interioribus. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ſubovata, unilocularis, magna.
Sem. tria? oſſea.
Obs. *In quibuſdam additur una quinta pars numeri in parte omni floris.*
Videtur aliquid affine habere cum Rhamno & Sideroxylo.

186. SIDEROXYLUM. *Dill.* elth. 265.

Cal. *Perianthium* ſemiquinquefidum, parvum, erectum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis, concavis, erectis. *Denticulus* cuſpidatus, ſerratus, ad baſin ſingulæ diviſuræ petali, introrſum ſpectans.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. quatuor.

187. LYCIUM *. Jaſminoides *Niſſ.* A. G. 1711. *Dill.* gen. 12. *Mich.* 105.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, obtuſum, erectum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, patens, incurvatus. *Limbus* quinquepartitus, obtuſus, patulus, parvus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e medio tubi, corollâ breviora, inclinata. *Antheræ* erectæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.
Sem. plura, reniformia. *Receptacula* convexa, diſſepimento affixa.

188. CESTRUM *. Hediunda *Fevill.* 3. *t.* 20. & 30. Jasminoidis sp. *Dill. elth.* 154. *f.* 186. & 153. *f.* 185.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, teres, obtusum, brevissimum: ore quinquefido, erecto, obsoleto.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longissimus, tenuis. *Faux* subrotunda. *Limbus* planus, plicatus, quinquefidus: laciniis ovatis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longitudinaliter tubo adnata, in medio denticulum introrsum emittentia. *Antheræ* subrotundæ, tetragonæ, intra faucem.
PIST. *Germen* cylindraceo-ovatum, longitudine calycis. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, obtusum, vix emarginatum.
PER. *Bacca* ovata, unilocularis, oblonga.
SEM. plurima, subrotunda.
OBS. *Bacca unilocularis est*, *a* Lycio *diversa.*

189. PHILYCA *. Alaternoides H. A. II: 1.

CAL. *Receptaculum commune* fructificationum in discum colligens flores. *Perianthium proprium* triphyllum: *foliolis* oblongis, angustis, persistens.
COR. *Petalum* imperforatum, externè rude, erectum. *Tubus* conicus, longitudine perianthii. *Limbus* quinquepartitus, erectus, parvus. *Squamula* acuminata, ad basin singulæ divisuræ, introrsum connivens.
STAM. *Filamenta* quinque, minima, sub squamula inserta. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* in fundo corollæ. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* subrotunda, triloba, trilocularis, trivalvis.
SEM. solitaria, subrotunda, hinc gibba, inde angulata.

190. CHI-

190. CHIRONIA †. *vide Breyn cent. 90. Comm. rar. 8. & 9.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, acutum, persistens: foliolis lanceolatis.
COR. monopetala, æqualis. *Tubus* subrotundus, magnitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus, patens: laciniis ovatis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, lata, brevia, ex apice tubi enata. *Antheræ* oblongæ, erectæ, magnæ, conniventes.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus paulo longior, declinatus. *Stigma* capitatum, assurgens.
PER. ovatum, biloculare.
SEM. numerosa, parva.
OBS. *In aliis speciebus est Pericarpium* Capsula, *in aliis vero* Bacca.

191. BRUNFELSIA †. *Plum.* 22.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, obtusum, minimum, persistens.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* longissimus. *Limbus* planus, quinquefidus, obtusus.
STAM. *Filamenta* quinque, longitudine tubi, cui inserta. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* subrotundum, parvum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* crassiusculum.
PER. *Bacca* globosa, unilocularis.
SEM. numerosa, tunicæ baccæ adposita, subrotunda.

192. MYRSINE *.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum (rarius quadripartitum:) parvum: *foliolis* subovatis, persistentibus.
COR. monopetala, semiquinquefida: *laciniis* semiovatis, conniventibus, obtusis.
STAM. *Filamenta* quinque, vix notabilia, medio corollæ inserta. *Antheræ* subulatæ, erectæ, corollâ breviores.
PIST. *Germen* subglobosum, corollam fere replens. *Stylus* cylindraceus, corollâ longior, persistens. *Stigma* magnum, lanigerum, extra florem pendens.
PER. Bacca subrotunda, depressa, quinquelocularis.
SEM solitaria.
OBS. *sæpe unitatem omni numero demit in omni fructificationis parte.*

193. CYCLAMEN *. *Tournef.* 68.

CAL. *Perianthium* ſemiquinquefidum, ſubrotundum, perſiſtens: *laciniis* ovatis.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* ſubgloboſus, calyce duplo major, parvus, nutans. *Limbus* ſurſum reflexus, quinquepartitus, maximus: *laciniis* ovato-lanceolatis: *collum* prominens.
STAM. *Filamenta* quinque, minima, in tubo corollæ. *Antheræ* rectæ, acutæ, in collo corollæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, rectus, ſtaminibus longior. *Stigma* acutum.
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.
SEM. plurima, ſubovata, angulata. *Receptaculum* ovatum, liberum.

194. STRYCHNUS. HM. I: 37. VII: 5. VIII: 24.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, deciduum.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* patens, quinquefidus, acutus.
STAM. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* craſſiuſculum.
PER. *Bacca* fragilis, globoſa, glabra, maxima, unilocularis, pulpâ plena.
SEM. orbiculata, depreſſa, villoſa, villis verſus peripheriam radiantia.

195. CAPSICUM. *. *Tournef.* 66.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erectum, perſiſtens.
COR. *Petalum* rotatum. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* magnus, ſemiquinquefidus, patens, plicatus: *laciniis* latis, acutis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, minima. *Antheræ* oblongæ, conniventes.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.
PER. *Bacca* ſine pulpa, ad ovatam figuram accedens, bilocularis, cava, colorata. *Receptacula* diſſepimento adnata, exſucca.
SEM. plurima, reniformia, compreſſa.
OBS. *Pericarpii figura indeterminata eſt; a congeneribus Pericarpio baccato exſucco differt.*

196. SO-

196. SOLANUM *. *Tournef.* 62. Melongena *Tournef.* 65. Lycopersicon *Tournef.* 63.

Cal. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, erectum, acutum, persistens.
Cor. *Petalum* rotatum. *Tubus* brevissimus. *Limbus* magnus, semiquinquefidus, reflexo-planus, plicatus.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, minima. *Antheræ* oblongæ, conniventes, contingentes.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* obtusum.
Per. *Bacca* subrotunda, glabra, apice punctato, bilocularis: *Receptaculo* utrinque convexo, carnoso.
Sem. plurima, subrotunda, nidulantia.

197. PHYSALIS *. Alkekengi *Tournef.* 64.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, semiquinquefidum, parvum, pentagonum: *laciniis* acuminatis; persistens.
Cor. *Petalum* rotatum. *Tubus* brevissimus. *Limbus* semiquinquefidus, magnus, plicatus: *laciniis* latis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, minima. *Antheræ* erectæ, conniventes.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, staminibus fere longior. *Stigma* obtusum.
Per. *Bacca* subglobosa, bilocularis, parva, intra *calycem* maximum, inflatum, clausum, pentagonum, coloratum. *Receptaculum* reniforme, duplicatum.
Sem. plurima, reniformia, compressa.

198. ITEA. Gronov. virg. 11.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, acuminatum, minimum, persistens.
Cor. quinquepartita: *petalis* lanceolatis, acutis, longis, patentibus.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* cylindraceus, persistens, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* ovata, calyce multoties longior, stylo mucronata, unilocularis, bivalvis, apice cohærens.
Sem. numerosa, minima.

199. GRONOVIA †. *Mart.* IV: p. 42.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ultra medium quinquefidum, campanulatum, coloratum, persistens: *laciniis* semilanceolatis, erectis.
COR. *Petala* quinque, omnium minutissima, subrotunda, ex incisuris calycis.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ, calyci inserta, cum petalis alterna. *Antheræ* erectæ, didymæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* subrotunda, colorata, unilocularis.
SEM. unicum, subrotundum, magnum.

200. HEDERA *. *Tournef.* 384.

CAL. *Involucrum* pedunculorum simplicium, minimum, multidentatum. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, germini insidens.
COR. *Petala* quinque, oblonga, patentia, apicibus incurvis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* basi bifidæ, incumbentes.
PIST. *Germen* turbinatum, receptaculo cinctum. *Stylus* simplex, brevissimus. *Stigma* simplex.
PER. *Bacca* globosa, unilocularis.
SEM. quinque, magna, gibba, inde angulata.

201. VITIS *. *Tournef.* 384. *Malp.* 193. *Pont.* 12: 14.

CAL. *Perianthium* quinquedentatum, vix conspicuum.
COR. *Petala* quinque rudia, apicibus coalita, parva, caduca.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, erecto-patentia, caduca. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitato-obtusum.
PER. *Bacca* subrotunda, magna, unilocularis.
SEM. quinque, ossea, turbinato-cordata, basi contracta, semibilocularia.
OBS. *Hederæ affinitas docet Petala Vitis male a quibusdam pro calyce sumi, licet colorata non sint, nec explicata.*

202. RI-

202. RIBES *. Ribesium *Dill. eltb.* 246. Grossularia *Tournef.* 409.

Cal. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, ventricosum: *laciniis* oblongis, obtusis, concavis, coloratis, reflexis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, parva, obtusa, erecta, calycis margini innata.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, calyci inserta. *Antheræ* incumbentes, compressæ, margine dehiscentes.
Pist. *Germen* subrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* bifidus. *Stigmata* obtusa.
Per. *Bacca* globosa, umbilicata, unilocularis: *receptaculis* duobus, lateralibus, oppositis, longitudinalibus.
Sem. plurima, subrotunda, parum compressa.

203. CUPANIA. *Plum.* 19.

Cal. *Perianthium* triphyllum, planum, persistens: *foliolis* ovatis, acutis, magnitudine corollam superantibus.
Cor. *Petala* quinque, orbiculata, calyce minora, patentia.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* minimus, trifidus. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsula* coriacea, turbinato-ovata, unilocularis, trivalvis.
Sem. sex, subrotunda. *Receptaculo proprio* campanulato, crenato, calycis instar amplexante semen suum.

204. XYLON. Ceiba *Plum.* 32. vide HM. III: 49. 50. 51. 52.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, persistens: *ore* quinquefido, erecto.
Cor. quinquefida, patens, segmentis ovato-concavis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, incurvatæ, incumbentes
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* magna, turbinato-oblonga, quinquelocularis, quinquevalvis: valvulis lignosis.
Sem. plurima, rotunda, lanugini affixa. *Receptaculum* columnare, pentagonum.
Obs. Corollam in aliis *monopetalam* campanulatam, in aliis rosaceam *pentapetalam* esse tradunt autoptici. *Lana seminum* notabile distinguit genus a reliquis.

205. CE-

205. CELASTRUS. *. Euonymoides *Isnard.* A. G. 1716.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, planum, minimum: *laciniis* obtuſis, inæqualibus.
Cor. *Petala* quinque ovata, patentia, ſeſſilia, æqualia, marginibus reflexa.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* minimæ.
Pist. *Germen* minimum, *Receptaculo* magno, plano, decem ſtriis notato, immerſum. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus brevior. *Stigma* obtuſum, trifidum.
Per. *Capſula* colorata, ovata, obtuſe trigona, gibba, trilocularis, trivalvis.
Sem. pauca, ovata, colorata, glabra, ſemi-involuta *Calyptrâ* ore quadrifido, inæquali, coloratâ.
Obs. *Species datur ſtylo nullo, ſtigmata triplici proin Pentandriæ trigynæ affinis.*

206. DIOSMA *. Spiræa *Comm.* exot. 1:2.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* tenuibus, acutis, perſiſtentibus: *baſi* plana.
Cor. *Petala* quinque, ovata, obtuſa, ſeſſilia, erecto-patula, longitudine calycis.
Nectarium coronæ forma, excavatum, quinquefidum, obtuſum, germini impoſitum.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata. *Antheræ* ſubovatæ, erectæ.
Pist. *Germen* tectum nectario. *Stylus* ſimplex longitudine ſtaminum. *Stigma* obſoletum.
Per. *Capſulæ* quinque, ovato-acuminatæ, compreſſæ, margine introrſum coalitæ, apicibus diſtantes, futurâ ſuperiori dehiſcentes.
Sem. ſolitaria, oblonga, ovato-depreſſa, apice acuminato. *Membrana* cartilaginea, elaſtica, hinc dehiſcens, ſingulum involvens ſemen.
Obs. Pericarpium *odore & figura cum* Aniſo ſtellato *convenit.*

207. LA-

207. LAGOECIA *. Cuminoides *Tournef.* 155.

Cal. *Involucrum universale* octophyllum: *foliolis* pennato dentatis, ciliatis, reflexis; *pedunculos* plures, unifloros, in capitulum congestos, continens.
Involucrum proprium tetraphyllum: *foliolis* capillaceo-pennatis, pedunculum unicum, ipso foliolo breviorem, involvens, *Perianthium proprium*, pentaphyllum, capillaceo-multifidum. germini insidens.
Cor. *Petala* quinque bicornia, corollâ breviora.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum, infra receptaculum perianthii. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. nullum.
Sem. solitaria, ovato-oblonga, perianthio coronata.

208. BRUNIA *. Cupresso-pinulus *Breyn.* cent. I: 10.

Cal. *Perianthium commune* subrotundum, imbricatum, multiflorum: *foliolis* angustis, acuminatis.
Perianthium proprium pentaphyllum: *foliolis* oblongis, villosis, corollâ brevioribus.
Cor. *Petala* quinque: *ungues* tenues longitudine calycis. *Limbus* patens, bracteis subrotundis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, flaccida, corollâ longiora, unguibus petalorum inserta.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* simplex, longitudine corollæ. *Stigma* bifidum.
Per. nullum. *Receptaculum commune* fructificationis squamulis villosis perianthia propria distinguit.
Sem. solitaria, villosiuscula.
Obs. *Ad* Proteam 59. *proxime accedit, in multis tamen differt.*

1 139

209. CLAYTONIA †. *Gronovii. Virgin.* 25.

CAL. *Perianthium* bivalve: *foliolis* ſubovatis, erectis, æqualibus, obtuſis perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, ovato-oblonga, erecta, magna.
STAM. *Filamenta* quinque, ſetacea, corollâ paulo breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* ſubrotunda, unilocularis.
SEM. plura; ſubrotunda.

1 34

210. CELOSIA *. Amaranthi ſpec. *Tournef.* 118. Stachyarpagophora *Vaill. A. G.* 1722.

CAL. *Perianthium* triphyllum; foliolis lanceolatis, aridis, acutis, perſiſtentibus, corollæ ſimilibus.
COR. *Petala* quinque, lanceolata, acuminata, erecta, perſiſtenſtentia, rigidiuſcula.
Nectarium margo cingens Germen, minimum.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, nectario fere adnata, longitudine corollæ. *Antheræ* verſatiles.
PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* ſubulatus, rectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* globoſa, corollâ cincta, unilocularis, horizontaliter dehiſcens.
SEM. nonnulla, ſubrotunda, emarginata.

1 34

211. ACHYRANTES. Achyracantha *Dill.* elth. 7. f. 7.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolato-acutis, aridis, rigidis, pungentibus, perſiſtentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, brevia. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
PER. nullum.
SEM. ſolitarium, rotundum, compreſſum.

212. THE-

212. THESIUM.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, persistens, semiquinquefidum: *laciniis* semilanceolatis, erectis, obtusis.
Cor. nulla: nisi calycem interne coloratum dicas.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, basi laciniarum calycis inserta, calyce breviora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum, calycis basi innatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, obtusum.
Per. nullum. *Calyx* in fundo continet semen, nec dehiscit.
Sem. unicum, subrotundum, tectum.
Obs. *Hinc, quantum differat* Linophyllum *hocce* Pontederæ *ab Alchemilla, patet conferenti characteres.*

213. GLAUX*. *Tournef.* 60. Glaucoides *Rupp.*

Cal. nullus: nisi corollam dicas calycem esse.
Cor. *Petalum* unicum, quinquepartitum, campanulatum, erectum, persistens: *laciniis* obtusis, revolutis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* globosa, acuminata, unilocularis, quinquevalvis.
Sem. quinque, rotundiuscula. *Receptaculum* maximum, globosum, seminibus excavatum.

214. THEVETIA. Ahouai *Tournef.* 434.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, parvum, persistens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* oblongus. *Limbus* magnus, quinquepartitus: *laciniis* obtusis, planis, latis, cum sole flexis.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, intra tubum corollæ. *Antheræ* conniventes, in collo corollæ.
Pist. *Germen* subrotundum, acuminatum. *Stylus* simplex, longitudine tubi. *Stigma* cordatum, acutum, bifidum.
Per. *Drupa* orbiculata, depressa, parte centrali acuminata, unilocularis.
Sem. *Nux* ovato-trigona.

215. CERBERA †. vide HM. I: 39.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acuminatum, erectum, parvum.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* clavatus. *Limbus* magnus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, cum sole obliquis. *Nectarium* os tubi terminans, quinquangulare, erecto stellatum, quinquedentatum.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, in medio tubi. *Antheræ* erectæ, conniventes.
PIST. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* capitatum.
PER. *Drupa* maxima, subrotunda, carnosa, a latere sulco longitudinali excavata, bilocularis.
SEM. *Nuces* solitariæ, ovatæ.

216. RAUVOLFIA. * *Plum.* 40.

CAL. *Perianthium* quinquedentatum, minimum, persistens.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, globosus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* truncatis, subrotundis.
STAM. *Filamenta* quinque, tubo breviora. *Antheræ* erectæ, simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum.
PER. *Bacca* globosa, lactescens, magna, unilocularis.
SEM. duo, cordata, compressa.

217. VINCA *. Pervinca *Tournef.* 45.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, acutum, persistens.
Cor. *Petalum* hypocrateriforme. *Tubus* calyce longior, inferne cylindraceus, superne latior, lineis quinque insculptus: ore pentagono. *Limbus* horizontalis quinque partitus: laciniis apici tubi adnatis, extrorsum latioribus, oblique truncatis.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, inflexa, retroflexa. *Antheræ* membranaceæ, obtusæ, erectæ, incurvæ, margine utrinque fariniferæ.
Pist. *Germina* duo, subrotunda, quibus ad latera *corpuscula* duo, subrotunda, adjacent. *Stylus* utrisque unus communis, cylindraceus, longitudine staminum. *Stigmata* duo, perpendicularia: *inferius* orbiculatum, planum; *superius* capitatum, concavum.
Per. *Folliculi* duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiscentes.
Sem. numerosa, oblonga, cylindracea, sulcata.
Obs. *Licet* STYLUS *sit unicus, ob germina gemina, ad Digyniam referre necesse est.*

218. NERIUM †. *Tournef.* 374.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, minimum, persistens.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, limbo brevior. *Limbus* maximus, quinquepartitus: *laciniis* latis, obtusis, cursum solis respicientibus.
Nectarium Corona tubum terminans, brevis, in segmenta capillaria lacerata.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, brevissima, in tubo corollæ. *Antheræ* sagittatæ, conniventes, filo longo terminatæ.
Pist. *Germen* subrotundum, bifidum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* simplicia.
Per. *Folliculi* duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiscentes.
Sem. numerosa, oblonga, coronata pappo, imbricatim posita.

219. PLUMERIA. *Tournef.* 439.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, obtusum, minimum.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* longus, sensim ampliatus. *Limbus* quinquepartitus, erecto-patens: *laciniis* ovato-oblongis, cum sole flexis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, e medio tubi. *Antheræ* conniventes.
PIST. *Germen* oblongum, bifidum. *Styli* vix ulli. *Stigma* duplex, acuminatum.
PER. *Folliculi* duo, longi, acuminati, ventricosi, deorsum flexi, nutantes, uniloculares, univalves.
SEM. numerosa, oblonga, membranæ majori ovatæ ad basin inserta, imbricata.

220. CAMERARIA. *Plum.* 29.

CAL. *Perianthium* quinquefidum, acutum, connivens, minimum.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, longus, basi & apice ventricosus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* lanceolatis, cum sole flexis.
STAM. *Filamenta* quinque, minima, e medio tubi. *Antheræ* conniventes.
PIST. *Germina* duo, cum appendicibus ad latera. *Styli* vix ulli. *Stigmata* obsoleta.
PER. *Folliculi* duo, horizontaliter reflexi, oblongi, utrinque obtusi, juxta latera baseos utrinque lobum emittentes, uniloculares, univalves.
SEM. numerosa, ovata, membranæ majori ovatæ ad basin inserta, imbricata.

221. TABERNÆMONTANA †. *Plum.* 30. vide H. M. I: 46.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, acutum, connivens, minimum.
Cor. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, longus, basi & apice ventricosus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* linearibus, obtusis, cum sole flexis.
Stam. *Filamenta* quinque, minima, e medio tubi. *Antheræ* conniventes.
Pist. *Germina* duo, simplicia. *Stylus* subulatus. *Stigmata* obsoleta.
Per. *Folliculi* duo, horizontaliter reflexi, ventricosi, acuminati, uniloculares, univalves.
Sem. numerosa, ovato-oblonga, obtusa, pulpâ involuta, imbricata.

222. CEROPEGIA. vide HM. IX: 16.

Cal. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, acutum, persistens.
Cor. *Petalum* unicum: *basi* magna, globosa, quam *Tubus* cylindraceus, oblongus, terminat. *Limbus* minimus, quinquedentatus, acuminatus, apicibus connivens, lateribus dehiscens.
Stam. *Filamenta* quinque, in basi corollæ, minima, incurva, conniventia. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* duo.
Per. *Folliculi* duo, cylindracei, acuminati, longissimi, recti, uniloculares, univalves.
Sem. numerosa, imbricata, oblonga, pappo coronata.

2. *DIGYNIA.*

223. STAPELIA *. Apocynum aizoides H. L. B. 53.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, parvum, persistens.
COR. *Petalum* unicum, planum, magnum, ultra medium quinquefidum: *laciniis* latis, planis, acuminatis.
Nectarium Stellula plana, quinquefida (*laciniis* linearibus, apicibus laceris ambiens genitalia. *Stellula* alia plana, quinquefida (*laciniis* acutis integris) tegens genitalia.
STAM. *Filamenta* quinque plana, erecta lata. *Anthera* linearis utrinque ad filamenti lateri adnata.
PIST. *Germina* duo ovalia, introrsum plana. *Styli* nulli. *Stigmata* obsoleta.
PER. *Folliculi* duo, oblongi, subulati, uniloculares, univalves.
SEM. numerosa, imbricata, compressa, papposa.
OBS. *In quibusdam orbiculus planus stellulis subjicitur.*

224. ASCLEPIAS *. *Tournef.* 22. Apocynum *Tournef.* 21.

CAL. *Perianthium* quinquefidum, acutum, minimum, persistens.
COR. *Petalum* planum, vel reflexum, quinquepartitum: *laciniis* ovato-acuminatis, leviter cum sole flexis
Nectaria quinque, cingentia genitalia, quorum singula ex ovato-oblique extrorsum aurita, e cujus fundo corniculum acutum, versus genitalia inflexum.
Corpusculum truncatum genitalia tegit, squamis quinque ad latera obvolutum, dehiscens ad latera totidem rimis.
STAM. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* quinque, corpusculo truncato nectarii intra squamas obvoluta.
PIST. *Germina* duo, ovata, acuminata. *Styli* vix ulli. *Stigmata* simplicia.
PER. *Folliculi* duo, magni, oblongi, acuminati, ventricosi, uniloculares, univalves membranaceum liberum.
SEM. numerosa, imbricata, pappo coronata. *Receptaculum membranaceum, liberum.*
OBS. Asclepias *corolla plana*, Apocynum T. *reflexa non distingui debere docent nectaria & reliquæ partes uctificationis.*

225. PERI-

225. PERIPLOCA *. *Tournef.* 22.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, minimum: *laciniis* ovatis, persistens.
Cor. *Petalum* planum, quinquepartitum: *laciniis* oblongis, linearibus, truncatis, emarginatis.
Nectarium minimum, centrum petali ambiens, quinque *filamenta*, incurva, corollâ breviora, cumque eâ alterna emittens.
Stam. *Filamenta* brevissima. *Antheræ* erectæ, conniventes, in capitulum.
Pist. *Germen* minimum, bifidum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* simplicia.
Per. *Folliculi* duo, magni, oblongi, ventricosi, uniloculares, univalves.
Sem. plurima, imbricata, coronata pappo. *Receptaculum* longitudinale, filiforme.

226. CYNANCHUM *. *Apocynum scandens vincæ pervincæ foliis amer.* H. P. B.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, erectum, minimum, persistens.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* vix ullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* linearibus, longis.
Nectarium in centro floris, longitudine corollæ, erectum, cylindraceum: *ore* quinquedentato.
Stam. *Filamenta* quinque, longitudine nectarii, parallela. *Antheræ* contingentes, intra os corollæ.
Pist. *Germen* oblongum, bifidum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* duo, obtusa.
Per. *Folliculi* duo, oblongi, acuminati, uniloculares, longitudinaliter dehiscentes.
Sem. numerosa, oblonga, coronata pappo, imbricatim posita.

227. APOCYNUM *. *Tournef.* 20.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, minimum, perſiſtens.
COR. *Petalum* campanulatum, ſubrotundum, ſemiquinquefidum, *laciniis* revolutis. *Nectarium* aliud nullum.
STAM. *Filamenta* quinque, vix viſibilia. *Antheræ* quinque, oblongæ, erectæ, acutæ, baſi bifidæ, conniventes.
PIST. *Germina* duo, ovata. *Styli* vix ulli. *Stigmata* globoſa, germine fere majora.
PER. *Folliculi* duo, longi, acuminati, univalves, uniloculares.
SEM. numeroſa, minima, pappo longo coronata. *Receptaculum* ſubulatum, longiſſimum, aſperum, liberum.

228. HERNIARIA *. *Tournef.* 288. Paronychia *Tournef.* 281.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, patens, interne coloratum, perſiſtens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, minuta. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* duo, acuminata, longitudine ſtyli.
PER. *Capſula* parva, in fundo calycis, tecta, vix dehiſcens.
SEM. ſolitarium, ovato-acuminatum, nitidum.

229. ILLECEBRUM †. *Rupp.* Corrigiola *Dill. gen. p.* 169. *Moehr. p.* 106. Paronychiæ ſp. *Vaill. pariſ.* 15. *f.* 7.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: quinquangulare: *foliolis* craſſis, erectis, compreſſis, in ſetam deſinentibus, apicibus diſtantibus, introrſum excavatis, perſiſtentibus.
COR. nulla? (pentapetala minima *Moerh.*)
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, intra calycem. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovato-acutum, in *Stylum* brevem deſinens. *Stigma* bifidum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, utrinque acuminata, quinquevalvis, unilocularis, calyce tecta.
SEM. unicum, ſubrotundum, utrinque acutum, maximum.
OBS. *Moerhingii character floris omnino diverſus eſt, & forte calycem pro filamentis habet: qui vivos obtinent flores noſtro perfectiorem characterem præſtent.*

230. CHE-

230. CHENOPODIUM *. *Tournef.* 288. *Vaill.* B. P. 7. f. 1.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, concavum, persistens: *laciniis* ovatis, concavis, margine membranaceis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, calycis foliis opposita, eorumque longitudine. *Antheræ* subrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Calyx* clausus, pentagonus, quinque-angularis, angulis compressis, deciduus.
Sem. unicum, orbiculare, depressum.
Obs. *In quibusdam speciebus* Stylus trifidus *observatur*; Calyx fructus *ab omnibus aliis distinguit genus.*

231. BETA *. *Tournef.* 286.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, concavum, persistens: *laciniis* ovato-oblongis, obtusis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, calycis foliis opposita, eorumque longitudine. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* quodammodo infra receptaculum. *Styli* duo, brevissimi, erecti. *Stigmata* acuta.
Per. *Capsula* intra fundum calycis, unilocularis, decidua.
Sem. unicum, reniforme, compressum, calyce involutum.

232. SALSOLA *. Kali *Tournef.* 128.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *laciniis* ovatis, peltato-obtusis, persistentibus.
Cor. nulla: nisi *calycem* dicas corollam.
Stam. *Filamenta* quinque, brevissima, laciniis calycis inserta.
Pist. *Germen* globosum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* recurva.
Per. *Capsula* globosa, calyce obvoluta, unilocularis.
Sem. unicum, maximum, cochleæ instar spirale.

233. GOMPHRENA *. Amaranthoides *Tournef.* 423. Caraxeron Vaill. A. G. 1722.

CAL. *Perianthium* triphyllum, compressum: *foliolis* duobus navicularis, externe carinatis, conniventibus marginibus interioribus, *tertio* minore a latere incumbente, coloratum, persistens.

COR. quinquepartita, erecta: *petalis* subulatis, persistentibus. *Nectarium* tubus cylindraceus longitudine corollæ: ore decemfido patulo, parvo.

STAM. *Filamenta* quinque, vix notabilia, intra os nectarii. *Antheræ* os nectarii claudentes.

PIST. *Germen* ovatum cum acumine, desinens in *Stylos* duos, parvos. *Stigmata* simplicia, longitudine staminum.

PER. *Crusta* tenuis, subrotunda, unilocularis.

SEM. unicum, magnum, subrotundum, apice obliquo.

234. MITREOLA †. Mitra *Houst.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, erectum, minimum, persistens.

COR. monopetala, campanulata, erecta, quinquedentata; *laciniis* erectis, acutis.

STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, intra tubum corollæ. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germen* bipartitum, ovatum. *Styli* duo, erecti, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

PER. *Capsula* erecta, simplex, bipartita, bilocularis, ovata, acuta, inter lobos dehiscens.

SEM. numerosa, subrotunda, parva.

235. HEUCHERA *. Mitella tertia *Boerh.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, rotundatum, angustum: *laciniis* obtusis.

COR. *Petala* quinque, calycis margini inserta, ovali-linearia, longitudine calycis.

STAM. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, calyce duplo longiora. *Antheræ* subrotundæ.

PIST. *Germen* subrotundum, semibifidum, desinens in *Stylos* duos, rectos, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

PER. *Capsula* ovato-acuminata, semibifida, birostris, bilocularis, rostris reflexis.

SEM. multa, parva.

236. GEN-

236. GENTIANA *. *Tournef.* 40. Centaurium minus *Tournef.* 48.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum: *laciniis* oblongis, persistentibus.
Cor. *Petalum* unicum, inferne tubulatum, imperforatum, superne quinquefidum, planum, marcescens, figurâ variâ.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum, cylindraceum, longitudine staminum. *Styli* nulli. *Stigmata* duo, ovata.
Per. *Capsula* oblonga, teres, acuminata, apice leviter bifido, unilocularis, bivalvis.
Sem. numerosa, parva. *Receptacula* duo, singula valvulæ longitudinaliter adnata.
Obs. Fructus figura *constans est.* Floris *autem* numerus, & figura *valde variat in diversis speciebus.*
Species *est, quæ unicam quintam partem numeri in flore excludit.*
Species *est, quæ tres quintas partes numeri in flore addit.*
Species *alia corollæ collo patente*; alia *collo villis clauso*; alia *laciniis corollæ ciliatis*; aliæ *limbo campanulato, erecto, plicato*; alia *limbo stellato*; *lacinulis laciniis interjectis*; alia *campanulata*; alia *infundibuliformi gaudet corolla. &c.*

237. SWERTIA *.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, planum, persistens: *laciniis* lanceolatis.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* nullus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, calyce majoribus, unguibus connexis.
Nectaria decem, quasi puncta duo in basi singulæ laciniæ corollæ a parte interna, excavata, setis parvis erectis cincta.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, erecto-patentia, corollâ breviora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* teres, utrinque acuminata, unilocularis, bivalvis.
Sem. numerosa, parva.
Obs. *Tot differentiæ a Gentianis distinguunt, ut sola capsulæ convenientia insufficiens sit pro conjunctione generis.*

238. BOSEA. Yerva mora. Ludw. 126.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, æquale: *foliolis* lanceolatis, concavis, erectis, margine tenuioribus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, calyce paulo longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovato-oblongum, cuſpidatum. *Styli* duo, patuli. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.
SEM. unicum, acuminatum.
OBS. *Summa itaque generis affinitas cum* Celtide & Ulmo *intercedit.*

239. ULMUS *. *Tournef.* 372.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, rugoſum. *Limbus* quinquefidus, erectus, interne coloratus, perſiſtens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, calyce duplo longiora. *Antheræ* quadriſulcæ, erectæ, breves.
PIST. *Germen* orbiculatum, erectum. *Styli* duo, ſtaminibus breviores, reflexi. *Stigmata* pubeſcentia.
PER. Drupa ovalis, magna, quibuſdam extucca compreſſa.
SEM. unicum, ſubrotundum, leviter compreſſum.

240. ARCTOPUS †. Valerianoides *Pluk.* 271. *f.* 5.

CAL. *Involucrum* maximum, commune, multiflorum, monophyllum, quadripartitum, patens, margine undique ſpinoſum, perſiſtens: continens flores *Maſculinos* in diſco, *Feminines* in radio quatuor, intra ſingulam calycis laciniam ſingulos.
COR. *Univerſalis.* *Petala* quinque. *Propria* pentapetala.
STAM. . . . . .
PIST. Femininis. *Germen* ſubulatum, hiſpidum, ſub receptaculo floſculi. *Styli* duo, breves, reflexi, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Calycis* ſpinæ conniventes, calyxque coarctatus.
SEM. *Feminis* ſolitaria, cordata, acuminata, extrorſum flexa; magnitudine laciniæ calycis, ſupina parte hiſpida, bilocularia.
OBS. Cl. *Burmannus duplices in hac ſpecie delineavit flores, alios ſcilicet in umbella laxa digeſtos, qui forte* Maſculi, *alios deſcriptis reſpondentes, qui forte feminei. Perfectum itaque characterem dabit dies.*

241. ERYN-

241. ERYNGIUM *. *Tournef.* 173.

Cal. *Receptaculum commune* conicum, *paleis* flosculos sessiles distinguens.
Involucrum receptaculi polyphyllum, planum, flosculos superans.
Perianthium proprium pentaphyllum, erectum, acutum, corollam superans, germini insidens.
Cor. *universalis* uniformis, subrotunda: *propria* pentapetala.
Petala quinque, oblonga, apicibus ad basin inflexis, lineâ longitudinali constricta.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, recta, flosculos superantia. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* hispidum, sub perianthio proprio. *Styli* duo, filiformes, recti, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.
Per. *Fructus* ovatus, bifariam divisibilis.
Sem. oblonga, teretia.
Obs. *in* aliis *speciebus Semina e crusta Pericarpii deponuntur*, *in* aliis *inclusa persistunt.*

242. PHYLLIS *. Valerianellæ species *Dill.* elth. 299. Bupleuroides *Boerh.*

Cal. *Perianthium* minimum, germini insidens, diphyllum, vix ullum.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, obtusa, revoluta, vix basi connexa.
Stam. *Filamenta* quinque, corollâ breviora, capillaria, flaccida. *Antheræ* simplices, oblongæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, pubescentia, reflexa, subulata.
Per. nullum. *Fructus* turbinato-oblongus, obtusus, angulatus.
Sem. duo, parallela: hinc convexa, angulata, inde plana, superne latiora.
Obs. stigmata *ut in Graminibus*, *Ulmo*, *Tetragonia.*

243. HY-

243. HYDROCOTYLE *. *Tournef.* 173.

CAL. *Umbella universalis* flosculis quatuor sessilibus, & unica umbellula in centro.
U. partialis unica, flosculis quatuor sessilibus constans.
Involucrum universale tetraphyllum. *I. partiale* tetraphyllum.
Perianthium vix ullum.
COR. *universalis* uniformis, figurâ, non situ: *propria* pentapetala: *petalis* ovato-acutis, patentibus.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* minimæ.
PIST. *Germen* erectum, compressum, orbiculatum, infra receptaculum proprium, peltatum. *Styli* duo subulati, brevissimi. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum. *Fructus* orbiculatus, erectus, plano-opposite bipartibilis.
SEM. duo, compressa, semi-orbiculata.

244. SANICULA *. *Tournef.* 173. *Riv* V: 31.

CAL. *Umbella universalis* radiis paucissimis (quatuor sæpe): *partialis* plurimis, confertis.
Involucrum universale dimidiatum, extrorsum situm: *partiale* ambiens, flosculis brevius.
Perianthium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, compressis, inflexis, bifidis.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia, corollulis duplo longiora, erecta. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* hispidum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, subulati, reflexi. *Stigmata* acuta.
PER. nullum. *Fructus* ovato-acutus, scaber, bipartibilis.
SEM. duo, hinc convexa, scabra, inde plana.

245. ASTRANTIA *. *Tournef.* 166. *Riv.* V. 68.

CAL. *Umbella universalis* radiis pauciſſimis (tribus ſæpe): *partialis* numeroſiſſimis.
Involucrum univerſale foliolis ad radios duplicatis: *partiale* foliolis circiter viginti, lanceolatis, patentibus, æqualibus, coloratis, umbellulâ longioribus.
Perianthium proprium quinquedentatum, acutum, erectum, perſiſtens.
COR. *univerſalis* uniformis: *propria* petalis quinque, erectis, inflexo-bifidis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, erecti, filiformes. *Stigmata* ſimplicia, patentia.
PER. *Fructus* ovatus, obtuſus, coronatus, ſtriatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovato-oblonga, pericarpii cruſta tecta.
OBS. Floſculi *umbellularum marginales* mares *ſunt.*

246. PANAX *. Araliaſtrum *Vaill. ſex.* Aureliana *Lafit.* Ninſ. *Breyn. diſſ.*

CAL. *Umbella* ſimplex, æqualis, conferta.
Involucrum polyphyllum, ſubulatum, minimum, perſiſtens.
Perianthium proprium quinquepartitum, minimum, perſiſtens.
COR. *Univerſalis* uniformis. *Propria* petalis quinque, oblongis, incurvis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ſubrotundum, infra perianthium. *Styli* duo parvi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis, coronata obſolete calyce.
SEM. duo, reniformia.

247. TORDYLIUM *. *Tournef.* 170. *Riv.* V: 1-3. *Morif.* umb. 9. & 1: 27-29.

CAL. *Umbella univerſalis* inæqualis, multiplex: *partialis* inæqualis, multiplex, breviſſima, plana.
Involucrum univerſale foliolis tenuibus, longitudine ſæpius umbellæ: *partiale* dimidiatum, extrorſum umbellulâ longius.
COR. *univerſalis* difformis, radiata: *propria diſci* petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus: *prop. radii* conſimilis, ſed extimo petalo maximo, bipartito.
STAM. omnibus. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſimplices.
PIST. omnibus. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, parvi. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, denticulis longitudinaliter cinctus, bipartibilis.
SEM. duo, ſubrotunda, fere plana, *margine* elevato, denticulato.
OBS. *In quibuſdam ſpeciebus cruſta ſeminis deponitur.*
A ſequenti notabile differt floſculis omnibus fertilibus vel hermaphroditis.

248. CAUCALIS *. *Tournef.* 171. Echinophora *Riv.* V: 24-27.

CAL. *Umbella univerſalis* inæqualis, radiorum pauciſſimorum (trium ſæpe).
Partialis inæqualis, radiis copioſior, quorum quinque exteriores majores.
Involucrum univerſale foliolis numero radiorum, lanceolato-acutis, membranis lateralibus, ovatis, brevibus: *partiale* foliolis conſimilibus, radiis longioribus, ſæpius quinis.
COR. *univerſalis* difformis, radiata: *propria diſci* mas: parva, petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus: *prop. radii* hermaphrodita, petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus, extimo maximo, bifido.
STAM. omnibus. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* parvæ.
PIST. *radii Germen* oblongum, ſcabrum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, ſubulati. *Stigmata* duo, patentia, obtuſa.
PER. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriis longitudinalibus, ſetulis rigidis ſcabris.
SEM. duo, oblonga, hinc convexa, ſubulatis acuminibus ſecundum ſtrias armata, hinc plana.

249. AR-

249. ARTEDIA *.

Cal. *Umbella universalis* patens, plana, multiplex: *partialis* parva, consimilis.
Involucrum universale decaphyllum circiter: *foliolis* ovato-oblongis, apice trisetis, longitudine fere umbellæ: *partiale* duotrive-phyllum, extrorsum vergens: *foliolis* linearibus, pinnatis, umbellulâ longioribus.
Cor. *universalis* difformis, radiata: *propria disci* mas: petalis quinque, inflexo-cordatis, erectis: *pr. radii* hermaphrodita, petalis consimilibus, sed extimo maximo, bipartito.
Stam. omnibus. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* simplices, subrotundæ.
Pist. *radii Germen* parvum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Fructus* subrotundus, compressus, per marginem foliaceo-squamosus, bipartibilis.
Sem. duo, oblonga, per marginem squamis subrotundis eleganter notata.
Obs. *Quantum a Thapsia differat, patet e characteribus collatis.*

250. DAUCUS *. *Tournef.* 161. *Riv.* V: 41. Staphylinus *Riv.* V: 28-30. Pastinaca *Morif.* III. f. 9. t. 13. f. 2-4. Visnaga *Raj. meth.* 52.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, florens plana, fructifera concavo-connivens: *partialis* multiplex, consimilis.
Involucrum universale polyphyllum, longitudine umbellæ: *foliolis* linearibus, pinnatifidis: *partiale* simplicius, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium vix manifestum.
Cor. *universalis* inæqualis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, exterioribus majoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium, parvum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, undique pilis rigidis tectus, bipartibilis.
Sem. duo, subovata, hinc convexa, hispida, inde plana.

251. AMMI *. *Tournef.* 159. *Riv.* V: 92. Ammoides *Boerh.* I. *p.* 49.

CAL. *Umbella universalis* multiplex, sæpe quinquaginta radiorum: *partialis* brevis, conferta.
Involucrum universale foliolis pluribus, linearibus, pinnato-acutis, longitudine vix umbellæ: *partiale* polyphyllum: *foliolis* linearibus, acutis, simplicibus, umbellulâ brevioribus.
Perianthium proprium vix manifestum.
COR. *universalis* difformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualis magnitudinis in radio, æqualis fere in disco.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* subrotundus, striatus, parvus. bipartibilis.
SEM. duo, hinc convexa, striata.

252. BUNIUM †. Bulbocastanum *Tournef.* 161.

CAL. *Umbella universalis* multiplex, radiis viginti paucioribus: *partialis* brevissima, conferta.
Involucrum universale polyphyllum, lineare, breve: *partiale* consimile, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium vix manifestum.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, corollâ breviora, simplicia. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* oblongum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi.
Stigmata obtusa.
PER. nullum. *Fructus* ovatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovata, hinc convexa, inde plana.

253. CO-

253. CONIUM *. Cicuta *Riv.* V. 75. *Tournef.* 160.

Cal. *Umbella universalis* radiis pluribus patentibus: *partialis* consimilis.
Involucrum universale polyphyllum, brevissimum: *partiale* consimile.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* subrotundus, striatus, bipartibilis.
Sem. duo, hinc convexa, fere hemisphærica, striata, inde plana.

254. SELINUM *. Oreoselinum *Tournef.* 160. *Riv.* V: 8. Cervaria *Riv.* V: 12. Thysselinum T.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, plano-patens: *partialis* consimilis.
Involucrum universale polyphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, reflexis: *partiale* consimile, patens, longitudine corollulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Fructus* compresso-planus, elliptico-oblongus, utrinque in medio striatus, bipartibilis.
Sem. duo, oblongo-elliptica, utrinque plana, medio striata, lateribus membranaceis.

255. ATHAMANTA *. Meum *Tournef.* 165. *Riv.* V: 63.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, patens: *partialis* parcior.
Involucrum universale polyphyllum, lineare, radiis paulo brevius: *partiale* lineare, radiis æqualibus.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, parum inæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, striatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc convexa, striata, inde plana.

256. PEUCEDANUM *. *Tournef.* 169. *Riv.* V: 11.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, longissima, tenuis: *partialis* patens.
Involucrum universale polyphyllum, lineare, parvum, reflexum, *partiale* minus.
Perianthium proprium quinquedentatum, minimum.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, æqualibus, oblongis, incurvis, integris.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, parvi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, alâ cinctus, utrinque striatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovato-oblonga, compressa, hinc convexiora, striis tribus elevatis notata, margine membranâ latâ integrâ cincto, apice emarginato.
Obs. *Flosculi centrales sæpe abortiunt.*

257. CRITHMUM *. *Tournef.* 169.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, hemisphærica; *partialis* consimilis.
Involucrum universale polyphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtusis, reflexis: *partiale* lanceolato-lineare, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, ovatis, inflexis, fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovalis, compressus, bipartibilis.
Sem. duo, elliptica, compresso-plana, hinc striata.

258. CACHRYS *. *Tournef.* 172. *Moris.* umb. 3. & 1: a. b. c.

Cal. *Umbella universalis* multiplex: *partialis* consimilis.
Involucrum universale polyphyllum, lineari-lanceolatum: *partiale* consimile.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, erectiusculis, æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* turbinatum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, simplices, longitudine corollæ. *Stigmata* capitata.
Per. *Fructus* ovato-subrotundus, angulatus, obtusus, maximus, bipartibilis.
Sem. duo, maxima, hinc convexissima, inde plana, fungosa, fœta nucleis solitariis, ovato-oblongis.

259. FERU-

259. FERULA*. *Tournef.* 170. *Riv.* V: 9-10.

CAL. *Umbella universalis* multiplex, globosa: *partialis* consimilis.
Involucrum universale caducum: *partiale* polyphyllum, lineare, parvum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, oblongis, rectiusculis, fere æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* turbinatum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
PER. *Fructus* ellipticus, plano-compressus, utrinque tribus lineis elevatis notatus, bipartibilis.
SEM. duo, maxima, elliptica, utrinque plana, tribus striis distinctis notata.
OBS. *Pedunculus umbellæ primariæ, pedunculos laterales oppositos admittit.*

260. LASERPITIUM*. *Tournef.* 172. *Riv.* V: 21-23. *Moris.* III. s. 9. t. 19.

CAL. *Umbella universalis* maxima, radiorum viginti ad quadraginta: *partialis* radiis plurimis, plana.
Involucrum universale polyphyllum, parvum: *partiale* polyphyllum, parvum.
Perianthium proprium vix notabile, quinquedentatum.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, apice inflexo-cordatis, fere æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, setosa, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, crassiusculi, acuminati. *Stigmata* obtusa, patentia.
PER. nullum. *Fructus* oblongus, octo membranis longitudinalibus notabilis, bipartibilis.
SEM. duo, maxima, oblonga, semi-cylindracea, hinc plana, inde margine & dorso membranis (simul quatuor) instructa.

261. LI-

261. LIGUSTICUM *. *Tournef.* 171. Levisticum *Riv.* V: 60. Siler *Riv.* V: 64. Cicutaria *Tournef.* 171.

Cal. *Umbella universalis* multiplex: *partialis* multiplex.
Involucrum universale heptaphyllum, inæquale: *partiale* vix ad quadriphyllum ascendens.
Perianthium proprium quinquedentatum, germini insidens.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, æqualibus, apice inflexis, planis, introrsum carinatis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, simplices. *Antheræ* simplices.
Per. nullum. *Fructus* oblongus, angulatus, sulcatus, bipartibilis.
Sem. duo, oblonga, glabra, hinc striis quinque elevatis notata, inde plana.

262. ANGELICA *. *Riv.* V: 5.

Cal. *Umbella universalis* multiplex, subrotunda: *partialis* florens exacte globosa.
Involucrum universale tri-vel-pentaphyllum, parvum: *partiale* parvum, octophyllum.
Perianthium proprium quinquedentatum, vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *partialis* petalis quinque, lanceolatis, leviter incurvis, caducis.
Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, corollâ longiora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* subrotundus, angulatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc plana, margine cincta, inde convexa, tribus lineis secundum longitudinem elevatis notata.

263. SIUM *. *Tournef.* 162. *Riv.* V: 79. Sisarum *Tournef.* 163. *Riv.* V: 56. Nindsin *Kæmpf.* jap. 819. Falcaria *Riv.* V: 48. *Dill.* gen. 3.

CAL. *Umbella universalis* varia in diversis: *partialis* patens, plana.
Involucrum universale polyphyllum, reflexum, umbellâ brevius: *foliolis* lanceolatis: *partiale* polyphyllum, lineare, parvum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* minimum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* ovato-subrotundus, striatus, parvus, bipartibilis.
SEM. duo, subrotunda, hinc convexa, striata, inde plana.

264. BUBON *.

CAL. *Umbella universalis* radiorum circiter decem: *mediis* brevioribus.
Umbella partialis radiis quindecim, usque ad viginti.
Involucrum universale pentaphyllum: *foliolis* lanceolato-acuminatis, patulis, æqualibus, umbellâ longe brevioribus, persistentibus.
Inv: partiale foliolis paulo pluribus, conformibus, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium quinquedentatum, minimum, persistens.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, inflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum, sub receptaculo floris. *Styli* duo, setacei, persistentes, longitudine vix corollulæ, reflexo-patentes. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* ovatus, striatus, villosus, bipartibilis, coronatus.
SEM. duo, ovata, inde plana, hinc convexa, striata, villosa.

265. SISON *.

Cal. *Umbella universalis* radiis sex paucioribus, inæqualibus. *Partialis* radiis decem paucioribus, inæqualibus.
Involucrum universale tetraphyllum, inæquale, *partiale* consimile.
Perianthium vix manifestum.
Cor. *universalis* uniformis. *Propria* pentapetala, æqualis: petalis quinque, lanceolatis, inflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subovatum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, striatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc convexa striata, inde plana.
Obs. *Hinc a* Sio 263. *distinctissimum genus.*

266. CUMINUM *. *Tournef.*

Cal. *Umbella* universalis partialesque sæpius quadripartitæ.
Involucrum universale foliolis totidem, umbella longioribus, integerrimis, quibusdam trifidis. *Partiale* consimile.
Perianthium proprium vix manifestum.
Cor. *universalis* uniformis.
Propria petalis quinque inflexo-emarginatis, parum inæqualibus.
Stam. singulis Filamenta quinque simplicia. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* ovatum, flore majus, sub receptaculo floris. *Styli* duo minimi. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. Fructus ovatus, striatus.
Sem. duo, ovata, hinc convexa striata, inde plana.

267. OENANTHE *. *Tournef.* 166. *Riv.* V. 66.

CAL. *Umbella universalis* radiis paucioribus: *partialis* radiis pluribus, brevissimis.
Involucrum universale nullum: *partiale* polyphyllum, parvum.
Perianthium proprium quinquedentatum, persistens.
COR. *universalis* difformis, radiata, *propria disci* hermaphrodita, petalis quinque, inflexo-cordatis, fere æqualibus: *pr. radii* hermaphrodita, petalis quinque, maximis, inæqualibus, inflexo-bifidis.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, subulati, persistentes. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* subovatus, coronatus, bipartibilis.
SEM. duo, subovata, hinc convexa, striata, inde plana, apice dentato.
OBS. Perianthium *in hoc genere, magis quam in reliquis manifestum.*

268. PHELLANDRIUM *. *Tournef.* 161. *Riv.* V. 65.

CAL. *Umbella universalis* multiplex: *partialis* consimilis.
Involucrum universale nullum: *partiale* heptaphyllum: *foliolis* acutis, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium, quinquedentatum, germini insidens, persistens.
COR. *universalis* fere uniformis: *propria* inæqualis, *petalis* quinque acuminatis, cordato-inflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Styli* duo, subulati, erecti, persistentes. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* ovatus, glaber, coronatus perianthio & pistillis, bipartibilis.
SEM. duo, ovata, glabra.

269. CICUTA *. *Wepf.* 1. Cicutaria *Riv.* V. 65.

Cal. *Umbella universalis* subrotunda, radiis plurimis, æqualibus: *partialis* subrotunda, radiis plurimis, æqualibus, setaceis.
Involucrum universale nullum: *partiale* polyphyllum: *foliolis* setosis, brevibus.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, ovatis, inflexis, fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, filiformes, corollâ longiores, persistentes. *Stigmata* capitata.
Per. nullum. *Fructus* subrotundus, striatus, bipartibilis.
Sem. duo, subovata, hinc convexa, striata, inde plana.

270. CORIANDRUM *. *Tournef.* 168. *Riv.* V: 70. 71.

Cal. *Umbella universalis* radiis paucis: *partialis* radiis pluribus.
Involucrum universale nullum: *partiale* triphyllum, extrorsum situm, lineare.
Perianthium proprium quinquedentatum.
Cor. *universalis* difformis, radiata: *propria disci* hermaphrodita *petalis* quinque inflexo-cordatis, æqualibus; *propr. radii* hermaphrodita, *petalis* quinque inflexo-cordatis, inæqualibus, quorum *extimum* maximum, bipartitum, lateralia vero proxima laciniâ maximâ gaudent.
Stam. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, parvi. *Stigmata* feminarum capitata.
Per. nullum. *Fructus* exacte sphæricus, bipartibilis.
Sem. duo, hemisphærica, concava.
Obs. *Flosculi disci sæpius abortiunt.*

271. ETHUSA *. Cynapium *Riv.* V. 76. Cicutæ ſpecies *Moriſ.* umb. 1: g.

Cal. *Umbella univerſalis* patens, *radiis* interioribus gradatim brevioribus, intimis breviſſimis: *partialis* parva, patens.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* dimidiatum, extus poſitum: *foliolis* tribus vel quinque longiſſimis, linearibus, pendulis.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* fere uniformis: *partialis* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ex ovato ſubrotundus, ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, ſubrotunda, ſtriata, inde ad tertiam partem plana.

272. BUPLEURUM *. *Tournef.* 163. *Riv.* V: 45. Perfoliata *Riv.* V: 46.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis quam decem paucioribus: *partialis* radiis vix decaphylla, erecto-patens.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* pentaphyllum, umbellulâ longe majus: *foliolis* patentibus, ovatis, acutis.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, parvis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi, parvi. *Stigmata* minima.
Per. nullum. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.
Obs. *Ne folia ipſius plantæ, ad baſin umbellæ univerſalis in plurimis poſita, pro involucro univerſali vendas, cavendum eſt.*

273. SCAN-

273. SCANDIX *. *Tournef.* 173. *Riv.* V: 38. *Morif.* umb 1: 42. Cerefolium *Riv.* V: 43. Odorata *Riv.* V: 57. Myrrhidis ſp. *Tournef.* 166. A-G. *Morif.* umb. 7: 34.

Cal. *Umbella univerſalis* longa, *radiis* paucis: *partialis* copioſior. *Involucrum univerſale* nullum: *partiale* pentaphyllum, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium, vix notabile.
Cor. *univerſalis* leviſſime difformis, *floſculis* hermaphroditis in diſco, feminis in radio: *propria* petalis quinque, cordato-inflexis, *intimis* minoribus, *extimo* majori.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, ſubulati, longitudine minimi petali, erecti, perſiſtentes. *Stigmata* floſculis radiantibus obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* longiſſimus, ſubulatus, bipartibilis.
Sem. duo, ſubulata, hinc convexa, ſulcata, inde plana.
Obs. *Floſculi diſci ſæpius abortiunt.*
Scandici *Riv.* ſemina *filiformia*, *baſi nucleum condentia.*
Cerefolio *Riv.* ſemina *ovato-ſubulata*, *ſtriata.* Involucrum *viride*, *perſiſtens.* Floſculi *omnes Hermaphroditi.*
Odoratæ *Riv.* ſemina *angulata.* Involucrum *caducum.* Floſculi *Hermaphroditi in radio*, Maſculi *in diſco.*

274. CHÆROPHYLLUM *. Chærophylli ſpecies *Tournef.* 166. Myrrhis *Riv.* V: 49-53. Anthriſcus *Riv.* V: 39-44.

Cal. *Umbella univerſalis* patens: *partialis* radiorum numero fere par.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* decem ad pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, concavis, reflexis, longitudine fere umbellulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* fere uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, *exterioribus* paulo majoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, longitudine umbellulæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, acuminatus, bipartibilis.
Sem. duo, oblonga, ſuperne attenuata, hinc conveva, inde plana.

275. SE-

275. SESELI *. *Boerh*: 1. *p*. 50.

Cal. *Umbella universalis* figurâ incerta: *partialis* brevissima, multiplex, fere globosa.
Involucrum universale nullum: *partiale* polyphyllum, lineare, acuminatum, longitudine umbellulæ.
Perianthium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, leviter inæqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* sub receptaculo proprio. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, parvus, striatus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc convexa, striata, inde plana.
Obs. *Species hujus generis ad* Fœniculum *retulit Tournefortius, a quo tamen admodum differunt involucro.*

276. IMPERATORIA *. *Riv*. V: 7. *Tournef*. 168.

Cal. *Umbella universalis* plana, multiplex: *partialis* inæqualis.
Involucrum universale nullum: *partiale* polyphyllum, tenuissimum, longitudine fere umbellulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* subrotundus, compressus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc sulcis duobus exarata, *margine* lato cincta.

277. HERACLEUM *. Sphondylium *Tournef.* 170. *Riv.* V: 45.

CAL. *Umbella universalis* multiplex, maxima: *partialis* plana. *Involucrum universale* polyphyllum, caducum: *partiale* extrorsum dimidiatum: *foliolis* tribus ad septem lineari-lanceolatis, *exterioribus* longioribus.
Perianthium vix manifestum.
COR. *universalis* difformis, radiata: *propria disci* æqualis, pentapetala: *petalis* inflexo-uncinatis: *propr. radii* inæqualis, pentapetala, *petalis* exterioribus majoribus, magisque bifidis, oblongis, uncinatis.
STAM. *Filamenta* omnibus quinque, corollulis longiora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* subovatum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo, erecti, breves. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum. *Fructus* ellipticus, compressus, emarginatus, in medio utrinque striatus.
SEM. duo, ovata, compresso-foliacea.
OBS. Heraclei speciebus aliis *flosculi radiantes feminæ fertiles sunt; disci, mares vel hermaphroditi abortientes, stigmatibus destituti.* Sphondylium *hermaphroditum est ubique, & involucrum interdum deficit omne.*

278. THAPSIA *. *Tournef.* 171.

CAL. *Umbella universalis* magna, circiter viginti radiorum, longitudinis fere æqualis: *partialis* radiis totidem, fere æqualibus. *Involucrum universale* nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, incurvis.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* oblongum, sub receptaculo proprio. *Styli* duo, breves. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* oblongus, membrana longitudinaliter cinctus, bipartibilis.
SEM. duo, maxima, oblonga, convexa, utrinque acuminata, *margine* utrinque plano, integro, magnoque cincta, qui apice & basi emarginatus est.

279. PASTINACA *. *Tournef.* 170.

CAL. *Umbella universalis* multiplex, plana: *partialis* multiplex.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, incurvis.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* compresso-planus, ellipticus, bipartibilis.
SEM. duo, elliptica, margine cincta, utrinque fere plana.

280. SMYRNIUM *. *Tournef.* 168. *Riv.* V: 69.

CAL. *Umbella universalis* inæqualis, per dies major evadens: *partialis* erecta.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix manifestum.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, leviter inflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, simplices. *Stigmata* duo, capitata.
PER. nullum. *Fructus* subglobosus, striatus, bipartibilis.
SEM. duo, lunulata, hinc convexa, tribus striis notata, inde plana.

281. ANETHUM *. *Tournef.* 169. *Riv.* V: 13. Fœniculum *Tournef.* 164. *Riv.* V: 61. 62.

CAL. *Umbella universalis* multiplex: *partialis* multiplex.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, incurvis.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, parvi. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* fere ovatus, compressus, bipartibilis.
SEM. duo, fere ovata, hinc convexa, striata, inde plana.
OBS. Anethi *T. Semina margine membranaceo cincta sunt.*
Fœniculi *T. Semina margine membranaceo destituta sunt.*

282. CA-

282. CARUM *. *Riv.* V: 55. Carvi *Tournef.* 160.

Cal. *Umbella universalis* longa, *radiis* decem, sæpius inæqualibus: *partialis* conferta.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium vix manifestum.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* fere æqualis, *petalis* quinque, obtusis, inflexo apice, cordatis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, minimæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Styli* duo, minimi. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, striatus, bipartibilis.
Sem. duo, hinc convexa, ovato-oblonga, striata, inde plana.

283. PIMPINELLA *. *Riv.* V: 80--84. Tragoselinum *Tournef.* 163.

Cal. *Umbella universalis* radiis pluribus: *partialis* radiis adhuc pluribus.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quinque, simplicia, corollulâ longiora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, brevissimi. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, bipartibilis.
Sem. duo, oblonga, versus apicem angustiora, hinc convexa, striata, inde plana.

284. ÆGOPODIUM *. Podagraria *Riv.* V: 47. *Dill.* gen. 3. Angelica *Tournef.* 167.

CAL. *Umbella universalis* multiplex, convexa: *partialis* consimilis, plana.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, ovatis, concavis, fere æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, simplices, erecti, longitudine corollulæ. *Stigmata* capitata.
PER. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, striatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, striata, inde plana.

285. APIUM *. *Tournef.* 160. *Riv.* V: 88-91.

CAL. *Umbella universalis* radiis paucioribus: *partialis* radiis pluribus.
Involucrum universale parvum, unico vel pluribus foliolis: *partiale* consimile.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis subrotundis, inflexis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* ovatus, striatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovata, hinc striata, inde plana.

286. ANISUM *. *Riv.* V: 73. 74.

CAL. *Umbella universalis* tenuis, plano-patens: *partialis* consimilis.
Involucrum universale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *universalis* uniformis: *propria* petalis quinque, ovatis, inflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Fructus* ovato-subrotundus, striatus, bipartibilis.
SEM. duo, subrotunda, hinc convexa, striata, inde plana.

3. *TRI-*

3. *TRIGYNIA.*

287. RHUS *. *Tournef.* 381. Toxicodendron *Tournef.* 381. *Dill. elth.* 221. Vernix *Kæmpf.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, persistens.
COR. *Petala* quinque, ovato-acuminata, erecto-patentia, calyce duplo majora.
STAM. *Filamenta* quinque, vix notabilia. *Antheræ* parvæ, corollâ breviores.
PIST. *Germen* subrotundum, magnitudine corollæ. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria, cordata, parva.
PER. *Bacca* coriacea, subrotunda, unilocularis.
SEM. unicum, subrotundum, osseum.
OBS. *Rhus. Bacca villosa: nucleo globoso.*
Toxicodendron. *Bacca glabra, striata: nucleo compresso sulcato.*
Vernix *fructificatione dioica.*

288. COTINUS *. *Tournef.* 320.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, breve: *laciniis* ovatis, obtusis.
COR. *Petala* quinque, ovata, calyce vix majora.
STAM. *Filamenta* quinque, minutissima. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* triquetrum. *Styli* tres, parvi. *Stigmata* obtusa.
PER. *Bacca* ovalis, unilocularis.
SEM. unicum, triangulare.

289. MAUROCENIA *. Frangulæ species *Dill.* elth. 121. f. 147.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, minimum, persistens.
COR. quinquepartita; *laciniis* ovatis, patentibus.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, corollâ longiora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* conicum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, gibba.
PER. *Bacca* subovata, stigmatibus umbilicata.
SEM. tria, oblongiuscula, vix pulpâ distincta.

290. CASSINE *. Phillyreæ ſpecies *Dill.* elth. 236.

Cal. *Umbella* decompoſita.
Perianthium baſi craſſiuſculum, quinquepartitum, minimum, obtuſum, perſiſtens.
Cor. quinquepartita, patens: *laciniis* ſubovatis, obtuſis, calyce majoribus.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ breviora, patentia. *Antheræ* ſimplices
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, reflexa, obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, trilocularis.
Sem. ſolitaria, ſubovata.
Obs. *Genus* Mauroceniæ *proxime accedit ad Caſſinem.*

291. TINUS *. *Tournef.* 377. *Vaill.* A. G. 1722.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, plana. *Partialis* multiplex. *Involucrum univerſale* polyphyllum: foliolis linearibus, erectis, obtuſis. *Partiale* polyphyllum.
Perianthium fructus bipartitum, acutum, perſiſtens, parvum. *P. floris* quinquepartitum, minimum, perſiſtens, germini inſidens.
Cor. *Petalum* campanulatum, ſemiquinquefidum, obtuſum: laciniis ſubcordatis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum floris. *Stylus* vix ullus, cujus in loco Glandula turbinata. *Stigmata* tria, craſſiuſcula, obtuſa, obſoleta.
Per. *Bacca* ſubrotunda, calyce clauſo umbilicata, unilocularis.
Sem. unicum, globoſum.

292. VIBURNUM *. *Tournef.* 377. *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. *Umbella* multiplex, patens.
Involucra totidem, colorata, decidua, longiora.
Perianthium quinquedentatum, minimum, persistens.
COR. *Petalum* campanulatum, erecto-patens, semiquinquefidum: *laciniis* obtusis, reflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula turbinata. *Stigmata* tria, obtusa, minima.
PER. *Bacca* subrotunda, unilocularis.
SEM. unicum, osseum, compressum, striatum.
OBS. Tinus, Opulus, & Viburnum *maxime affinia sunt.*

293. OPULUS *. *Tournef.* 376. *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. *Umbella universalis* multiplex. *Partialis* multiplex.
Involucrum universale polyphyllum. *Partiale* polyphyllum.
Perianthium monophyllum, quinquedentatum, minimum, persistens.
COR. *Petalum* campanulatum, quinquefidum, obtusum: *laciniis* reflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula. *Stigmata* tria, obtusa.
PER. *Bacca* subrotunda, unilocularis.
SEM. unicum, osseum, cordatum, compressum.
OBS. Flores marginales *umbellæ*, *in nota Nobis specie*, *omnes* Eunuchi *sunt*, *seu* neutri, *quorum corolla* (*respectu ad fertiles*) *maxima*, *rotata.*

294. SAM-

294. SAMBUCUS *. *Tournef.* 376. *Vaill.* A. G. 1722.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, minimum, persistens.
COR. *Petalum* rotato-concavum, semiquinquefidum, obtusum, *laciniis* reflexis.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum, obtusum, infra receptaculum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula ventricosa. *Stigmata* tria, obtusa.
PER. *Bacca* subrotunda, unilocularis.
SEM. tria, hinc convexa, inde angulata.

295. TAMARIX *. Tamariscus *aliis.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, obtusum, erectum, persistens, corollâ dimidio brevius.
COR. *Petala* quinque, ovata, concava, obtusa, patentia.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, oblonga, revoluta, plumosa.
PER. *Capsula* oblonga, acuminata, triquetra, calyce longior, unilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, minima, papposa.
OBS. *Datur etiam species staminibus decem, quorum alterna exteriora, breviora, omnibus basi connatis.*

296. STAPHYLÆA *. Staphylodendron *Tournef.* 386.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, subrotundum, coloratum, magnitudine ferme corollæ.
COR. *Petala* quinque, oblonga, erecta, calyci similia.
STAM. *Filamenta* quinque, oblonga, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* crassiusculum, tripartitum. *Styli* tres, simplices, staminibus paulo longiores. *Stigmata* obtusa, contigua.
PER. *Capsulæ* tres, inflatæ, flaccidæ, longitudinaliter futurâ coalitæ, apicibus acuminatis introrsum dehiscentibus.
SEM. bina, ossea, subglobosa, acumine obliquo, & fovea orbiculata ad latus apicis.
OBS. *In quibusdam speciebus numerus ternarius Pistilli & Pericarpii evadit binarius.*

297. TUR-

297. TURNERA *. *Plum.* 12. Onagræ ſpec. *Fevill.* 19.

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, deciduum. *Tubus* oblongus, erectus, cylindraceo-angulatus. *Limbus* erectus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, longitudine tubi.
Cor. *Petala* quinque, obverſe-cordata cum acumine, plana, e recto-patentia, *unguibus* anguſtis, tubo calycis inſertis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ dimidio breviora, tubo calycis inſerta. *Antheræ* acuminatæ, erectæ.
Pist. *Germen* conicum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigma* capillaceo-multifidum.
Per. *Capſula* ovata, unilocularis, trivalvis. *Receptacula* longitudinaliter valvis annexa, linearia.
Sem. plurima, oblonga, obtuſa.

298. TELEPHIUM *. *Tournef.* 128.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, obtuſis, longitudine corollæ, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, inferne anguſtiora, erecta.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* triquetrum, acutum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, acuta, patentia.
Per. *Capſula* brevis, triquetra, trivalvis, unilocularis. *Receptaculum* liberum, capſulâ dimidio brevius.
Sem. plurima, ſubrotunda.

299. CORRIGIOLA *. Polygonifolia *Dill.* gen. 3.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis ovatis*, concavis, patentibus, magnitudine corollæ, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, patentia, vix calyce majora.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, parva. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, trigonum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, obtuſa.
Per. nullum. *Calyx* connivens.
Sem. unicum, ovato-triquetrum.

300. PHARNACEUM †.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubovatis, concavis, patentibus, æqualibus, perſiſtentibus.
COR. nulla; hinc *calycis* margo tenuis & calyx interne coloratus.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine ferme calycis. *Antheræ* baſi bifidæ.
PIST. *Germen* ovatum, trigonum. *Styli* tres, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* ovata, obſolete trigona, ſemitecta, trilocularis, trivalvis.
SEM. numeroſa, nitida, orbiculata, depreſſa, margine acuto cincta.

1 376

301. HOLOSTEUM. *Dill.* gen. 6.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, extrorſum latiora, plana, patentia, tridentata.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* tres, repandi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* unilocularis, cylindraceo-conica. *Receptaculum* liberum, obſolete triquetrum, filis ſemina affigens breviſſimis.
SEM. plurima, triquetra.
OBS. *Species datur, quæ unitatem numeris demit.*

4. *TETRAGYNIA.*

1 87

302. PARNASSIA *. *Tournef.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, emarginata, ſtriata, concava, patentia.
Nectaria quinque: *ſingulum* ſquamâ cordata, concava, ſtylis XIII. per marginem gradatim altioribus inſtructum, quibus ſingulis globus inſidet.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* depreſſæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quatuor, obtuſa, perſiſtentia.
PER. *Capſula* tetragono-ovata, unilocularis, quadrivalvis. *Receptaculum* quadruplex, valvulis adnatum.
SEM. plurima, oblonga.
OBS. Eſſentialis character *e Nectario facillime colligitur.*

4. *PEN-*

4. *PENTAGYNIA.*

303. ARALIA *. *Tournef.* 154.

CAL. *Involucrum* minimum umbellulæ globoſæ.
Perianthium quinquedentatum, minimum, germini inſidens.
COR. *Petala* quinque, ovato-acuta, ſeſſilia, reflexa.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum. *Styli* quinque, breviſſimi, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Bacca* ſubrotunda, ſtriata, coronata, quinquelocularis.
SEM. ſolitaria, dura, oblonga.
OBS. *Genus hocce, licet bacciferum & pentagynum, in claſſe tamen naturali ad* umbelliferas *proxime accedit.*

304. BARRERIA. †.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, erectum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque ovata: unguibus filiformibus, longiſſimis, latis, patentibus.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, calyce longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* rude, calyci immerſum, quinquefidum. *Styli* quinque, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. . . . .
SEM. . . . .

305. STATICE *. *Tournef.* 177. Limonium *Tournef.* 177.

CAL. *Perianthium commune* diversæ in diversis structuræ. *Perianth. proprium* monophyllum, infundibuliforme. *Tubo* angustato. *Limbo* integro, plicato.
COR. infundibuliformis. *Petala* quinque, inferne angustata, superne latiora, obtusa, patentia.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* minutissimum. *Styli* quinque, filiformes, distantes. *Stigmata* acuta.
PER. nullum. *Calyx proprius* collo coarctatus, limbo expansus, semen fovens.
SEM. unicum, minimum, subrotundum, calyce proprio volans.
OBS. Statice *authorum* calyce communi *triplici*, *florem subrotundum componit.*
Limonium *authorum* calyce communi *imbricato flosculos serie oblonga exhibet.*
Species est flore monopetalo quinquefido, *quæ genere distinguì non debet, cum in pentapetalis filamenta staminum ipsis unguibus petalorum inserta sunt.*

306. LINUM *. *Tournef.* 176. Radiola *Dill.* gen. 7. Chamælinum *Vaill.* B. P. 4. f. 6. Linocarpon *Mich.* 21.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, lanceolatum, acutum, erectum, parvum, persistens.
COR. infundibuliformis. *Petala* quinque, oblonga, superne sensim latiora, obtusa, patentiora, magna.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* simplices, sagittatæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, filiformes, erecti, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia, reflexa.
PER. *Capsula* globosa, rude pentagona & acuminata, decemlocularis, quinquevalvis.
SEM. solitaria, ovato-planiuscula, acuminata, glabra.
OBS. *In quadam specie unica quinta pars numeri eximitur, e qua novum constituerunt genus alii, quod naturæ repugnat.*

307. DRO-

307. DROSERA *. Ros ſolis *Tournef.* 127.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, erectum, perſiſtens.
Cor. infundibuliformis. *Petala* quinque, ſubovata, obtuſa, calyce paulo majora.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, ſimplices, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ſubovata, unilocularis, apice quinquevalvi, dehiſcens.
Sem. plurima, minima, ſubovata.

308. CRASSULA *. *Dill.* elth. 96.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, canaliculato-concavis, acutis, erectis, conniventibus in tubum, perſiſtentibus.
Cor. quodammodo infundibuliformis. *Petala* quinque, *unguibus* longis, linearibus, rectis, conniventibus, baſi connexis bracteis limbi ovatis, reflexo-patentibus.
Nectaria quinque: *ſingulum* ſquamula minima, emarginata, baſi germinis extrorſum annexa.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine tubi, unguibus corollæ inſerta. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* quinque, oblonga, acuminata, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* quinque, oblongæ, acuminatæ, rectæ, compreſſæ, longitudinaliter introrſum dehiſcentes.
Sem. plura, parva.

309. SURIANA †. *Plum.* 40.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acuminatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, obverſe ovata, longitudine calycis, patentia.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* quinque, ſubrotunda. *Styli* ſolitarii, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum, inſerti lateri medio & interiori germinis. *Stigmata* obtuſa.
Per. nulla: niſi *Cruſtæ* ſeminum.
Sem. quinque, ſubrotunda.
Obs. *Styli non ex apice prodeunt, ſed e latere germinis.*

310. SIBALDIA *. *Fl. Lapp.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemi-decemfidum, baſi erecta: *laciniis* ſemilanceolatis, æqualibus, patentibus, alternis anguſtioribus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, ovata, calyci infra lacinias inſerta, calyce breviora.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ breviora, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ, obtuſæ.
PIST. *Germina* quinque, ovata, breviſſima. *Styli* e medio latere germinum, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.
PER. nullum. *Calyx* connivens, in ſinu ſemina condens.
SEM. quinque, oblongiuſcula.
OBS. *Piſtillis valde raro duplicatis luxuriat in una eademque cum quinis planta.*
Maxima inter Potentillam, Tormentillam, Comarum, Fragariam, Geum, Dryadem, & hanc eſt affinitas. Si autem reliqua diſtincta ſint genera, uti extra controverſiam poſitum videtur, multo magis hoc erit.

5. *POLYGYNIA.*

311. MYOSURUS *. Myoſuros *Dill.* gen. 4. Myoſuri ſpecies *Vaill.* A. G. 1719.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſemilanceolatis, obtuſis, reflexis, ſupra baſin annexis, coloratis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, calyce breviora, minutiſſima, baſi tubulata, oblique introrſum aperta.
STAM. *Filamenta* quinque, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germina* numeroſa, receptaculo in formam conico-oblongam inſidentia. *Styli* nulli. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Receptaculum* longiſſimum, ſtyliforme, ſeminibus imbricatim diſpoſitis tectum.
SEM. numeroſa, oblonga, acuminata.
OBS. Numerus ſtaminum *in hocce genere valde variat.*
Myoſuri *ſumma eſt affinitas cum* Ranunculo.

Claſſis

Classis VI.

HEXANDRIA.

I. MONOGYNIA.

312. BROMELIA *. *Plum.* 8. Pinguin *Dill.* elth. 240. Ananas *Tournef.* 426. 427. 428. Karatas *Plum.* 33.

CAL. *Perianthium* trigonum, parvum, germini insidens, persistens: Laciniis tribus, ovatis.
COR. *Petala* tria, angusto-lanceolata, erecta, calyce multo longiora.
Nectarium supra basin singulo petalo adnatum, connivens.
STAM. *Filamenta* sex, subulata, corollâ breviora, receptaculo inserta. *Antheræ* erectæ, sagittatæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* simplex, filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, trifidum.
PER. *Bacca* subrotunda, umbilicata.
SEM. numerosa, incumbentia, oblongiuscula, obtusa.

313. TILLANDSIA. Caraguata *Plum.* 33.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tripartitum, oblongum, erectum, persistens: *laciniis* oblongo-lanceolatis, acuminatis.
COR. tubulata, monopetala. *Tubus* longus, ventricosus. *Limbus* trifidus, obtusus, erectus, parvus.
STAM. *Filamenta* sex, longitudine tubi corollæ, longitudinaliter petalo adnata. *Antheræ* acutæ, erectæ, in collo corollæ.
PIST. *Germen* oblongum, utrinque acuminatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* trifidum, obtusum.
PER. *Capsula* longa, obtuse trigona, acuminata, unilocularis, trivalvis.
SEM. plura, pappo capillari longissimo affixa.

314. RE-

314. RENEALMIA †. *Plum.* 38. *Fevill.* 3. t. 39.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, erectis, concavis, coloratis, deciduis.
COR. infundibuliformis, longa, erecta; *tubo* longitudine calycis; *Limbo* tripartito, plano, brevi.
STAM. *Filamenta* ſex, brevia, membranacea, corollæ inſerta. *Antheræ* ſagittatæ.
PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* longitudine corollæ. *Stigma* craſſiuſculum, trifidum.
PER. *Capſula* ovato-oblonga, acuminata, teres, triſulca, trilocularis, trivalvis.
SEM. numeroſa, oblonga, ſuſtentata ſetâ pappigera.

315. BURMANNIA †. vide figuram in *Burm.* zeyl. 20: 1.

CAL. *Perianthium* longum, monophyllum, cylindraceum, coloratum, alâ membranacea, triplici, longitudinali inſtructum, *ore* trifido parvo.
COR. minima. *Petala* tria, ovata, oblonga, in ore calycis poſita, minutiſſima.
STAM. *Filamenta* ſex, vix notabilia. *Antheræ* totidem, in ore calycis, breviſſimæ, binæ ubique ſimul, mucrone reflexo diſtinctæ.
PIST. *Germen* cylindraceum, calyce dimidio brevius. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigmata* tria, obtuſa, concava.
PER. *Capſula* involuta, cylindraceo-trigona, trilocularis, trivalvis, angulis dehiſcens.
SEM. numeroſa, minima.

316. TRA-

316. TRADESCANTIA *. *Rupp.* Ephemerum *Tournef.* 193.

CAL. *Involucrum* ſpathaceum, inordinatum, umbellulæ inordinatæ. *Perianthium proprium* triphyllum : *foliolis* ovatis, concavis, patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* tria, orbiculata, plana, patentiſſima, magna.
STAM. *Filamenta* ſex, filiformia, villoſa, longitudine calycis, erecta. *Antheræ* reniformes.
PIST. *Germen* ovatum, obtuſe trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* trigonum, obtuſum.
PER. *Capſula* ovata, calyce tecta, trilocularis, trivalvis.
SEM. pauca, anguloſa.

317. GALANTHUS *. Narciſſo-leucoii ſpecies *Tournef.* 208. A. B. C. *Pont.* 1. 3. 5. 29.

CAL. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano rumpens, marceſcens.
COR. *Petala* tria, oblonga, obtuſa, concava, laxa, patula, æqualia. *Nectarium* cylindraceum, triphyllum, petalis dimidio brevius, *foliolis* parallelis, emarginatis, obtuſis.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, in ſetam definentes, conniventes.
PIST. *Germen* globoſum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* ovali-globoſa, obtuſe trigona, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, globoſa.

318. LEUCOJUM *. Narciſſo-Leucoium *Tournef.* 208. A. C. D. E. F.

CAL. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano rumpens, marceſcens.
COR. campaniformi-patens, ſexpartita. *Petala* ovata, plana, baſi coalita, *apicibus* craſſiuſculis, ſtrictioribus.
STAM. *Filamenta* ſex, ſetacea, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, quadrangulares, erectæ, diſtantes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, ſub receptaculo. *Stylus* ſuperne ſenſim craſſior, obtuſus. *Stigma* ſetaceum, erectum, acutum, ſtaminibus longius.
PER. *Capſula* turbinata, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda.

319. NARCISSUS *. *Tournef.* 185.

Cal. *Spatha* oblonga, obtusa, compressa, latere plano rumpens, marcescens.
Cor. *Nectarium* monophyllum, cylindraceo-infundibuliforme, superne coloratum, *ore* patulo, plicato, crispo.
Petala sex, ovata, acuminata, plana, tubo nectarii externe supra basin inserta.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, tubo corollæ affixa, nectario breviora. *Antheræ* oblongiusculæ.
Pist. *Germen* subrotundum, obtuse triquetrum, sub receptaculo. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* trifidum, concavum, obtusum.
Per. *Capsula* subrotunda, obtuse trigona, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, globosa, appendiculata. *Receptaculum* columnare.

320. PANCRATIUM *. *Dill.* elth. 221. f. 289.

Cal. *Spatha* oblonga, obtusa, compressa, latere plano rumpens, marcescens.
Cor. *Nectarium* monophyllum, cylindraceo-infundibuliforme, superne coloratum, *ore* patente, duodecimfido.
Petala sex, lanceolata, plana, tubo nectarii externe supra basin inserta.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, nectarii apici inserta, eoque longiora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* obtuse trigonum, sub receptaculo. *Stylus* filiformis, staminibus fere longior. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* subrotunda, triquetra, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, globosa. *Receptaculum* columnare.

321. AMARYLLIS *. Lilio-Narcissus *Tournef.* 207. *Dill.* elth. 162.

Cal. *Spatha* oblonga, obtusa, compressa, emarginata, latere plano rumpens, marcescens.
Cor. *Petala* sex, lanceolata.
Stam. *Filamenta* sex, subulata. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, assurgentes.
Pist. *Germen* subrotundum, sulcatum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, longitudine ferme & situ staminum. *Stigma* trifidum, tenue.
Per. *Capsula* subovata, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura.
Obs. *Inflexio petalorum, staminum & pistilli in hoc genere admodum diversa est.*

322. PONTEDERIA †. Sagittariæ similis *Morif.* III. s. 15. t. 4. f. 8. vide HM. XI. 44. Michelia *Houst. A. A.*

Cal. *Spatha* communis, oblonga, latere dehiscens.
Cor. monopetala, bipartita, ringens. *Labium superius* rectum, planum, apice trifido, æquali. *Lab. inferius* reflexum, tripartitum, laciniis æqualibus.
Stam. *Filamenta* sex, corollæ inserta, quorum unicum minimum, duo reliquis longiora. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum, supra receptaculum. *Stylus* simplex, brevissimus, declinatus. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* carnosa, ovata, trilocularis, triangularis, trisulca.
Sem. subrotunda, plurima.

323. POLIANTHES *. Tuberosa *Heist.*

CAL. nullus.
COR. infundibuliformis, monopetala. *Tubus* incurvus, oblongus. *Limbus* patulus: *laciniis* sex, ovatis.
STAM. *Filamenta* sex, crassa, obtusa, ad faucem corollæ. *Antheræ* lineares, filamentis longiores.
PIST. *Germen* subrotundum, in fundo corollæ. *Stylus* filiformis, corollâ fere brevior. *Stigma* trifidum, crassiusculum, melliferum.
PER. *Capsula* subrotunda, obtuse trigona, basi corollæ obvoluta, trilocularis, trivalvis.
SEM. plurima, plana, gemino ordine incumbentia, semiorbiculata.

324. CRINUM *. Lilio-Asphodeli species *Dill.* elth. 161.

CAL. *Involucrum* spathæforme, bifolium, oblongum, umbelluliferum, post dehiscentiam reflexum.
COR. infundibuliformis, monopetala *Tubus* oblongus, cylindraceus, inflexus. *Limbus* sexpartitus: *laciniis* lanceolato-linearibus, obtusis, concavis, reflexis, quarum *tres alternæ* appendiculo uncinato distinctæ.
STAM. *Filamenta* sex, subulata, e basi limbi, longitudine limbi, conniventia. *Antheræ* oblongæ, lineares, assurgentes, incumbentes.
PIST. *Germen* in fundo corollæ. *Stylus* subulatus, staminibus brevior. *Stigma* trifidum, minimum.
PER. *Capsula* subovata, trilocularis.
SEM. plura.

325. BULBOCODIUM *.

CAL. nullus.
COR. hexapetala, infundibuliformis. Ungues longissimi, lineares. Faux connectens petala. *Limbus* erectus: petalis lanceolatis, concavis.
STAM *Filamenta* sex, subulata, limbo dimidio breviora, petalorum collo inserta. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* ovato-subulatum, obtuse trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* tria, oblonga, erecta, canaliculata.
PER. *Capsula* triangularis, acuminata, angulis obsoletis, trilocularis.
SEM. numerosa.
OBS. *Quantum itaque a* Colchide *differat, patet ex collato charactere* 360. *cum hoc.*

326. AL-

326. ALLIUM *. *Tournef.* 206. Moly *Boerh.* 2. *p.* 146.

CAL. *Spatha* communis, ſubrotunda, in acumen longum deſinens, marceſcens.
COR. *Petala* ſex, oblonga, anguſta, concavo-erecta.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* breve, trigonum, angulis lineâ inſculptis. *Stylus* ſimplex. *Stigma* acutum.
PER. *Capſula* breviſſima, lata, triloba, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda.

327. CEPA *. *Tournef.* 205.

CAL. *Spatha* communis, ſubrotunda, in acumen longum deſinens, marceſcens.
COR. *Petala* ſex, ovato-oblonga, concava, erecto-patentia, obtuſa.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corollâ breviora, baſi lata & fere coalita. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* ſemiglobofum, obtuſe trigonum, obtuſiſſimum. *Stylus* brevis, cylindraceus. *Stigma* acutum.
PER. *Capſula* triquetra, lata, brevis, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda, angulata.

328. PORRUM *. *Tournef.* 204. Scorodoprafum *Mich.* 24.

CAL. *Spatha* communis, ſubrotunda, in acumen longum deſinens, marceſcens.
COR. *Petala* ſex, oblonga, concava, patenti-erecta, carinulata.
STAM. *Filamenta* ſex, lata, erecta in cylindrum, *alterna* ſimplicia, *reliquæ* ſummitate trifida, denticulo medio breviore ſuſtinente *Antheram* brevem.
PIST. *Germen* craſſiuſculum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* acutum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda.

329. LILIUM *. *Tournef.* 195. Linum *Roy.* 30.

Cal. nullus.
Cor. e basi angustâ campanulata. *Petala* sex, erecta, incumbentia, dorso obtuse carinata, sensim patentiora, latiora: *apicibus* obtusis, crassis, reclinatis.
Nectarium linea longitudinalis, petalis singulis ad basin insculpta.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, erecta, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum, cylindraceum, sex sulcis striatum. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, triangulare.
Per. *Capsula* oblonga, sex sulcis exarata, *apice* cavo, trigono, obtuso: trilocularis, trivalvis: *valvulis* crinulo craticulatim intertexto connexis.
Sem. numerosa, gemino ordine incumbentia, plana, extrorsum semi-orbiculata.
Obs. Nectarium *in aliis barbatum est, in aliis imberbe.* Petala *in aliis totaliter revoluta, in aliis non item.*

330. FRITILLARIA *. *Tournef.* 201. Petilium *edit. prim.* 259. Corona imperialis *Tournef.* 197. 198. Lilio-Fritillaria. Boerh. 2. p. 141.

Cal. nullus.
Cor. hexapetala, campanulata, basi patens. *Petala* oblonga, parallela.
Nectarium fovea in basi singuli petali excavata.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, stylum prementia. *Antheræ* quadrangulæ, oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* oblongum, trigonum, obtusum. *Stylus* simplex; staminibus longior. *Stigma* triplex, patens, obtusum.
Per. *Capsula* oblonga, obtusa, triloba, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, plana, extrorsum semiorbiculata, gemino ordine collocata.
Obs. Fritillaria T. *Nectario oblongo. Pericarpio lævi.*
Corona Imper. T. *Nectario hemisphærico. Pericarpio marginibus acuto.*

331 TU-

331. TULIPA *. *Tournef.* 199. 200. *Malp.* 212.

Cal. nullus.
Cor. campanulata. *Petala* ſex, ovato-oblonga, concava, erecta.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* quadrangulæ, oblongæ, erectæ, diſtantes.
Pist. *Germen* magnum, oblongum, trigono-teres. *Stylus* nullus. *Stigma* trilobum, triangulare: *angulis* protuberantibus, biſidis, perſiſtens.
Per. *Capſula* triquetra, trilocularis, trivalvis: *valvulis* margine ciliatis, ovatis.
Sem. plurima, plana, gemino ordine incumbentia, ſemicircularia, floccis conformibus diſtincta.

332. ERYTHRONIUM *. Dens canis *Tournef.* 202.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, oblongo-lanceolata, acuminata, verſus baſin alternatim incumbentia, ſenſim patentiora, e medio reflexa. *Nectaria* tubercula duo, obtuſa, calloſa, ſingulo petalo alterno & interiori juxta baſin adnata.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* turbinatum. *Stylus* ſimplex, corollâ brevior, ſtaminibus longior, rectus. *Stigma* triplex, patens, obtuſum.
Per. *Capſula* ſubgloboſa, ad baſin anguſtior, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovato-acuminata.

333. UVULARIA *.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, oblongo-lanceolata, acuta, erecta, longiſſima. *Nectarium* fovea oblonga in baſi ſinguli petali inſculpta.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima, latiuſcula. *Antheræ* longæ, erectæ, corollâ dimidio breviores.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* unicus, ſemi-trifidus, filiformis, ſtaminibus brevior. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.
Per. *Capſula* ovato-oblonga, triangularis, trilocularis.
Sem. plura, ſubrotunda, compreſſa.

334. GLORIOSA *. Methonica *Tournef.* A. G. 1706. *Dill.* gen. 12. *H. L.* 689.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* ſex, oblongo-lanceolata, undulata, longiſſima, totaliter juxta baſin reflexa.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corollâ breviora, recto-patula. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, inclinatus. *Stigma* triplex, obtuſum.
Per. *Capſula* ovalis, pellucida, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, globoſa, duplici ſerie diſpoſita.

335. ASPHODELUS *. *Tournef.* 178.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, ſexpartita: *laciniis* lanceolatis, planis, patentibus.
Nectarium valvulis ſex, minimis, conniventibus in globum, baſi petali inſertis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, valvulis nectarii inſerta, arcuata, *alterna* breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, intra nectarium. *Stylus* ſubulatus, ſitu ſtaminum. *Stigma* truncatum.
Per. *Capſula* globoſa, carnoſa, triloba, trilocularis.
Sem. plura triangularia, hinc gibba.
Obs. Filamenta *in aliis declinata*, *in aliis extrorſum arcuata ſunt.*

336. ANTHERICUM *. Phalangium *Tournef.* 193. Bulbine *Edit. prior.* 269.

Cal. nullus.
Cor. hexapetala, patentiſſima: petalis oblongis, obtuſis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, hirſutiſſima. *Antheræ* parvæ, incumbentes, quadriſulcæ.
Pist. *Germen* obſolete trigonum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, trigonum.
Per. *Capſula* ovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.
Sem. numeroſa, angulata.
Obs. Primaria nota conſiſtit in filamentis hirſutis.

337. SCILLA *. Ornithogali ſpecies *Tournef.* 203. B. F. G. Lilio-Hyacinthus *Tournef.* 196. Hyacinthus ſtellaris *Raj. meth.* 119.

Cal. nullus.
Cor. plana. *Petala* ſex, ovata, patentiſſima, decidua.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, deciduus. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ſubovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, ſubrotunda.

338. ORNITHOGALUM *. *Tournef.* 203. A. D. H. I. K. Stellaris Dill. gen. 110.

Cal. nullus: niſi fulcra vaga ſumas.
Cor. plana, baſi erecta. *Petala* ſex, lanceolata, infra medium erecta, ſupra medium plano-patentia, perſiſtentia, colorem dimittentia.
Stam. *Filamenta* ſex, erecta, figurâ incerta, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* angulatum. *Stylus* ſubulatus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, angulata, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, ſubrotunda. *Receptaculum* columnare.
Obs. Filamenta *in aliis plana, erecta, apice trifido, media lacinia antheram ſuſtinente; in aliis ex utrisque alterna.*

339. ASPARAGUS *. *Tournef.* 154.

Cal. nullus.
Cor. campanulato-oblonga. *Petala* ſex, unguibus cohærentia, oblonga, in tubum erecta, interiora tria alterna, apice reflexo, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, petalis inſerta, erecta, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* turbinatum, trigonum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* punctum prominens. (Flos tamen pendulus.)
Per. *Bacca* globoſa, puncto umbilicata, trilocularis.
Sem. bina, rotunda, introrſum angulata, glabra.
Obs. *Qui florem dicit monopetalum, ſalvo jure poſſit.*
Corollæ figura differens eſt in diverſis: aliis erecta, aliis plana, aliis revoluta.

340. LEONTICE †. Leontopetalon *Tournef.* 484.

Cal. *Perianthium* minimum, hexaphyllum, caducum.
Cor. *Petala* ſex, ovata, ad baſin anguſtiora, horum tria alterna interiora minora.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* erectæ, biloculares, bivalves, a baſi verſus apicem, quo cohærent, dehiſcentes.
Pist. *Germen* oblongo-ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, altitudine ſtaminum.
Per. *Capſula* maxima, globoſo-acuminata, inflata, unilocularis, ſubſucculenta.
Sem. pauca, globoſa.

341. CONVALLARIA *. α. Lilium convallium *Tournef.* 14. *Malp.* 137. β. Polygonatum *Tournef.* 14. γ. Unifolium *Dill.* gen. 7. δ. Smilacis ſpecies *Tournef.*

Cal. nullus.
Cor. campanulata (præſertim recens), monopetala, glabra. *Limbus* ſexfidus, obtuſus. patenti-reflexus.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, petalo inſerta, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum, trigonum.
Per. *Bacca* globoſa, trilocularis, ante maturitatem maculata.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.
Obs. Bacca *immatura maculata notam præbet omnibus communem.*
α. quum corolla globoſo-campanulata, patens ſit.
β. quum corolla tubulato-campanulata ſit.
γ. quum unica tertia pars numeri in partibus fructificationis a vulgatiſſimo exemta ſit.
δ. quum corolla ſexpartita patens, acutiſſima ſit.

342. HYA-

342. HYACINTHUS *. *Tournef.* 180.
Muſcari *Tournef.* 180.

Cal. nullus.
Cor. campanulata, monopetala. *Limbus* ſexfidus, reflexus. *Nectarium* pori tres, melliferi, ad apicem germinis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviora. *Antheræ* conniventes.
Pist. rotundo-trigonum, triſulcum. *Stylus* ſimplex, corollâ brevior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, triquetra, trilocularis, trivalvis.
Sem. bina (ſæpius), ſubrotunda. *Receptaculum* columnare.
Obs. *Genus hocce naturale in plura non naturalia diſtribuerunt.*
α. Hyacinthus *quum tubus corollæ ſit tubulatus, oblongus.*
β. Muſcari *quum tubus corollæ ſit fere globoſus.*
γ. Alia *corolla ſexpartita gaudet.*

343. ALOE *. *Tournef.* 191.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, ſexfida, oblonga. *Tubus* gibbus. *Limbus* rectus.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollam fere ſuperantia, receptaculo inſerta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* incertum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, trifidum.
Per. *Capſula* oblonga, triſulca, trilocularis, trivalvis.
Sem. plura, angulata.
Obs. Inconſtans *eſt* corollæ *figura & regularitas*; receptaculi *ſitus infra vel ſupra germen*; pericarpii *figura*. Filamentorum *autem in flore monopetalo inſertio, in ipſo receptaculo, ſingularis in hoc genere eſt.*

344. YUCCA *. *Dill.* gen. 5. elth. 323. *Pont.* 6. n. Cordyline *Roy. Lugdb.* 22.

Cal. nullus.
Cor. campaniformis, ſexpartita, unguibus cohærens: *laciniis* ovatis, maximis.
Stam. *Filamenta* ſex, breviſſima, ſuperne craſſiora, reflexa. *Antheræ* minimæ.
Pist. *Germen* oblongum, obtuſe triquetrum, ſtaminibus longius. *Stylus* nullus. *Stigma* trifidum, obtuſum, laciniis bifidis, pervium.
Per. *Capſula* oblonga, triſulca, obtuſe triangularis, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, gemino ordine incumbentia.
Obs. Yucca *Aloes ſpeciebus quam proxime accedit.*

345. HEMEROCALLIS *. α. Lilio-Aſphodelus *Tournef.* 179. β. Liliaſtrum *Tournef.* 194.

Cal. nullus.
Cor. ſexpartita, fere infundibuliformis. *Tubus* brevis. *Limbus* patens, ſuperne magis reflexus.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ, declinata, *ſuperiora* breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſulcatum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* obtuſe trigonum, aſſurgens.
Per. *Capſula* ovato-triloba, trigona, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Obs. α. Lilio-Aſph. *germen intra receptaculum corollæ monopetalæ.* β. Liliaſtr. *germen intra receptaculum corollæ hexapetalæ.*

346. A-

346. ACORUS *. Calamus Aromaticus *Petit.* gen. *Mich.* 31.

Cal. nullus. *Receptaculum fructificationum commune* digitiforme, flosculis tectum.
Cor. *Petala* sex, obtusa, concava, laxa, superne crassiora, & fere truncata.
Stam. *Filamenta* sex, crassiuscula, corollâ paulo longiora. *Antheræ* crassiusculæ, didymæ, terminatrices, adnatæ.
Pist. *Germen* gibbum, oblongiusculum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* punctum prominens.
Per. *Capsula* brevis, triangula, utrinque attenuata obtuse, trilocularis.
Sem. ovato-oblonga.

347. HÆMANTHUS *. *Tournef.* 433. *Dill.* elth. 140. Dracunculoides *Boerh.* 11. 226.

Cal. *Involucrum* hexaphyllum, maximum, umbelluliferum: *foliolis* erectis, oblongis, persistentibus.
Cor. *Petalum* erectum, sexpartitum: *laciniis* erectis, linearibus. Tubo brevissimo, angulato.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, tubo corollæ inserta, corollâ longiora. *Antheræ* incumbentes, oblongæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum proprium. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. *Bacca* subrotunda, trilocularis.
Sem. solitaria, triquetra.
Obs. *Involucrum in aliis in plura quam sex dividitur foliola.*

348. APHYLLANTHES †. *Tournef.* 430.

Cal. *Spathæ* imbricatæ, lanceolatæ, plures.
Cor. *Petala* sex, obverse ovata, definentia basi in ungues tenues, limbo patentia, inferne in tubum conniventia, erecta.
Stam. *Filamenta* sex, setacea, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* trigonum, turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* tria, oblonga.
Per. *Capsula* turbinata, triangularis, trilocularis.
Sem. ovata.

349. JUNCUS *. *Tournef.* 127. *Mich.* 31. Juncoides *Mich.* 31.

CAL. *Gluma* bivalvis, vel communis vel propria.
Perianthium hexaphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, persistentibus.
COR. nulla: nisi *Perianthium*, coloratum recens, corollam dicas.
STAM. *Filamenta* sex, capillaria, brevissima. *Antheræ* oblongæ, erectæ, longitudine perianthii.
PIST. *Germen* triquetrum, acuminatum. *Stylus* brevis, filiformis. *Stigmata* tria, longa, filiformia, villosa, inflexa.
PER. *Capsula* tecta, triquetra, unilocularis, trivalvis.
SEM. nonnulla, subrotunda.

350. RICHARDIA †. *Houst.* A. A.

CAL. *Perianthium* monophyllum, sexpartitum, erectum, acuminatum, corollâ dimidio brevius.
COR. monopetala, cylindraceo-infundibuliformis. *Limbus* sexfidus, acutus, erectus.
STAM. *Filamenta* sex, vix notabilia. *Antheræ* subrotundæ, parvæ, ad incisuras corollæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, superne tripartitus. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum.
SEM. tria, rotundata, inde angulata, superne latiora, gibba.

351. BERBERIS *. *Tournef.* 385.

CAL. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* ovatis, basi angustiore, concavis, alternis minoribus, coloratis, deciduis.
COR. *Petala* sex, subrotunda, concava, erecto-patentia, calyce vix majora.
Nectarium corpuscula duo, subrotunda, colorata, basi singuli petali adnata.
STAM. *Filamenta* sex, erecta, compressa. *Antheræ* bifidæ, filamentis adnatæ.
PIST. *Germen* cylindraceum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* orbiculatum, germine latius.
PER. *Bacca* cylindracea, obtusa, puncto umbilicato, unilocularis.
SEM. duo, oblonga, cylindracea, obtusa.

352. PRI-

352. PRINOS †. vide *Pluk.* 452. *f.* 1. & 402. *f.* 3. authore Cl. Gronovio.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiſexfidum, planum, minimum, perſiſtens.
COR. monopetala, rotata. *Tubus* nullus. *Limbus* ſexpartitus, planus: laciniis ovatis.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ.
PIST. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* ſtaminibus breviorem. *Stigmate* obtuſo.
PER. *Bacca* ſubrotunda, ſexlocularis, calyce longe major.
SEM. ſolitaria, oſſea, obtuſa, hinc convexa inde angulata.
OBS. *Numero præſertim ab* Ilice *differt.*
Interdum unicam ſextam partem numeri excludit.

353. LORANTHUS †. *Vaill. act.* 1720. Lonicera *Plum.* 37.

CAL. *Perianthium fructus* margo integer concavus.
Perianth. floris margo integer concavus coronans germen.
COR. monopetala, ſexangularis: Laciniis ſex, linearibus, revolutis, ſubæqualibus.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, alternis brevioribus, longitudine corollæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum inter utrumque calycem. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
PER. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
SEM. ſex, hinc convexa, inde angulata.

354. PEPLIS *. Portula *Dill.* gen. 7. Glaucoides *Mich.* 18. Glaucis ſpec. *Vaill.* B. P. 15. f. 5.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, perſiſtens, maximum, *ore* duodecimfido; denticulis alternis reflexis.
COR. *Petala* ſex, ovata, minutiſſima, calyci prope marginem inſerta.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, brevia. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* orbiculatum.
PER. *Capſula* cordata, bilocularis, diſſepimento oppoſito.
SEM. plurima, triquetra, minima.
OBS. *In plurimis unius ejuſdemque plantæ floſculis omnino deficit corolla.*

2. *DI-*

2. *DIGYNIA.*

355. ORYZA †. *Tournef.* 296. *Mich.* 31. B. B.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, minima, acuminata, fere æqualis.
COR. bivalvis, obtusa, magna, fere æqualis, persistens. *Nectarium* (*Petala Michelio*) diphyllum, planum, ad latus alterum germinis, minimum, *foliolis* basi angustis, apice truncatis, caducis.
STAM. *Filamenta* sex, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* basi bifidæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumosa, secundum longitudinem stylorum extensa.
PER. nullum. *Corolla* semini adnata, ovali-oblonga, compressa, *marginibus* tenuibus, *lateribus* striis utrinque duabus notatis.
SEM. unicum, magnum, oblongum, obtusum, compressum, utrinque bistriatum.

356. ATRAPHAXIS *. Atriplicis species *Dill.* elth. 40. f. 47.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppositis, lanceolatis, coloratis, persistentibus.
COR. *Petala* duo, subrotunda, sinuata, calyce majora, persistentia.
STAM. *Filamenta* sex, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* compressum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, capitata.
PER. nullum. *Calyx* clausus, includens semen.
SEM. unicum, subrotundum, compressum.

3. *TRI-*

3. *TRIGYNIA.*

357. RUMEX *. Lapathum & Acetosa *Tournef.* 287. *Malp.* 263. *Pont.* 11: 22. 23. 27.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* obtusis, reflexis, persistentibus.
Cor. *Petala* tria, ovata, calyce majora, eique similia, conniventia, persistentia.
Stam. *Filamenta* sex, capillaria, brevissima. *Antheræ* erectæ, didymæ.
Pist. *Germen* turbinato-triquetrum. *Styli* tres, capillares, reflexi, inter rimas petalorum conniventium exserti. *Stigmata* magna, laciniata.
Per. nullum. *Corolla* connivens, triquetra, includens semen.
Sem. unicum, triquetrum.
Obs. Acetosa fol. orbiculatis *unicam tertiam partem numeri excludit in omnibus partibus fructificationis, exceptis staminibus.*
Acetosæ plurimæ *in Diœcia mares & feminas seorsim exhibet.*
Beta cretica *in Monœcia flores utriusque sexus cum perianthiis uncinatis.*

358. SCHEUCHZERIA *. *Fl. Lapp.* x: 1.

Cal. *Perianthium* sexpartitum: *foliolis* oblongis, acutis, reflexo-patentibus, rudibus, persistentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* sex, capillaria, brevissima, flaccida. *Antheræ* erectæ, obtusæ, longissimæ, compressæ.
Pist. *Germina* tria, ovata, compressa, magnitudine calycis. *Styli* nulli. *Stigmata* oblonga, superne obtusa, extrorsum germini adnata.
Per. *Capsulæ* quot germina, subrotundæ, compressæ, inflatæ, reflexo-distantes, bivalves.
Sem. solitaria, oblonga.
Obs. *Numerus germinis & capsularum variat a tribus ad sex: naturalissimus tamen est ternarius.*

359. TRIGLOCHIN *. Juncago *Tournef.* 142. *Mich.* 31.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, deciduis.
PER. *Petala* tria, ovata, concava, obtuſa, calyci ſimilia.
STAM. *Filamenta* ſex, vix notabilia. *Antheræ* totidem, corollâ breviores.
PIST. *Germen* magnum. *Styli* nulli. *Stigmata* tria, vel duplo plura, reflexa, plumoſa.
PER. *Capſula* ovato-oblonga, obtuſa; *loculi* tot quot ſtigmata, *valvulis* a baſi verſus apicem, cui cohærent, dehiſcentibus.
SEM. ſolitaria, oblonga.

360. COLCHCIUM *. *Tournef.* 181. 182.

CAL. nullus: niſi Spathas vagas conſideres.
COR. ſexpartita. *Tubus* angulatus, radicatus. *Limbi* laciniis lanceolato-ovatis, concavis, erectis.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, quadrivalves, incumbentes.
PIST. *Germen* intra radicem ſepultum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* reflexa, canaliculata.
PER. *Capſula* triloba, introrſum futurâ connexa, obtuſa, trilocularis, futuris dehiſcentibus introrſum.
SEM. plura, ſubgloboſa, rugoſa.
OBS. *Datur ſpecies* vernalis *piſtillo unico, ſuperne trifido.*

361. MEDEOLA *. Salſa *Fevill* 11: 7.

CAL. nullus, niſi corollam voces calycem.
COR. *Petala* ovato-oblonga, æqualia, patentia, revoluta.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germina* tria, corniculata, in *Stylos* deſinentia. *Stigmata* recurva, craſſiuſcula.
PER. *Bacca* ſubrotunda, trifida, trilocularis.
SEM. ſolitaria, cordata.
OBS. *In planta, quam a Clariſſimo* D. Gronovio *habuimus, modo quatuor petala obſervavimus.*

362. ME-

362. MENISPERMUM *. *Tournef.* A. G. 1705. *Dill.* gen. 9. elth. 178.

CAL. *Perianthium* hexaphyllum, erecto-patens, caducum-*foliolis* ovato-oblongis, magnitudine corollæ.
COR. *Petala* ſex, ovato-oblonga, obtuſa, concava, erecto-patentia.
STAM. *Filamenta* ſex, breviſſima. *Antheræ* ſimplices, corollâ breviores.
PIST. *Germina* tria, ſubovata, deſinentia in *Stylos* patenti-reflexos, corollæ longitudine. *Stigmata* obtuſa, emarginata.
PER. *Baccæ* tres, ovatæ, uniloculares.
SEM. ſolitaria, lunulata, compreſſa, magna.
OBS. Numerus *valde variat in omnibus partibus fructificationis, ut vix certi quid ſtatui poſſit.*

363. SAURURUS *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, oblongum, laterale (Amenti) coloratum, perſiſtens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, longa: *tria* horum in ſingulo latere oppoſito. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum, trilobum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, obtuſa, perſiſtentia.
PER. *Bacca* ovata, unilocularis.
SEM. unicum, ovatum.

4. *TETRAGYNIA.*

364. PETIVERIA *. *Plum.* 39.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* linearibus, obtuſis, æqualibus, erectis, perſiſtentibus.
COR. nulla: niſi Calycem coloratum dicas.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, æqualia, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* compreſſum, oblongum. *Styli* quatuor, ſubulati, in linea recta poſiti. *Stigmata* obtuſa, perſiſtentia.
PER. nullum, niſi Cruſtam ſeminis velis.
SEM. unicum, oblongum, inferne anguſtius, teretiuſculum, ſuperne latius, compreſſum, emarginatum, Stylis extrorſum reflexis, rigidis, acutis, intermediis longioribus armatum.

5. POLYGYNIA.

365. ALISMA *. Damaſonium *Tournef.* 132. *Vaill.* A. G. 1716. Ranunculi ſpecies *Tournef.* 149. D. S.

CAL. *Involucra* varia, triphylla, acuta.
Perianthium triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* tria, ſubrotunda, magna, plana, patentiſſima.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germina* plura quam quinque. *Styli* ſimplices. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſulæ* in trigonum poſitæ, compreſſæ.
SEM. ſolitaria, parva.
OBS. Damaſ. *Tournef. capſulis ſex, acuminatis, magnis, diſtinctum fuit.*
Aliſma *Dill. verò capſulis numeroſis, obtuſis, parvis.*

Claſſis

Classis VII.

HEPTANDRIA.

I. MONOGYNIA.

366. TRIENTALIS*.

Cal. *Perianthium* heptaphyllum, persistens : *foliolis* lanceolato-angustis, acuminatis, patentibus.
Cor. stellata, plana, monopetala, septem-partita, basi levissime cohærens; *laciniis* ovato-lanceolatis, calyce paulo longioribus.
Stam. *Filamenta* septem, capillaria, unguibus corollæ inserta, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Bacca* exsucca, globosa, unilocularis, crustâ tenuissima, varie dehiscens.
Sem. nonnulla, angulata. *Receptaculum* maximum, excavatum pro semininibus.
Obs. *Numerus vulgatissimus est septenarius in hac planta, licet interdum variet.*
Fructus est bacca non dehiscens uti capsula per valvulas.

367. ESCULUS*. Hippocastanum *Tournef.* 382. *Riv.* V. 131.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, parvum, quinquedentatum.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, *margine* plicato undulata, plana, patentia, *unguibus* angustis, calyci insertis, æqualiter colorata.
Stam. *Filamenta* septem, subulata, longitudine corollæ, declinata. *Antheræ* assurgentes.
Pist. *Germen* subrotundum, desinens in *Stylum* minimum. *Stigma* acuminatum.
Per. *Capsula* coriacea, subrotunda, echinata, unilocularis, trivalvis.
Sem. bina, subglobosa.
Obs. Semen *communiter in capsula unicum occurrit: observatis autem embryonibus, numerum naturalem binarium esse constat.*

Classis VIII.

OCTANDRIA.

I. MONOGYNIA.

368. PAVIA *. *Boerh.* II: 260.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ovatum, coloratum: *ore* quinquedentato, obtuso.
COR. *Petala* quinque, ovata, superiora longiora; omnia unguibus longissimis calyci inserta.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, parum incurva, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* subovatum. *Stylus* subulatus. *Stigma* acutum.
PER. coriaceum, turbinatum, obtuse tetragonum, quadriloculare, quadrivalve.
SEM. solitaria, globosa.
OBS. Esculo *valde affinis est.*

369. TROPÆOLUM *. Cardamindum *Tournef.* 244. *Riv.* V: 97. 98.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erecto-patulum, acutum, coloratum, deciduum: *laciniis* duabus inferioribus angustioribus.
COR. *Petala* quinque, subrotundata, calycis divisuris inserta, quorum *duo superiora* sessilia, *reliqua inferiora* unguibus oblongis barbatis inserta.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, brevia, declinata, inæqualia. *Antheræ* erectæ, oblongæ, quadriloculares, assurgentes.
PIST. *Germen* subrotundum, trilobum, striatum. *Stylus* simplex, erectus, longitudine staminum. *Stigma* trifidum, acutum.
PER. *Baccæ* tres, hinc convexæ, sulcato-striatæ, inde angulatæ.
SEM. tria, hinc gibba, inde angulata, subrotunda, sulcato-striata.

370. ACER *. *Malp.* 262. *Tournef.* 386.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, coloratum, basi plana & integra, persistens.
Cor. *Petala* quinque, ovata, extrorsum latiora, obtusa, calyce vix majora, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, subulata, brevia. *Antheræ* simplices. *Genitura* cruciformis.
Pist. *Germen* compressum, immersum *Receptaculo* convexo, perforato, magno. *Stylus* filiformis, per dies altior excrescens. *Stigmata* duo, acuminata, tenuia, reflexa.
Per. *Capsulæ* numero stigmatum, basi coalitæ, subrotundæ, compressæ, alâ membranaceâ maximâ singulæ terminatæ.
Sem. solitaria, subrotunda.
Obs. *Ad primam explicationem floris* Stigma *modo apparet, deinde aliquot post dies* Stylus.
In aliis Corolla vix a calyce distincta. & Stamina longa.
Flores, in eadem umbella Hermaphroditi sæpe duplicis generis. inferiores Hermaphroditi feminei, quorum antheræ non dehiscunt, sed pistillum mox in fructum excrescit; superiores Hermaphroditi masculi, quorum antheræ farinam pluunt, pistilla vero non accrescunt, sed decidunt.

371. DODONÆA †.

Cal. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovatis, erectis, æqualibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* octo, brevissima omnium. *Antheræ* humiles, oblongæ, vix calyce longiores.
Pist. *Germen* triquetrum, calyce longius. *Stylus* subulatus, longissimus. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* subrotunda, trilocularis, angulis prominentibus, inflatis.
Sem. solitaria.
Obs. *Ad Carpinum retulit Burmannus, ad Staphylodendron Plumier.*
Variat non raro flos addendo unicam tertiam partem numeri in calyce & germine.

372. GRIS-

372. GRISLEA †.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, campanulatum, erectum, quadrifidum.
COR. *Petala* quatuor, ovata, ex incisuris calycis, omnium minutissima, vix dentibus calycis majora.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, erecta, omnium longissima. *Antheræ* simplices, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. . . . .
SEM. . .
OBS. *Planta est arbor Americana floribus laxe spicatis, sursum versis, solo flore ab omnibus distinctissima.*

373. LAWSONIA. vide H. M. 1: 40. Alhenna *Shaw.* 1. Henna *Ludw.* 143.

CAL. *Perianthium* quadrifidum, parvum, persistens.
COR. *Petala* quatuor, ovato-lanceolata, plana, patentia.
STAM. *Filamenta* octo, filiformia, longitudine corollæ, per paria binatim intra petala. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine staminum, persistens. *Stigma* capitatum.
PER. *Capsula* globosa cum acumine, quadrilocularis.
SEM. multa, angulata, acuminata.

374. RUTA *. *Tournef.* 133. Pseudo-Ruta *Mich.* 19.

CAL. *Perianthium* quadripartitum, breve, persistens.
COR. *Petala* quatuor, patentia, subovata, concava, *unguibus* angustis.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, patentia, longitudine corollæ. *Antheræ* erectæ, brevissimæ.
PIST. *Germen* gibbum, cruce insculptum, punctis octo ad basin notatum. *Stylus* erectus, subulatus. *Stigma* simplex.
PER. *Capsula* gibba, quadriloba, semi-quadripartita ab apice, quadrilocularis, quadrifariam inter apices dehiscens.
SEM. plurima, scabra, reniformi-angulata.
OBS. *Tales sunt flores laterales:* primus *flos, vel omnes in certis speciebus, addunt unicam quartam partem numeri, in omni fructificationis parte.*
Pseudo-ruta *dicta fuit, cujus petala plana & integra sunt, cum numero quinario in omni parte fructificationis.*

375. RHEXIA †. vide *Pluk.* 428. *f.* 1. *& Pluk.* *f.* 173. *f.* 4. authore Cl. Gronovio.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, inferne ventricosum, oblongum, ore quadrifido, persistens.
COR. *Petala* quatuor, subrotunda, calyci inserta, patentia.
STAM. *Filamenta* octo, filiformia, calyce longiora, calyci inserta. *Antheræ* oblongæ, declinatæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, oblongum.
PER. *Capsula* subrotunda, quadrilocularis, quadrivalvis, intra ventrem calycis.
SEM. numerosa, subrotunda.
OBS. *In aliis speciebus calyx glaber, in aliis pilis stellatis hispidus.*

376. OENOTHERA *. Onagra *Tournef.* 156. *Pont.* 3: 7.

CAL. *Perianthium* monophyllum, deciduum *Tubus* cylindraceus, erectus, longus, deciduus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* oblongis, acutis, deflexis.
COR. *Petala* quatuor, obverse cordata, plana, divisuris calycis inserta, longitudine laciniarum calycis.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, incurva, calycis tubo inserta, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* cylindraceum, sub tubo calycis. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* quadrifidum, crassum, obtusum, reflexum.
PER. *Capsula* cylindracea, quadragona, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. plurima, angulata. *Receptaculum* columnare, liberum, quadragonum.

377. EPILOBIUM *. Chamænerion *Tournef.* 137.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, coloratis, deciduis.
COR. *Petala* quatuor, subrotunda, extrorsum latiora, emarginata, patentia.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, *alterna* breviora. *Antheræ* ovales, compressæ, obtusæ.
PIST. *Germen* cylindraceum, longissimum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis. *Stigma* quadrifidum, crassum, obtusum, revolutum.
PER. *Capsula* longissima, cylindracea, striata, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. numerosa, oblonga, pappo coronata. *Receptaculum* longissimum, tetragonum, liberum, flexile, coloratum.
OBS. *in aliis* stamina & pistillum *erecta*, *in aliis* declinata *ad latus*, *inferius*.

378. ERI-

378. ERICA *. *Tournef.* 373. a.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, erectis, coloratis, corollâ longioribus, persistentibus.
Cor. *Petalum* unicum, erectum, quadrifidum.
Stam. *Filamenta* octo, capillaria, receptaculo affixa. *Antheræ* bicornes.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, rectus, declinatus, staminibus longior. *Stigma* coronulatum, quadragonum, quadrifidum.
Per. *Capsula* subrotunda, calyce minor, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis.
Sem. numerosa, minima.
Obs. *Dantur species calyce duplici.*

379. DAPHNE *. Thymelæa *Tornef.* 366.

Cal. nullus. *Flores* tres, ex eadem gemmula prodeuntes.
Cor. monopetala. *Tubus* cylindraceus, imperforatus, limbo longior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis, planis, patentibus.
Stam. *Filamenta* octo, brevia, tubo inserta: *alterna* inferiora. *Antheræ* subrotundæ, erectæ, biloculares.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, depresso-planum.
Per. *Bacca* subrotunda, unilocularis.
Sem. unicum, subrotundum, carnosum.

380. STRUTHIA †. Roy. Lugdb. p.

CAL. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, coloratum: Tubo, filiformi longissimo; Limbo quadripartito, plano.
COR. *Petala* quatuor, sessilia, plana, calyci inserta, calyce breviora, eique inserta.
STAM. *Filamenta* octo, setacea, erecta, longitudine ferme floris. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, germinis lateri insertus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum, hispidum.
PER. nullum. *Fructus* in fundo calycis.
SEM. unicum, ovatum, oblique acutum.
OBS. *Hinc differt sola corolla a Passerina.*

381. PASSERINA*.

CAL. nullus.
COR. monopetala, marcescens. *Tubus* cylindraceus, tenuis, infra medium ventricosus. *Limbus* quadripartitus, patens: *laciniis* concavis, ovatis, obtusis.
STAM. *Filamenta* octo, setacea, longitudine limbi, apici tubi imposita. *Antheræ* subovatæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum, intra tubum corollæ. *Stylus* filiformis, e latere apicis ipsius germinis enatus, longitudine tubi corollæ. *Stigma* capitatum, undique villis hispidum.
PER. *coriaceum*, ovatum, uniloculare.
SEM. unicum, ovatum, utrinque acuminatum, apicibus obliquis.

382. LACHNÆA †. Roy. lugdb. p.

CAL. *Perianthium* monophyllum, persistens: *Tubo* longo, tenui; Limbo quadripartito inæquali: *Lacinia* summa erecta minima; Laciniis *reliquis* tribus reflexis intermedia majore.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* octo, setacea, erecta, longitudine ferme floris. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, germinis lateri insertus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum, hispidum.
PER. nullum. *Fructus* in fundo calycis.
SEM. unicum, ovatum, oblique acutum.
OBS. *Hinc differt a Passerina calyce inæquali tantum.*

383. SANTALUM †.

CAL. *Perianthium* margo coronans germen, obsolete quadridentatum.
COR. monopetala, campanulata: Limbo plano, quadrifido, acuto.
STAM. *Filamenta* octo, tubo summo corollæ insidentia, alterna breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* turbinatum, sub receptaculo floris. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Bacca*. . . . .
SEM. . . . .
OBS. *Filamentorum insertione & Antheris non cornutis a Vaccinio distinguitur.*

384. VACCINIUM *. Vitis idæa *Tournef.* 377. Oxycoccus *Tournef.* 431.

Cal. *Perianthium* minimum, germini insidens, persistens.
Cor. campanulata, monopetala, quadrifida: *laciniis* revolutis.
Stam. *Filamenta* octo, simplicia. *Antheræ* bicornes, dorso aristis duabus patentibus instructæ, apice dehiscentes.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* simplex, staminibus longior. *Stigma* obtusum.
Per. *Bacca* globosa, umbilicata, quadrilocularis.
Sem. pauca, parva.
Obs. Numerus *sæpe variat addita unica quarta parte in numero omni.*
Calyx *in pluribus quadrifidus, in alia specie integerrimus.*
Corolla *recens fere integra, revolvitur ad basin in* Oxycocco *Tournef.*

385. DIOSPYROS *. Guaiacana *Tournef.* 371.

Cal. *Perianthium* monophyllum, semiquadrifidum, obtusum, minimum, persistens.
Cor. monopetala, ovato-campanulata, vix semiquinquefida, obtusa, minima.
Stam. *Filamenta* octo, setacea, brevia, preceptaculo ferme inserta. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* unicus, semiquadrifidus, staminibus longior. *Stigmata* obtusa.
Per. *Bacca* globosa, magna, multilocularis, calyci maximo patenti insidens.
Sem. nonnulla, ovata, acuminata.
Obs. *Datur species afra quæ unicam partem numeri partibus floris addit.*

2. *DI-*

2. *DIGYNIA.*

386. MOEHRINGIA *.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, patens, perſiſtens, foliolis lanceolatis.
Cor. tetrapetala patens. *Petala* ovata, indiviſa, calyce breviora.
Stam. *Filamenta* octo capillaria. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* globoſum. *Styli* duo erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ſubgloboſa, unilocularis, quadrivalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda, hinc convexa, inde angulata.
Obs. *Differt itaque a ſagina ſtylorum numero.*

387. CHRYSOSPLENIUM *. *Tournef.* 60.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, patens, coloratum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, oppoſitis anguſtioribus.
Cor. nulla: niſi *calycem* coloratum dicas.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, erecta, breviſſima, in receptaculo quadragono poſita. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* receptaculo immerſum, deſinens in *Stylos* duos, ſubulatos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* biroſtris, bipartita, unilocularis, bivalvis, calyce viridi cincta.
Sem. plurima, minima.
Obs. *Summa eſt cum* Saxifraga *affinitas*: *nulla tamen diſciplinæ lege utraque genera conjungere poſſum.*

388. GALENIA *. Sherardia *Pont.* epist. 14.

CAL. *Perianthium* minimum, quadrifidum, concavum: *laciniis* oblongis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* octo, capillaria, longitudine vix calycis. *Antheræ* didymæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, simplices, reflexi. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* subrotunda, bilocularis.
SEM. duo, oblonga, angulata.

3. *TRIGYNIA.*

389. PERSICARIA *. *Tournef.* 290.

CAL. nullus: nisi corollam dicas calycem.
COR. quinquepartita: *laciniis* ovatis, concavis, obtusis, erectis, alterne conniventibus, persistentibus.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Corolla* sub calycis forma semen involvit.
SEM. unicum, ovatum, compressum.
OBS. Stamina & Pistillum *quoad numerum in hoc genere, incerta sunt.*
Species aliæ quinque stamina *corollâ longiora cum* stylo *unico bifido habent.*
Aliæ sex stamina *corollâ breviora cum* stylis *duobus. Aliæ* stamina *octo.*
Aliæ Corollam quadrifidam: lacinia infima reflexa.

390. BISTORTA *. *Tournef.* 291.

Cal. nullus: nisi *corollam* habeas pro calyce.
Cor. *Petalum* unicum, basi angustius, imperforatum, *limbo* erecto, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, alterne conniventibus.
Stam. *Filamenta* octo, subulata, corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ, parvæ, incumbentes.
Pist. *Germen* triquetrum. *Styli* tres, filiformes, brevissimi. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Corolla* sub forma calycis semen involvit.
Sem. unicum, triquetrum, acutum.

391. POLYGONUM *. *Tournef.* 290.

Cal. nullus, nisi corollam velis, cui externe crassities viridis calycem mentiens, adnata est.
Cor. *Petalum* unicum, basi angustius, imperforatum, *limbo* patulum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, obtusis, persistentibus.
Stam. *Filamenta* octo, subulata, brevissima, *Antheræ* subrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germen* triquetrum. *Styli* tres, filiformes, brevissimi. *Stigmata* simplicia.
Per. nullum. *Corolla* rudis sub forma calycis semen involvens.
Sem. unicum, triquetrum, acutum.

392. HELXINE *. Fagopyrum *Tournef.* 290.

CAL. nullus, nisi corollam dicas calycem.
COR. *Petalum* quinquepartitum, erecto-patens, obtusum, persistens.
Nectarium granula octo, brevissima, colorata, ovata.
STAM. *Filamenta* octo, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, incumbentes.
PIST. *Germen* triquetrum. *Styli* tres, simplices, longitudine staminum. *Stigmata* capitata.
PER. nullum. *Corolla* emarcida semen amplectens.
SEM. unicum, triquetrum, acutum.

393. PAULLINIA †. Seriana *Plum.* 35. Cururu *Plum.* 35.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, patentibus, persistentibus.
COR. *Petala* quatuor, obverse ovata, oblonga, calyce duplo majora, patentia.
STAM. *Filamenta* octo, simplicia, brevia. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* turbinatum, triquetrum, obtusum. *Styli* tres, filiformes, breves. *Stigmata* simplicia, patentia.
PER. *Capsula* magna, triquetra, trilocularis, trivalvis.
SEM. solitaria, subovata.
OBS. Serianæ Pl. *Capsula semina ad basin gerit.*
Cururu Pl. *vero Capsula semina ad apicem.*

394. CARDIOSPERMUM *. Corindum *Tournef.* 246. Veſicaria *Riv.* IV: 144.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* obtuſis, concavis, *alternis* majoribus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor, obtuſa cum acumine, cum calycis foliolis majoribus alterna.
Nectarium quadrifolium, minimum, germen cingens: *foliolis* obtuſis cum acumine, duobus labium erectum, reliquis clauſum efformantibus, *unguibus* anguſtis.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, calyce vix longiora, *tria* tribus oppoſita, *reliquis duobus* in altero latere. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* triquetrum. *Styli* tres, breves. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ſubrotunda, triloba, inflata, trilocularis, apice dehiſcens.
Sem. ſolitaria, globoſa, baſi cicatrice cordatâ notata.

395. SAPINDUS †. *Tournef.* 440.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, patens: *foliolis* ſubovatis, planis, patentibus, coloratis, deciduis: duobus horum exterioribus.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, calyce minora.
Stam. *Filamenta* octo?
Pist. *Germen* triangulare. *Styli* tres, breves. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſulæ* tres, globoſæ, connatæ, inflatæ.
Sem. *Nux* globoſa.
Obs. *Raro perveniunt omnes tres capſulæ ad maturitatem: communiter duæ abortiunt, notante* Houſtono. *Videtur affinis* Paulliniæ & Cardioſpermo.

4. *TETRAGYNIA.*

396. PARIS *. Herba Paris *Tournef.* 117.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, acutis, corollæ circiter magnitudine, patentibus.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, plana, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, infra antheras brevia. *Antheræ* longæ, erectæ.
Pist. *Germen* rotundo-tetragonum. *Styli* quatuor, patentes, ſtaminibus breviores. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* globoſo-tetragona, quadrilocularis, calyci inſidens.
Sem. plura, gemino ordine incumbentia.
Obs. *Maxima eſt differentia characteris hujus generis in diverſis ſpeciebus.*
Paris trifolia *excludit unicam quartam partem numeri in ſingulis partibus fructificationis, & petalis gaudet ovatis, calyce majoribus; nec antheras lateri ſtaminum affingit.*

397. ADOXA *. Moſchatellina *Tournef.* 68.

Cal. *Perianthium* bifidum, planum, perſiſtens, infra germen.
Cor. monopetala, plana, quadrifida, *laciniis* ovatis, acutis, calyce longioribus.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum corollæ. *Styli* quatuor, ſimplices, erecti, longitudine ſtaminum, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* globoſa, inter calycem & corollam, calyce cum bacca inferne coalito, umbilicata, quadrilocularis.
Sem. ſolitaria, compreſſa.
Obs. *Talis eſt fructificatio* terminatrix; laterales *omnes addunt unicam quintam partem numeri, in nota nobis ſpecie.*

398. ELA-

398. ELATINE *. Potamopithys *Buxb.* A. R. Alſinaſtrum *Vaill.* B. P. 1. f. 6.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum : *foliolis* ſubrotundis, planis, magnitudine corollæ, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſa, ſeſſilia, patentia.
Stam. *Filamenta* octo, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* orbiculatum, globoſo-depreſſum, magnum. *Styli* quatuor, erecti, paralleli, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* orbiculata, globoſo-depreſſa, magna, quadrilocularis, quadrivalvis.
Sem. plura, lunulata, erecta, rotatim receptaculum cingentia.

5. *POLYGYNIA.*

399. MICHELIA. HM. 1: 19.

Cal. *Perianthium* octophyllum, deciduum: *foliolis* lanceolatis, obtuſis.
Cor. *Petala* octo, lanceolata, acuta, calyce minora.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* acutæ.
Pist. *Germina* numeroſa, in ſpicam digeſta. *Styli* nulli. *Stigmata* reflexa.
Per. *Baccæ* totidem, globoſæ, uniloculares, in racemum diſperſæ.
Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata.

Classis IX.

ENNEANDRIA

I. MONOGYNIA.

400. LAURUS *. *Tournef.* 367. Cinnamomum *Herm.* H. L. B. 656. *Burm.* zeyl. 28: 1. Camphora *Gronov.* Diss. Persea *Plum.* 20. Borbonia *Plum.* 2. Benzoë *Boerh.* Sassafras *Off.*

CAL. nullus: nisi corollam rectius calycem diceres.

COR. *Petala* sex, ovato-acuminata, concava, erecta, *alterna* exteriora.

Nectarium constans tuberculis tribus, acuminatis, coloratis, in duas setas desinentibus, germen circumstantibus.

STAM. *Filamenta* novem, corollâ breviora, compressa, obtusa, terna in singulo ordine. *Antheræ* margini filamentorum superne utrinque adnatæ.

Corpuscula duo, globosa, petiolo brevissimo singulo filamento intimi ordinis prope basin affixa.

PIST. *Germen* subovatum. *Stylus* simplex, æqualis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, obliquum.

PER. *Drupa* ovalis, acuminata, unilocularis, corollâ comprehensa.

SEM. *Nux* ovato-acuminata. *Nucleus* ejusdem formæ.

OBS. *Maxima specierum pars unà cum* Cinnamomo & Camphora *hermaphrodita est: in nonnullis tamen Mares seorsim in* diœcia *prodeunt, ut in* Lauro *Tournef ubi etiam sæpius stamina octo ad quatuordecim; corolla quadripartita, nuda.*

Corpuscula filamentis quibusdam adnexa, essentialem præbent characterem.

2. *TRI-*

2. *TRIGYNIA.*

401. RHEUM *. Rhabarbarum *Tournef.* 18.

Cal. nullus: nisi spathas vagas partiales velis.
Cor. monopetala, basi angustata, impervia, limbo sexfida; *laciniis* obtusis, *alternis* minoribus.
Stam. *Filamenta* novem, capillaria, corollæ inserta, ejusdemque longitudine. *Antheræ* didymæ, oblongæ, obtusæ.
Pist. *Germen* breve, triquetrum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria, reflexa, plumosa.
Per. nullum.
Sem. unicum, magnum, triquetrum, acutum, *marginibus* membranis cinctis.
Obs. *Genus hocce licet ad* Rumicem *proxime accedat, ab eo tamen distinctissimum esse, ex dictis patet.*

402. SPONDIAS †. Monbin *Plum.* 22.

Cal. *Perianthium* monophyllum, planum, quinquedentatum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, ovata, plana, patentia.
Stam. *Filamenta* novem, quorum quinque in orbem posita, tria reliqua æqualia, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* tria, obtusa, persistentia.
Per. *Bacca* ovata . . .
Sem. *Nuces* quatuor in quolibet loculo pericarpii.

3. *HEXAGYNIA.*

403 BUTOMUS *. *Tournef.* 143.

CAL. *Involucrum* commune, triphyllum, breve. *Umbella* ſimplex.

COR. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, marceſcentia, *alterna* exteriora, minora, acutiora.

STAM. *Filamenta* novem, ſubulata, quorum ſex exteriora. *Antheræ* bilamellatæ.

PIST. *Germina* ſex, oblonga, acuminata, in *Stylos* deſinentia. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſulæ* ſex, oblongæ, ſenſim attenuatæ, erectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.

SEM. plurima, oblongo-cylindracea, utrinque obtuſa.

Claſs

Classis. X.

DECANDRIA.

I. MONOGYNIA.

404. SOPHORA *. Ervi species *Dill.* elth. 112. f. 136.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breve, campanulatum, basi superne gibbum: *ore* quinquedentato, obliquo, obtuso.
Cor. papilionacea, pentapetala, cujus
Vexillum oblongum, sensim latius, rectum, lateribus reflexis.
Alæ duæ, oblongæ, longitudine vexilli, basi appendiculatæ.
Carina dipetala, petalis alis conformibus, marginibus inferioribus approximatis, navicularis.
Stam. *Filamenta* decem, distincta, parallela, subulata, longitudine corollæ, in carina recondita. *Antheræ* minimæ, assurgentes.
Pist. *Germen* oblongum, teres. *Stylus* magnitudine & situ staminum. *Stigma* obtusum.
Per *Legumen* longissimum, tenue, uniloculare, ad semina nodosum.
Sem. plurima, subrotunda.
Obs. *In omnibus cum Papilionaceis & Diadelphiis convenit, præterquam quod Filamentis, distinctis & separatis gaudeat.*

405. CERCIS *. Siliquaſtrum *Tournef.* 414. *Riv.* V. 117.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, campanulatum, inferne gibbum, melliferum: *ore* quinquedentato, erecto, obtuſo.
Cor. pentapetala, calyci inſerta, corollam papilionaceam mentiens: ſcilicet
Alæ. petala duo, ſurſum flexa, unguibus longis affixa.
Vexillum. petalum unicum, ſubrotundum, unguiculatum, ſub alis quibus brevius.
Carina. petala duo, conniventia in cordatam figuram, includentia genitalia, unguibus affixa.
Nectarium glandula ſtyliformis ſub germine.
Stam. *Filamenta* decem, diſtincta, ſubulata, declinata, quorum quatuor longiora, tecta. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.
Pist. *Germen* lineari-lanceolatum, ſtylo tenui inſidens. *Stylus* longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* obtuſum, aſſurgens.
Per. *Legumen* oblongum, oblique acuminatum, uniloculare.
Sem. nonnulla, ſubrotunda, ſuturæ ſuperiori annexa.
Obs. *Hinc in claſſe naturali ad Papilionaceos vel Diadelphias non referri debet.*

406. BAUHINIA *. *Plum.* 13. vide H. M. I. 32. 33. 34.

Cal. *Perianthium* oblongum, longitudinaliter latere inferiore dehiſcens, hinc reclinatum; baſi quinquefariam quoque dehiſcens, ſuperne cohærentibus quinque foliolis, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, undulata, apicibus attenuatis reflexis, reflexo-patentia; inferiora paulo majora, unguibus longitudine calycis inſidentia.
Stam. *Filamenta* decem, quorum novem ſuperiora connata in cylindrum deorſum dehiſcentem, corolla breviora; decimum infimum, longiſſimum. *Antheræ* ovatæ, in decimo ſemper, rarius in reliquis.
Pist. *Germen* oblongum, pedicello inſidens. *Stylus* filiformis, declinatus. *Stigma* obtuſum, aſſurgens.
Per. *Legumen* longum, ſubteres, uniloculare.
Sem. multa, ſubrotunda, compreſſa, ſecundum longitudinem leguminis poſita.
Obs. *Vidi ſpeciem e Malabaria, cui 9. ſuperiora ſtamina minime coalita erant. Definitio data e ſpecie unica Americana deſumpta eſt; proin examinandæ ſunt reliquæ ſpecies omnes, antequam Diadelphis aſſocietur hoc genus.*

407. PAR-

407. PARKINSONIA. *Plum.* 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, patens, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, fere æqualia, in orbem posita, calyce majora, quorum *superiora quatuor* ovata, *infimum* vero reniforme.
Stam. *Filamenta* decem, declinata. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* teres, longum, declinatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* obtusum, assurgens.
Per. *Legumen* longissimum, teres, torosum ad semina, unde moniliforme, acuminatum.
Sem. plura, intra singulum articulum leguminis singula.

408. CASSIA *. *Tournef.* 392. Senna *Tournef.* 390. *Riv.* V. 14. Chamæcrista *Riv.* V: 118.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, laxum, concavum, coloratum, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, *inferiora* magis distantia, patentiora, majora.
Stam. *Filamenta* decem, declinata, *tria inferiora* longiora, *tria superiora* breviora. *Antheræ* inferiores tres maximæ, arcuatæ, rostratæ, apice dehiscentes. laterales quatuor absque rostro, dehiscentes. supremæ tres minimæ, vix fœcundæ.
Pist. *Germen* teretiusculum, longum, pedunculatum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* obtusum, assurgens.
Per. *Legumen* oblongum, dissepimentis transversis.
Sem. plura, subrotunda, margini valvarum superiori affixa.
Obs. *In plura distribuerunt genus hocce Botanici. E. G.*
Cassiæ *Legumen oblongum, dissepimentis integris.*
Sennæ *Legumen gibbum, inflexum.*

409. POINCIANA †. *Tournef.* 391.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, laxum, oblongum, concavum, deciduum: *Foliolo* infimo longiore, declinato.
COR. pentapetala, inæqualis. *Petala* quatuor, ſubrotunda, ferme æqualia; *quintum* infimum, majus, difforme, crenatum.
STAM. *Filamenta* decem, ſetacea, omnium longiſſima, declinata. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubulatum, declinatum, longius, deſinens in *Stylum*, longitudine ſtaminum. *Stigma* acuminatum.
PER. *Legumen* compreſſum, oblongum, diſſepimentis quaſi tranſverſalibus.
SEM. ſolitaria, ſecundum longitudinem leguminis.

410. GUAIACUM †. *Plum.* 17.

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavum, deciduum, quinquefidum: *laciniis* ovato-oblongis.
COR. *Petala* quinque, ovato-oblonga, concava, patentia, calyci inſerta: ſuperiora minora.
STAM. *Filamenta* decem, erecta, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Stylus* filiformis, rectus, longus. *Germen* ovato-acuminatum. *Stigma* tenue, ſimplex.
PER. *Drupa* ſubrotunda, oblique acuminata, hinc ſulco exarata.
SEM. *Nuces* ovatæ, pulpâ veſtitæ.

411. ANA-

411. ANACARDIUM †. Acajou *Tournef.* 435.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, acuminatum, deciduum.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus; *laciniis* quinque, lanceolatis, reflexis, calyce longioribus.
Stam. *Filamenta* decem, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, inflexus, longitudine corollæ. *Stigma* acutum.
Per nullum. *Receptaculum* carnoſum, maximum, ovato-turbinatum.
Sem. *Nux* reniformis, magna, ad apicem receptaculi poſita.

412. DICTAMNUS *. Fraxinella *Tournef.* 243. *Riv.* V. 134. 145.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, minimum, deciduum: *foliolis* oblongis acuminatis.
Cor. *Petala* quinque, ovato-lanceolata, acuminata, unguiculata, inæqualia, quorum *tria* ſurſum flexa, *duo* oblique ad latera poſita.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ, inter duo petala lateralia declinata, inæqualia. *Antheræ* quadragonæ, aſſurgentes.
Pist. *Germen* quinquangulare. *Stylus* ſimplex, brevis, declinatus, incurvus. *Stigma* acutum, aſſurgens.
Per. *Capſulæ* quinque, margine introrſum coalitæ, compreſſæ, acuminatæ, apicibus diſtantibus, bivalves.
Sem. plurima, turbinata.

413. TOLUIFERA †. *Roy.* lugdb.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum ſubæquale: angulo unico remotiore.
COR. *Petala* quinque receptaculo inſerta: quorum Quatuor æqualia linearia, calyce paulo longiora.
Quintum duplo majus, obverſe cordatum, ungue longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* decem breviſſima. *Antheræ* calyce longiores.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* acutum.
PER. . . .
SEM. . . .

414. MONOTROPA*. Orobanchoides *Tournef.* A. G. 170. Hypopitys *Dill.* gen. 7.

CAL. nullus: niſi *petala* quinque exteriora pro calyce habeas.
COR. *Petala* decem, oblonga, parallelo-erecta, apicibus ſerratis, decidua, quorum *alterna exteriora* baſi ſunt gibba, introrſum concava mellifera.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ſubrotundum, acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſo-capitatum.
PER. *Capſula* ovata, pentagona, obtuſa, quinquevalvis.
SEM. numeroſa, paleacea.
OBS. *Talis eſt flos terminatrix; ſi vero flores laterales adſint, excludunt unicam quintam partem numeri, in omni fructificationis parte.*

415. ZYGOPHYLLUM *. Fabago *Tournef.* 135.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis, erectis.
Cor. *Petala* quinque, sensim latiora, obtusa, emarginata, calyce paulo longiora.
Nectarium decaphyllum, connivens, germen includens: foliolo ceu squama singulo filamento juxta basin adnato, acuminato, connivens.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum, basi attenuatum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* ovata, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, dissepimentis ipsis valvulis adhærentibus.
Sem. plura, subrotunda, compressa.
Obs. Pericarpii figura *in diversis diversa occurrit.*
Species datur quæ quintam numeri partem excludit.

416. ADENANTHERA *. vide *HM.* VI. 14. *Roy. lugdb. p.* 462.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, minimum.
Cor. pentapetala, campanulata. *Petala* lanceolata, sessilia, introrsum convexa, subtus concava.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, erecta, corollâ paulo breviora. *Antheræ* subrotundæ, incumbentes, apice exteriore glandulam globosam ferentes.
Pist. *Germen* oblongum, deorsum gibbum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. *Legumen* longum, compressum.
Sem. plurima subrotunda.

417. HÆ-

1
342 417. HÆMATOXYLUM †. *Campecia* Sloan. hist. 2. t. 20. & 2. t. x. Authore D. *Gronovio.*

CAL. *Perianthium* qninquepartitum, *laciniis* ovatis, persistentibus.
COR. *Petala* quinque, ovata, æqualia, calyce paulo majora.
STAM. *Filamenta* decem, subulata, corollâ fere longiora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, emarginatum.
PER. *Capsula* lanceolata, obtusa, unilocularis, bivalvis; *valvis* navicularibus.
SEM. nonnulla, oblonga, compressa.

1 418. MELIA *. Azedarach *Tournef.* 387.
127

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquefidum, erectum, obtusum.
COR. *Petala* quinque, lineari-lanceolata, patentia, longa. *Nectarium* cylindraceum, monophyllum, longitudine corollæ, *ore* decemdentato.
STAM. *Filamenta* decem, minima, intra apicem nectarii inserta. *Antheræ* nectarium non superantes.
PIST. *Germen* conicum. *Stylus* cylindraceus, longitudine nectarii. *Stigma* obtusum, emarginatum.
PER. *Drupa* globosa, mollis.
SEM. *Nux* subrotunda, quinque sulcis exarata, quinquelocularis.
Nucleus in singulo loculo unicus, oblongus.

419. TRI-

419. TRIBULUS *. *Tournef.* 141.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, corollâ paulo brevius.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtusa, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, minima. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum; longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum.
Per. subrotundum, aculeatum, constans *capsulis* quinque, hinc gibbis, mucronibus tribus quaternisve armatis, inde angulatis, conniventibus.
Sem. plura, turbinata, oblonga.

420. NEURADA *. Tribulastrum *Authore Cl. B: Jussieu.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, germini insidens, minimum.
Cor. *Petala* quinque, æqualia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* decem, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* gibbum; sub receptaculo floris. *Styli* decem, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* orbiculata, depressa, subtus convexa, undique aculeis adscendentibus munita, decem locularis.
Sem. solitaria.

421. FAGONIA *. *Tournef.* 141.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, patulis, minimis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, cordata, patentia: *unguibus* longis, tenuibus, calyci infertis.
STAM. *Filamenta* decem, subulata, erecta, calyce longiora. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* pentangulare. *Stylus* subulatus. *Stigma* simplex.
PER. *Capsula* rotundo-acuminata, quinquelocularis, quinquelobata, decemvalvis, loculis compressis.
SEM. solitaria, subrotunda.

422. JUSSIEUA. vide H. M. II: 51.

CAL. *Perianthium* quinquefidum, germini insidens, parvum: *foliolis* ovato-acutis, persistentibus.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, patentia.
STAM. *Filamenta* decem, filiformia, brevissima. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* oblongum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum, planum, striis quinque notatum.
PER. oblongum, crassiusculum, coronatum, longitudinaliter dehiscens.
SEM. plurima, per series disposita.

423. FRANKENIA. Franca *Mich.* 22.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum, persistens: *ore* quinquedentatum.
Cor. *Petala* quinque: *unguibus* angustis, longitudine calycis. *Limbus* planus: *bracteis* subrotundis, planis, patentibus.
Stam. *Filamenta* decem, tubo longiora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* tripartitum.
Per. *Capsula* ovalis, calyce tecta, unilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovata, minima.

424. CLETHRA †. *Gronov. Virg.* 43.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erectis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, extrorsum latiora, erecto-patentia, calyce paulo longiora.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongo-erectæ, apice dehiscentes.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, erectus, persistens, increscens. *Stigma* trifidum.
Per. *Capsula* subrotunda, calyce obvoluta, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, angulata.

425. PYROLA *. *Tournef.* 134. *Riv.* V. 146-154.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, minimum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* nutantes, magnæ, sursum bicornes.
Pist. *Germen* subrotundum, angulatum. *Stylus* filiformis, staminibus longior, persistens. *Stigma* crassiusculum.
Per. *Capsula* subrotunda, depressa, pentagona, quinquelocularis, angulis dehiscens.
Sem. numerosa, paleacea.
Obs. Stamina & Stylus *in aliis erecta, in aliis ad latus declinata sunt.*
Stigmatis *figura in diversis speciebus diversa est.*

426. ANDROMEDA *. Ledum *Mich.* 106. Chamædaphne *Buxb.* A. R. Poliifolia *Buxb.* A. R. Ericæ species *Tournef.* 373. B. Chamærhododendros *Tournef.* 273.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, minimum, coloratum, persistens.
Cor. monopetala, ovata, vel campanulata, inflata, quinquefida; *laciniis* reflexis.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, corollâ breviora, vix corollæ affixa. *Antheræ* bicornes, nutantes.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* cylindraceus, staminibus longior, persistens. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* subrotunda, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, angulis dehiscens.
Sem. plurima, subrotunda, nitida.
Obs. Corollæ figura *varia est. Numero staminum ab* Erica *differt.*

327. AR-

427. ARBUTUS *. *Tournef.* 368. Uva Ursi *Tournef.* 370.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, obtusum, minimum, persistens, infra germen.
Cor. monopetala, ovata, basi planiuscula, *ore* quinquefido: *laciniis* obtusis, revolutis, parvis.
Stam. *Filamenta* decem, subulato-ventricosa, basi tenuissima, margini baseos corollæ affixa, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* leviter bifidæ, nutantes.
Pist. *Germen* subglobosum, receptaculo decem punctis notato insidens. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, obtusum.
Per. *Bacca* subrotunda, quinquelocularis.
Sem. parva, ossea.
Obs. *Ad* Vaccinium *proxime accedit, a quo situ receptaculi floris vere distinguitur.*

428. LEDUM *.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum.
Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, patentia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* subrotunda, quinquelocularis, quinquefariam basi dehiscens.
Sem. numerosa, oblonga, angusta, utrinque acuta, tenuissima.

429. MELASTOMA †. *Burm.* zeyl. 72. 1. Acinodendron *edit. prior.* 363. vide H. M. IV. 42.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, vix dentatum, obtusum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, margini calycis inserta.
Stam. *Filamenta* decem, calyci inserta, brevia. *Antheræ* longæ, subcurvæ, erectæ.
Pist. *Germen* subrotundum, sub receptaculo floris. *Stylus* emarginatum, incurvum.
Per. *Baccca* quinquelocularis, calyce obvoluta, subrotunda, coronata margine cylindraceo.
Sem. plurima, nidulantia.

2. *DIGYNIA.*

430. DIANTHUS *. Caryophyllus *Malp.* 124. *Tournef.* 174. *Pont.* 5: 25. Tunica *Dill.* elth. 298.

Cal. *Perianthium* cylindraceum, longum, striatum, persistens, *ore* erecto, quinquedentato; cinctum basi squamulis quatuor, quarum duæ inferiores.
Cor. *Petala* quinque: *ungues* longitudine calycis, angusti, receptaculo inserti. *Limbus* planus: *bracteis* extrorsum latioribus, obtusis, crenatis.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, longitudine calycis, *apicibus* patulis. *Antheræ* ovali-oblongæ, compressæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovale. *Styli* duo, subulati, staminibus longiores. *Stigmata* recurva, acuminata.
Per. *Capsula* cylindracea, tecta, unilocularis, quadrifariam apice dehiscens.
Sem. plurima, compressa, subrotunda. *Receptaculum* liberum, quadragonum, pericarpio dimidio brevius.
Obs. *In aliis* Styli *longitudinem staminum vix excedunt, in aliis vero longissimi sunt, sed adeo revoluti, ut floris inflexio necessaria non sit.*

431. SA-

431. SAPONARIA *. Spergulæ ſpecies *Dill.* elth. 276.

Cal. *Perianthium* monophyllum, oblongum, quinquefidum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque: *ungues* anguſti, angulati, longitudine calycis. *Limbus* planus: *bracteis* extrorſum latioribus, obtuſis.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine tubi corollæ, *alterna* unguibus petalorum inſerta, *quinque* ſeriora. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, incumbentes.
Pist. *Germen* teretiuſculum. *Styli* duo, recti, paralleli, longitudine ſtaminum. *Stigmata* acuta.
Per. *Capſula* longitudine vix calycis, tecta, unilocularis, figurâ germinis.
Sem. plurima, parva. *Receptaculum* liberum.
Obs. Germen *in aliis oblongum*, *in aliis fere globoſum.* Calyx *in aliis quinquedentatus*, *in aliis quinquepartitus.*

432. SCLERANTHUS *. Knawel *Dill.* gen. 3. Alchimillæ ſpecies *Vaill.* B. P. 1. f. 5.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſemiquinquefidum, acutum, perſiſtens.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, minima, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, erecti, capillares, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovata, tenuiſſima, in fundo calycis collo clauſi.
Sem. duo, hinc convexa, inde plana.

433. MITELLA *. *Tournef.* 126.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum.
Cor. *Petala* quinque, patentia, calyce paulo longiora, oblonga; *unguibus* anguſtis, calyci inſertis.
Stam. *Filamenta* decem, ſuperne latiora, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ.
Pist. *Germina* duo, ovato-acuminata, parallela, conniventia, introrſum dehiſcentia, deſinentia in *Stylos* inæquales. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* globoſa cum acumine, unilocularis, bivalvis, inter valvulas dehiſcens.
Sem. plurima, ſubrotundo-oblonga.
Obs. *In aliis* petala *integra ſunt, in aliis verò multifida.*

434. SAXIFRAGA *. *Tournef.* 129. Geum *Tournef.* 129.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, breve, acutum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, plana, calyce longiora, baſi anguſta.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, *alterna* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundo-acuminatum, deſinens in *Stylos* duos, breves. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* ſubovata, biroſtris, unilocularis, inter apices dehiſcens.
Sem. numeroſa, minuta.
Obs. Saxifragiæ *Tournef. Capſula & Germen receptaculo floris cinctum.*
Gei *Tournef. Capſula & Germen receptaculo floris inſidens.*

435. HYDRANGEA †. *authore* Cl. Gronovio.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, persistens, parvum.
Cor. *Petala* quinque, æqualia, subrotunda, calyce majora.
Stam. *Filamenta* decem, corollâ longiora, horum alterna longiora. *Antheræ* subrotundæ, didymæ.
Pist. *Germen* subrotundum, sub receptaculo floris. *Styli* duo, breves, distantes. *Stigmata* obtusa, persistentia.
Per. *Capsula* subrotunda, didyma, stylo duplici birostris, nervis plurimis angulata, calyce coronata, dissepimento transverso bilocularis; foramine intra cornua dehiscens.
Sem. numerosa, angulata, acuminata, minima.

436. ROYENA *. Staphylodendri species H. A. I. 187. *Herm.* P. B. 232.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, persistens, *ore* obtuse quinquedentato.
Cor. monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* patens, reflexus, quinquepartitus, *laciniis* ovatis.
Stam. *Filamenta* decem, brevissima, corollæ adnata. *Antheræ* oblongæ, acutæ, didymæ, erectæ, longitudine tubi.
Pist. *Germen* ovatum, villosum, desinens in *Stylos* duos, staminibus paulo longiores. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsula* ovata, quadrisulca, unilocularis, quadrivalvis.
Sem. *Nuces* quatuor, oblongæ, triangulares, calyptrâ obvolutæ.

3. *TRIGYNIA.*

437. MALPIGHIA †. *Plum.* 36.

Cal. *Perianthium* quinquedentatum, concavum, minimum, perſiſtens.
Glandula mellifera, calloſa, ſingulis calycis ſinubus retroflexis ſubjecta.
Cor. *Petala* quinque, reniformia, magna, concava: *unguibus* longis, linearibus.
Stam. *Filamenta* decem, latiuſcula, erecta, in cylindrum poſita, parva. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum, minimum. *Styli* tres, erecti, breves. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Bacca* globoſa, puculata, magna, unilocularis.
Sem. tria, oſſea, oblonga, obtuſa, angulata: *Nucleo* oblongo, obtuſo.

438. BANNISTERIA †. *Houſt.* A. A. Clematis ſpec. *Plum.* rar. 92.

Cal. *Perianthium* minimum, ſubtus tuberculis rigidum, minimum, perſiſtens.
Glandulæ melliferæ binæ ſub ſingula (excepta unica, adeoque numero octo) calycis lacinia.
Cor. *Petala* quinque, orbiculata, maxima, patentia, crenata, unguibus oblongis, linearibus.
Stam. *Filamenta* decem? minima. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* tria, alata, coalita. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* obtuſa.
Per. tria, in alam longam excurrentia, unilocularia, ad latera appendiculis parvis notata, non dehiſcentia.
Sem. ſolitaria, tecta, margine laterali dentata.
Obs. *Affinitatem cum Malpighia docet flos, præcipue autem calycis glandulæ.*

439. TRI-

439. TRIOPTERIS*.

1
343

Cal. *Perianthium* minimum, quinquepartitum, persistens.
Cor. *Petala* sex, ovata, erecto-patula, æqualia, persistentia: quibus *tria* alia minora æqualia inter se, circumstant.
Stam. extra petala posita, receptaculo adnata. *Filamenta* decem, capillaria, quorum *exteriora* breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* trifidum. *Styli* tres, simplices, erecti. *Stigmata* obtusa.
Per. nullum.
Sem. tria, erecta, dorso carinulata, *singula* aucta externe basi unica, & apice duplici alâ patente: quæ alæ antea minores pro petalis habitæ fuere.
Obs. *Petala a me dicta, vera petala non sunt, sed germinis alæ: cum stamina extra has posita sint, eo tamen nomine ea indigitare placuit, ut Tyrones eo melius Genus hoc dignoscerent, cum alæ istæ petala exacte repræsentent.*

440. GARIDELLA*. *Tournef.* 430.

1
131

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, erectum, oblongum, parvum, obsoletum, acuminatum.
Cor. *Petala* nulla.
Nectaria quinque, longa, æqualia, bilabiata: *Labio exteriore* inferiore, bifido, plano: *laciniis* longis, linearibus, obtusis.
L. interiore superiore, breviore, simplici.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* erectæ, obtusæ.
Pist. *Germina* tria, oblonga, compressa, erecta, acuminata. *Styli* vix ulli. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsulæ* tres, oblongæ, acuminatæ, compressæ, bivalves: sutura interiore convexiore.
Sem. plura, brevia.
Obs. *Garidella ad* Nigellam *proxime accedit.*

441. CHERLERIA. *Hall.* it. helv. 1.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, æqualibus.
COR. Petala nulla, ni calycem vel nectaria velis.
Nectaria quinque, ſubrotunda, emarginata, in orbem poſita, minima.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, quorum alterna nectario affixa. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* tres, repandi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* evata, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, hinc convexa, inde angulata.
OBS. *Nectaria* indicant affinitatem cum Sedis. Si vero fructus ſimplex ſit, a Sedo longius recedit, Lychnidibus affinis.

442. DRYPIS. *Mich.* 23.

CAL. *Perianthium* monophyllum, inflatum, *ore* quinquedentato, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque: *ungues* longitudine calycis, anguſti.
Limbus planus: *bracteis* bipartitis: *laciniis* linearibus, obtuſis.
STAM. *Filamenta* decem, longitudine ferme corollæ. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* globoſum. *Styli* tres, ſimplices, patuli. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* globoſa, tecta, unilocularis, parva.
SEM. unicum, reniforme.

443. CU-

443. CUCUBALUS *. *Tournef.* 179. *Pont.* 12: 18. Behen *Malp.* 125. 178.

Cal. *Perianthium* monophyllum, inflatum, ſubgloboſum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque: *unguibus* longitudine calycis. *Limbus* planus: *bracteis* bifidis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, *alterna* ſeriora, *alterna* unguibus petali inſerta. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres vel quinque, ſtaminibus longiores, ſubulati. *Stigmata* pubeſcentia, oblonga, contra ſolem flexa.
Per. *Capſula* ſubrotunda, parva, acuminata.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Obs. *Calycis figura eſſentialis eſt: reliqua magis inconſtantia ſunt. E. G.*
Cucubali *Capſula nigra*, *baccam mentiens.*
Behen *Rupp. Capſula trilocularis*, *membranacea.*
Species *alia diocia*, *pentagyna.*

444. SILENE *. Viſcago *Dill.* elth. 309. &c.

Cal. *Perianthium* monophyllum, clavæforme, leve, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque; *ungues* anguſti, longitudine calycis, marginibus auctis. *Limbus* planus, obtuſus, emarginatus. *Nectarium* componitur e duobus denticulis, in collo cujuſcunque petali.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, *alterna* unguibus petalorum inſerta, ſeriora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* cylindraceum. *Styli* tres vel quinque, ſimplices, ſtaminibus longiores. *Stigmata* contra ſolem flexa.
Per. *Germen* cylindraceum, tectum, in tot, quod ſtyli, loculamenta diviſum, apice quinquefariam dehiſcens.
Sem. plurima, reniformia.

445. ALSINE*. *Tournef.* 126.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, concavis, acutis, patentibus, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, bipartita, *laciniis* modò unguibus connexis, plana, oblonga, marcescentia.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, corollâ breviora, *alterna* breviora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Styli* tres, capillares, patentes. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsula* ovata, tecta, unilocularis, sexvalvis.
Sem. plurima, subrotunda, compressa.
Obs *Quædam species luxuriat* Stylis *quinque*, *alia* Filamenta *facillime dejicit*, *ut vix numerari queant.*

446. ARENARIA *. Alsines species *Tournef.* 126. *Vaill.* B. P. 2. f. 3.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, patentibus, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, calyce fermè breviora, marcescentia.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, *alterna* interiora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist *Germen* ovatum. *Styli* tres, erecto-reflexi. *Stigmata* crassiuscula.
Per. *Capsula* ovata, tecta, unilocularis, apice quinquefariam dehiscens.
Sem. plurima, reniformia.

4. *PEN-*

4. *PENTAGYNIA.*

447. SPERGULA *. *Dill.* gen. 7.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis, patentibus, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia, calyce majora, marcescentia.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, erecto-reflexi, filiformes. *Stigmata* crassiuscula.
Per. *Capsula* ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.
Sem. plurima, depresso-globosa, *margine* emarginato cincta.

448. CERASTIUM *. Myosotis *Tournef.* 126. *Vaill.* B. P. 30. f. 1-5.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, acutis, patentibus, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, bifida, obtusa, erecto-patentia, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* decem, filiformia, corollâ breviora, *alterna* breviora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, capillares, erecti, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.
Per. *Capsula* ovato-cylindracea, longissima, obtusa, incurvata, semi-tecta, unilocularis, dehiscens apice quinquedentato.
Sem. plurima, subrotunda.
Obs. *Species est quæ in defectu variat staminibus quinque.*

449. AGROSTEMA *. Lychnidis ſpecies *Tournef.* 175. T.

CAL. *Perianthium* monophyllum. *Tubus* ovato-oblongus, coriaceus, decem ſtriis inſtructus. *Limbus* longitudine corollæ, quinquepartitus: *laciniis* tenuibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque: *ungues* longitudine tubi calycis. *Limbus* patens, obtuſus, calyce ferè brevior.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, *alterna* ſeriora, ſingulo ungui petalorum inſeritur ſingulum. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* oblongo-ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima, reniformia, punctata. *Receptacula* libera, tot quot ſemina, interiora gradatim longiora.

450. CORONARIA *. Lychnidis ſpecies *Tournef.* 175. C.

CAL. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, quinquangulare, quinquedentatum, perſiſtens: angulis minoribus interjectis.
COR. *Petala* quinque: *ungues* longitudine calycis, margine aucti.
Limbus planus, *bracteis* cordatis.
Nectarium componitur e duobus denticulis in ſinguli petali collo enatis.
STAM *Filamenta* decem, longitudine tubi corollæ, *alterna* ſeriora, ſingulo ungui petalorum ſingulum inſidens. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* ſubcylindraceum. *Styli* quinque, diſtantes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* cylindracea, unilocularis, apice dehiſcens.
SEM. plurima, ſubrotunda.

451. LYCHNIS*. *Tournef.* 175. A. B. K. L. M.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, inflatum, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque: *ungues* longitudine calycis, plani, membranis aucti.
Limbus planus: *bracteis* quadrifidis, bifidiſve.
Nectarium componitur e duobus denticulis in ſinguli petali collo enatis.
STAM. *Filamenta* decem, ſetoſa, calyce longiora, *alterna* ſeriora, ſingulo ungui petalorum unicum affixum. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Styli* quinque, ſubulati, ſtaminibus longiores. *Stigmata* reflexa contra ſolem, pubeſcentia.
PER. *Capſula* ad ovatam figuram accedens, tecta, unilocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima, rotundiuſcula.

452. AVERRHOA †. vide H. M. III: 47. 48.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, erectum, parvum: *foliolis* lanceolatis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, lanceolata, inferiori parte ſurrecta, ſuperiori patentia.
STAM. *Filamenta* decem, ſetacea, alterna longitudine corollæ, alterna breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* oblongum, obſolete pentagonum. *Styli* quinque, ſetacei, erecti. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Pomum* turbinatum, obtuſe pentagonum, quinqueloculare.
SEM. angulata, membranis diſtincta.

1
134

453. OXALIS *. Oxys *Tournef.* 19. Oxyoides *Garc.* A. A. 1730. N. 415. t. 2.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, breviſſimum, perſiſtens.
Cor. quinquepartita, unguibus cohærens, erecta, obtuſa, emarginata.
Stam. *Filamenta* decem, capillaria, erecta, *exteriora* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, ſulcatæ.
Pist. *Germen* quinquangulare. *Styli* quinque, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſula* pentagona, quinquelocularis, angulis dehiſcens longitudinaliter.
Sem. ſubrotunda, proſilientia.
Obs. Capſula *in aliis brevis, ſeminibus ſolitariis, in aliis longa ſeminibus plurimis.*
Geranii affinis eſt.

1
136

454. COTYLEDON *. *Dill.* elth. 95. *Tournef.* 19. *Boerh.* I: 288.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, acutum, minimum.
Cor. *Petalum* campanulato-tubulatum, ſemiquinquefidum: *laciniis* revolutis.
Nectarium componitur e ſquamulis concavis, ad baſin ſinguli germinis ſingulis.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, recta, longitudine corollæ. *Antheræ* erectæ, quadriſulcæ.
Pist. *Germina* quinque, oblonga, craſſiuſcula, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, ſtaminibus longiores. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſulæ* quinque, oblongæ, ventricoſæ, acuminatæ, univalves, longitudinaliter introrſum dehiſcentes.
Sem. plurima, parva.
Obs. *in ſpecie Boerh. l. c. unica quinta pars numeri, in ſingulis fructificationis partibus, excluditur.*

455. SE-

455. SEDUM *. *Tournef.* 140. A. B. G. H. K. M. Anacampſeros *Tournef.*

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, acuminata, plana, patentia.
Nectaria quinque: *ſingulum* ſquamula minima emarginata ſingulo germini ad baſin extrorſum inſerta.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germina* quinque, oblonga, deſinentia in *Stylos* corollâ breviores. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulæ* quinque, erecto-patentes, acuminatæ, compreſſæ, verſus baſin emarginatæ, longitudinaliter ſurſum-introrſum dehiſcentes.
Sem. plurima, minima.
Obs. Eſſentialis character *conſiſtit in Nectario*: *proin* Cotyledon, Craſſula, Sempervivum, Rhodiola, Tillæa *ſub eodem genere comprehendi deberent*; *Naturæ itaque placuit in ſucculentis ampliſſimas conſtituere familias*; *uti* Cacti, Meſembryanthemi, Euphorbiæ, Sedi, Alöes.

456. HUGONIA. vide H. M. II: 19.

Cal. *Perianthium* quinquefidum, anguſtum, acutum, parvum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, magna, patentia.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, capillares. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* globoſa, calyci inſidens.
Sem. unicum, durum, ſtriatum.

457. PENTHORUM †. *Gronov.* Virg: 51.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, æquale, acutum, minimum, persistens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* decem, setacea, æqualia, calyce duplo longiora, persistentia. *Antheræ* subrotundæ, deciduæ.
PIST. *Germen* quinquepartitum, desinens in *Stylos* quinque, conicos, erectos, longitudine staminum *Stigmata* obtusa.
PER. *Capsula* simplex, quinquesida, angulis conicis distantibus, quinquelocularis.
SEM. numerosa, minima, parum compressa.

458. CORIARIA *. *Nissol.* A. G. 1711. t. 12. *Dill.* gen. 12.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, brevissimum: *foliolis* subovatis, concavis.
COR. *Petala* quinque, simillima calyci.
STAM. *Filamenta* decem, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germina* quinque, compressa, introrsum coalita. *Styli* totidem, setacei, longi. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum. *Petala* quinque, carnosa, ovato-lanceolata, triquetra, altero angulo introrsum spectantia tegunt semina.
SEM. quinque, reniformia.

5. *DECAGYNIA.*

459. PHYTOLACCA*. *Tournef.* 154.

Cal. nullus: nisi corollam calycem coloratum dicas.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, patentia, apice inflexa, persistentia.
Stam. *Filamenta* decem, subulata, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, laterales.
Pist. *Germen* orbiculatum, depressum, decem lobis externe divisum, desinens in *Stylos* decem, brevissimos, patenti-reflexos. *Stigmata* simplicia, persistentia.
Per. *Bacca* orbiculata, depressa, sulcis decem longitudinalibus excavata, pistillis umbilicata, decem loculis instructa.
Sem. solitaria, reniformia, glabra.

Classis XI.

DODECANDRIA.

I. MONOGYNIA.

460. GETHYLLIS.

CAL. *Spatha* lanceolata, monophylla, inflata, rumpens, uniflora, membranacea.
COR. monopetala. *Tubus* filiformis, omnium longissimus. *Limbus* planus, sexpartitus, æqualis, tubo triplo brevior: laciniis lanceolatis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* duodecim vel octodecim, setacea, tubo insidentia, brevia, erecta, quorum duo vel tria basi approximata ut sextuplici receptaculo inserantur. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* oblongum intra spatham sessile, sub receptaculo corollæ. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* trifidum, obtusum.
PER. *Capsula* oblonga, ventricosa, triangularis, trilocularis.
SEM. numerosa.
OBS. *Differt adeoque non modo a Croco & Bulbocodio, sed & omnibus Liliaceis staminum numero.*

461. ASARUM*. *Tournef.* 286. Hypociſtis *Tournef.* 477.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemitrifidum, coriaceum, coloratum, perſiſtens: *laciniis* erectis, apice inflexis.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* duodecim, ſubulata, calyce dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, filamentorum parieti medio adnatæ.
Pist. *Germen* intra ſubſtantiam calycis reconditum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſtellatum, ſexpartitum, *laciniis* reflexis.
Per. *Capſula* coriacea, intra ſubſtantiam calycis, ſexlocularis.
Sem. plura, ovata.
Obs. Hypociſtis *Tournef. addit in omni parte fructificationis unicam tertiam partem numeri.*

462. RHIZOPHORA. vide H. M. VI: 31. 32. 33. 34. Mangles *Plum.* 15.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, erectum: *laciniis* oblongis, acuminatis, perſiſtentibus.
Cor. quadripartita, erecta, calyce ferme brevior: *laciniis* lanceolatis.
Stam. *Filamenta* duodecim, erecta, *alterna* breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Receptaculum* ovatum. *Germen* ſubulatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* acutum.
Per. nullum. *Receptaculum* ſubovatum, carnoſum, baſin ſeminis continens.
Sem. unicum, omnium longiſſimum, clavato-oblongum, acuminatum.
Obs. *Stamina numero variant, inter octo & duodecim ſemper ſubſiſtentia.*

1 463. LYTHRUM *. Salicaria *Tournef.* 129.
138

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, ſtriatum: denticulis duodecim, alternis minoribus.
Cor. *Petala* ſex, oblonga, obtuſiuſcula, patentia, unguibus ad incifuras calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* duodecim, filiformia, longitudine calycis, *ſuperiora* inferioribus breviora. *Antheræ* ſimplices, aſſurgentes.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* orbiculatum, aſſurgens.
Per. *Capſula* oblonga, acuminata, tecta, bilocularis.
Sem. numeroſa, parva.
Obs. *In quibuſdam ſpeciebus unica ſexta pars numeri è flore eximitur.*

2. *DIGYNIA.*

1 464. AGRIMONIA *. *Tournef.* 155. Agrimonoides *Tournef.* 155.
138

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, parvum, germini inſidens, perſiſtens, altero calyce obvelatum.
Cor. *Petala* quinque, plana, emarginata, *unguibus* anguſtis, calyci inſertis.
Stam. *Filamenta* capillaria, corollâ breviora, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ, didymæ, compreſſæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Styli* duo, ſimplices, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Calyx* collo coarctatus, induratus.
Sem. duo, ſubrotunda.
Obs. *Stamina valde numero incerta, aliis duodecim, rarius decem, aliis ſeptem.*
Agrimoniæ T. calyx exterior adnatus cum interiore. Semina duo, ſtamina duodecim ad viginti; fructus ſetis obvallatus.
Agrimonoidis T. calyx exterior liber ab interiori, ſemen unicum, ſtamina ſeptem circiter.

3. PO-

3. *POLYGYNIA.*

465. SEMPERVIVUM *. Sedi ſpecies *Tournef.* 140. C. E. I.

CAL. *Perianthium* duodecim-partitum, concavum, acutum, perſiſtens.
COR. *Petala* duodecim, oblonga, lanceolata, acuta, concava, calyce paulo majora.
STAM. *Filamenta* duodecim, ſubulato-tenuia, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germina* duodecim, in orbem poſita, erecta, deſinentia in *Stylos* totidem, patentes. *Stigmata* acuta.
PER. *Capſulæ* duodecim, oblongæ, compreſſæ, breves, in orbem poſitæ, extrorſum acuminatæ, introrſum dehiſcentes.
SEM. plura, ſubrotunda, parva.
OBS. Numerus *ſæpius luxurians major evadit, præſertim in partibus femininis.*

Classis XII.

ICOSANDRIA.

Character Classicus & Notæ quibus a Polyandria differt, sunt:
1. *Calyx* monophyllus, concavus.
2. *Corolla* unguibus parieti calycis affixa.
3. *Stamina* plura quam duodecim, calycis parieti vel corollæ inserta.

Dicitur Icosandria, quod Staminum numerus in hac familia circa vigesimum numerum circiter consistat, in maxima generum parte; pro Charactere tamen non assumendus est numerus.

I. MONOGYNIA.

466. CACTUS *. Cereus *Juss.* A. G. 1716. Opuntia *Tournef.* 123. Melocactus *Tournef.* 425. Tuna *Dill. elth.* 295-299. Pereskia *Plum.* 26. *ed: Prim.* 402.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulato-cavum: *foliolis* squamosis asperſum, germini insidens, deciduum.
Cor. *Petala* numerosa, obtusiuscula, lata, *exteriora* breviora, *interiora* majora, conniventia.
Stam. *Filamenta* numerosa, subulata, calyci inserta, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* infra tubum calycis. *Stylus* longitudine staminum, cylindraceus. *Stigma* capitatum, multifidum.
Per. *Bacca* oblongiuscula, unilocularis, umbilicata, uti calyx exasperata.
Sem. numerosa, subrotunda, parva, nidulantia.
Obs. Cereus *dicta fuit planta longa, cylindracea-angulata.*
Melocactus *subrotunda, angulata.*
Opuntia *ramosa, dichotoma.*
Pereskia *arborea, foliosa. Fructu folioso.*
Ad monocotyledones Melocactus, ad dicotyledines vero Opuntia, ejusdem tamen generis naturalis.

467. EU-

467. EUGENIA*. *Mich.* 108. vide H. M. I: 17. 18. IV: 6. 7.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum: *laciniis* oblongis, obtusis, concavis, persistentibus, germine prægnans.
COR. *Petala* quatuor, calyce duplo majora, oblonga, obtusa, concava.
STAM. *Filamenta* plurima, calyci inserta, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* turbinatum, infra receptaculum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Drupa* quadrangularis, coronata, unilocularis.
SEM. *Nux* subrotunda, glabra.

468. PSIDIUM†. Guaiava *Tournef.* 443.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, semiquinquefidum: *laciniis* ovatis.
COR. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia, calyci inserta.
STAM. *Filamenta* numerosa, corollâ breviora, calyci inserta. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* rotundiusculum, infra receptaculum. *Stylus* subulatus, longissimus. *Stigma* simplex.
PER. *Bacca* ovalis, maxima, calyce coronata, unilocularis.
SEM. numerosa, minima, nidulantia.

1 469. PUNICA*. *Tournef.* 407. *Malp.* 253.
142 211. 206.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, acutum, coloratum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, erecto-patentia, calyci inſerta.
STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, calyce breviora, calyci inſerta. *Antheræ* oblongiuſculæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Pomum* ſubgloboſum, magnum, coronatum calyce, novem loculis inſtructum.
SEM. plurima, ſubrotunda, ſucculenta. *Receptaculum* membranaceum ſingulum loculamentum pericarpii bifariam dividens.
OBS. *Botanici* piſtilla *quinque & pingunt, & deſcribunt, mihi ſemper unicus obvius fuit.*

1 470. GARCINIA. Magoſtans *Garc.* A. A.
343 431. t. 1.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis, patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, patentia, calyce paulo majora.
STAM. *Filamenta* ſedecim, erecta, in cylindrum poſita, ſimplicia, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubovale. *Stylus* vix ullus. *Stigma* planum, patens, peltatum, octifidum, obtuſum, perſiſtens.
PER. *Bacca* coriacea, globoſa, magna, unilocularis, coronata.
SEM. octo, hinc convexa, inde anguloſa, villoſa, carnoſa.

471. MYR-

471. MYRTUS *. *Tournef.* 409.

1
142

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, erectum, persistens, basi germine prægnante.
Cor. *Petala* quinque, ovata, integra, magna, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine corollæ, calyci inserta. *Antheræ* minimæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* simplex, staminibus non brevior. *Stigma* obtusum.
Per. *Bacca* ovalis, calyce clauso umbilicata, trilocularis.
Sem. solitaria, reniformia.

472. STYRAX *. *Tournef.* 369.

1
143

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, erectum, breve, quinquedentatum.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* brevis, cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus, magnus, patens: *laciniis* lanceolatis, obtusis.
Stam. *Filamenta* erecta, in orbem posita, plura quam duodecim, basi vix coalita, subulata, corollæ inserta. *Antheræ* oblongæ, rectæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* truncatum.
Per. *Drupa* subrotunda, unilocularis.
Sem. *Nuces* duæ, subrotundæ, acuminatæ, hinc convexæ, inde planæ.
Obs. *Citro affinis est.*

473. AMYGDALUS *. *Tournef.* 402. *Malp.* 176. 149. Persica *Tournef.* 400.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, semiquinquefidum: *laciniis* patentibus, obtusis, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, oblongo-ovata, obtusa, concava, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* triginta, filiformia, erecta, corollâ dimidio breviora, calyci inserta. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum, villosum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
Per. *Drupa* subrotunda, villosa, magna, sulco longitudinali.
Sem. *Nux* ovata, compressa, acuta, suturis utrinque prominulis, sulcis reticulata, foraminulis punctata.
Obs. Amygdalus *vulgo dicitur*, *cujus drupa sicca*, *ut corium.* Persica *autem audit*, *cujus drupa mollis*, *ut bacca.*

474. PRUNUS *. *Tournef.* 398. Armeniaca *Tournef.* 399.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, semiquinquefidum, deciduum: *laciniis* obtusis, concavis, integris, reflexis.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, emarginata, magna, patentia, unguibus calyci inserta.
Stam. *Filamenta* vigintiquinque circiter, subulata, longitudine fère corollæ, calyci inserta. *Antheræ* didymæ, breves.
Pist. *Germen* subrotundum, integerrimum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* orbiculatum, integerrimum.
Per. *Drupa* subrotunda, sulco longitudinali.
Sem. *Nux* subrotunda, compressa, acuta, suturis acie prominulis.

475. CE-

475. CERASUS *. *Tournef.* 401. *Malp.* 200.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, deciduum: *laciniis* obtuſis, concavis, ſerratis, reflexis.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, emarginata, magna, patentia, unguibus calyci inſertis.
Stam. *Filamenta* triginta circiter, ſubulata, longitudine fere corollæ, calyci inſerta. *Antheræ* didymæ, breves.
Pist. *Germen* ſubrotundum, ſulco longitudinali. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* orbiculatum, hinc emarginatum.
Per. *Drupa* ſubgloboſa, ſulco longitudinali.
Sem. *Nux* ſubgloboſa, ſutura inferiore acie leviſſima prominens.

476. P A D U S *. Laurocerasus *Tournef.* 403. *Dill.* elth. 159.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, fundo villoſo: margine quinquedentato, patentiuſculo, vix reflexo, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, magna, patentia, unguibus calycis margini inſerta.
Stam. *Filamenta* triginta vel viginti, ſubulati, longitudine fere corollæ, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, integrum.
Per. *Drupa* ſubrotunda.
Sem. *Nux* ovata, acuminata, ſulco exarata.
Obs. *Receptaculum floris quod parietes calycis interne obveſtit, in hoc genere pubeſcit villoſum.*

2. *DIGYNIA.*

477. CRATÆGUS*.

143

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, sessilia, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* viginti, subulata, calyci inserta. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Styli* duo, filiformes, erecti. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* carnosa, subrotunda, umbilicata.
Sem. bina, oblongiuscula, distincta, cartilaginea.

3. *TRIGYNIA.*

478. SORBUS*.

144

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, concava, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* viginti, subulata, calyci inserta. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Styli* tres, filiformes, erecti. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* mollis, globosa, umbilicata.
Sem. tria, oblongiuscula, distincta, cartilaginea.

4. *TETRAGYNIA.*

479. PHILADELPHUS*. Syringa *Tournef.* 389.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, acuminatum, persistens.
COR. *Petala* quatuor, subrotunda, emarginata, plana, magna, patentia.
STAM. *Filamenta* viginti, subulata, longitudine calycis. *Antheræ* erectæ, quadrisulcæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Styli* quatuor simplices. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* ovalis, utrinque acuminata, calyce per medium cincta, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. numerosa, oblonga, exigua.

5. *PENTAGYNIA.*

480. MESPILUS*. *Tournef.* 410.

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, oblonge quinquedentatum, persistens.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, concava, calyci inserta.
STAM. *Filamenta* viginti, subulata, calyci inserta. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Styli* quinque, simplices, erecti. *Stigmata* capitata.
PER. *Bacca* globosa, umbilicata, calyce connivente clausa, sed umbilico fere perforata.
SEM. quinque, ossea, gibba.
OBS. *Ex dictis patet valde affinia esse genera*: Cratægum, Sorbum & Mespilum, *ut aut solo numero feminarum aut vix ulla sufficienti nota distingui possint.*

481. PYRUS *. *Malp.* 251. 252. *Tournef.* 404. Malus *Tournef.* 406. Cydonia *Tournef.* 405.

Cal. *Perianthium* monophyllum, concavum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* patentibus.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, magna, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, corollâ breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Styli* quinque, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Pomum* ſubrotundum, umbilicatum, carnoſum, loculis membranaceis, quinqueloculare.
Sem. nonnulla, oblonga, obtuſa, baſi acuminata, hinc convexa, inde plana.
Obs. *Mirum omnes à ſeculis hocce unicum genus in tria diſpeſcuiſſe, licet omnium notiſſimum, ſpecies vocantes genera, & varietates ſpecies.*

482. SPIRÆA *. *Tournef.* 389.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, baſi planum, *laciniis* acutis, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, plana, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, corollâ breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germina* quinque, ovato-anguſta. *Styli* totidem, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.
Per. *Capſulæ* quinque, oblongæ, acuminatæ, compreſſæ, bivalves.
Sem. pauca, acuminata, parva.
Obs. Species *datur piſtillis &c. tribus.*

483. FILIPENDULA *. *Tournef.* 150. Ulmaria *Tournef.* 141.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, parvum, reflexo-patens, marcescens.
Cor. *Petala* quinque vel plura, oblonga, obtusa, plana, patentia, unguibus calyci inserta, laxa.
Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, corollâ breviora, calyci inserta. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germina* quinque (sæpe plura) acuminata, definentia in *Stylos* breves. *Stigmata* capitata.
Per. nullum, nisi crustas seminum velis. *Receptaculum* globosum.
Sem. oblonga, acuminata, in orbem digesta.
Obs. Filipendulæ *T. semina duodecim erecta, compressa.*
Ulmariæ *T. semina septem teretiuscula, contra solem contorta.*

6. *POLYGYNIA.*

484. ROSA *. *Tournef.* 408. *Malp.* 205.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, basi campanulato-globosum: *laciniis* longis, lanceolato-angustis, quarum *duæ alternæ* utrinque appendiculatæ; *duæ aliæ alternæ* utrinque nudæ; quinta hinc tantum appendiculata.
Cor. *Petala* quinque, obverse cordata, longitudine calycis, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, brevissima, calycis collo inserta. *Antheræ* trigonæ.
Pist. *Germina* numerosa, in fundo calycis. *Styli* totidem, villosi, brevissimi, collo calycis arcte compressi, lateri germinis inserti. *Antheræ* simplices.
Per. Calycis basis carnosa, turbinata, colorata, mollis, unilocularis, laciniis rudibus coronata, collo coarctata.
Sem. numerosa, oblonga, hirsuta, undique calyci adnata.
Obs. Pericarpii calyx *baccam mentitur. Appendices calycinæ in spontaneis quam in cultis, constantiores observantur.*

1
146 485. RUBUS *. *Tournef.* 385. *Malp.* 146.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolato-oblongis, patentibus, persistentibus.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, longitudine calycis, erecto-patentia, calyci inserta.
STAM. *Filamenta* numerosa, corollâ breviora, calyci inserta. *Antheræ* subrotundæ, compressæ.
PIST. *Germina* numerosa. *Styli* parvi, capillares, e latere germinis orti. *Stigmata* simplicia, persistentia.
PER. *Bacca* composita: *acini* subrotundi, in capitulum convexum, infra concavum collecti, singuli uniloculares.
SEM. solitaria, oblonga. *Receptaculum* pericarpiorum conicum.
OBS. Acini *Baccarum coaliti sunt, nec sine laceratione distinguibiles, excepta unica Specie: in qua distincti deciduntur.*

1
147 486. FRAGARIA *. *Tournef.* 152. *Malp.* 208.

CAL. *Perianthium* monophyllum, planum, semidecemfidum: *laciniis alternis* exterioribus, angustioribus.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, patentia, calyci inserta.
STAM. *Filamenta* viginti, subulata, corollâ breviora, calyci inserta. *Antheræ* lunulares.
PIST. *Germina* numerosa, minima, in capitulum collecta. *Styli* simplices, lateri germinis inserti. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum. *Receptaculum commune seminum* rotundo-ovatum, basi planum, pulposum, molle, magnum, coloratum, deciduum.
SEM. numerosa, minima, acuminata, per superficiem receptaculi sparsa, non decidua.
OBS. *Receptaculum commune bacca vulgo dicitur.*

487. PO-

487. POTENTILLA *. Quinquefolium *Tournef.* 153. Pentaphylloides *Tournef.* ibidem.

CAL. *Perianthium* monophyllum, planiusculum, semidecemfidum, *laciniis alternis* minoribus, reflexis.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, patentia, unguibus calyci inserta.
STAM. *Filamenta* viginti, subulata, corollâ breviora, calyci inserta. *Antheræ* sublongo-lunulatæ.
PIST. *Germina* numerosa, minima, in capitulum collecta *Styli* filiformes, longitudine staminum, lateri germinis inserti. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Receptaculum commune seminum* subrotundum, minimum, persistens, seminibus tectum, calyce inclusum.
SEM. numerosa, acuminata.
OBS. *Deme unicam quintam partem numeri in omnibus partibus fructificationis, & habebis Tormentillam.* e. gr.

488. TORMENTILLA *. *Tournef.* 153.

CAL. *Perianthium* monophyllum, planum, semioctofidum: *laciniis alternis* minoribus, acutioribus.
COR. *Petala* quatuor, obverse cordata, plana, patentia, unguibus calyci inserta.
STAM. *Filamenta* sedecim, subulata, corollâ dimidio breviora, calyci inserta. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germina* octo, parva, in capitulum conniventia. *Styli* filiformes, longitudine staminum, lateri germinis inserti. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Receptaculum seminum* minimum, seminibus onustum, calyce inclusum.
SEM. octo, oblonga, obtuse acuminata.
OBS. *Genus hoc artificiale magis quam naturale esse ipse agnosco, & qui illud conjungit cum præcedenti, vix errat.*

1 148

489. COMARUM*.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemidecemfidum, maximum, patens, coloratum; *laciniis alternis* minoribus, inferioribus, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, acuminata, calyce, cui inſerta, triplo minora.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta, longitudine corollæ, perſiſtentia. *Antheræ* lunulares, deciduæ.
Pist. *Germina* numeroſa, ſubrotunda, minima, in capitulum collecta. *Styli* ſimplices, breves, latere germinis. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* ſcrotiforme, carnoſum, maximum, perſiſtens.
Sem. numeroſa, acuminata, receptaculum tegentia.

1 148

490. GEUM*. Caryophyllata *Tournef.* 151 A. D. F. G.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemidecemfidum, erectiuſculum: *laciniis alternis* minimis, acutis.
Cor. *Petala* quinque, rotundata: *unguibus* longitudine calycis, anguſtis, calyci inſertis.
Stam. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, longitudine calycis, cui inſerta. *Antheræ* breves, latiuſculæ, obtuſæ.
Pist. *Germina* numeroſa, in capitulum collecta. *Styli* lateri germinis inſerti, filoſi, longi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* oblongum, hirſutum, calyci reflexo impoſitum.
Sem. numeroſa, compreſſa, hiſpida, *Stylo* longo, geniculato inſtructa.

491. DRYAS*. Dryadæa S. N. Caryophyllatæ ſpecies *Tournef.* 151. B. E. K. I. 148

CAL. *Periantbium* monophyllum, octo-partitum: *laciniis* patentibus, linearibus, obtuſis, æqualibus, corollâ paulo brevioribus.

COR. *Petala* octo, oblonga, emarginata, patentia, calyci inſerta.

STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, brevia, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germina* multa, conferta, parva. *Styli* capillares, lateri germinis inſerti. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum.

SEM. numeroſa, ſubrotunda, compreſſa, *Stylis* longiſſimis lanigeris inſtructa.

Claſ-

Classis XIII.

POLYANDRIA.

I. MONOGYNIA.

1 149

492. SARRACENA †. *Tournef.* 476. Coilophyllum *Morif.* Bucanephyllon *Pluk.*

CAL. *Perianthium* duplex: *inferius* triphyllum, *foliolis* ovatis, minimis, deciduis.
P. *superius* pentaphyllum, *foliolis* subovatis, maximis, coloratis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, ovata, inflexa, tegentia stamina: *unguibus* ovato-oblongis, rectis.
STAM. *Filamenta* numerosa, parva. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* cylindraceus, brevissimus. *Stigma* clypeatum, peltatum, pentangulare, stamina tegens, persistens.
PER. *Capsula* subrotunda, quinquelocularis.
SEM. plurima, subrotunda, acuminata, parva.

493. NYM-

493. NYMPHÆA *. *Tournef.* 137. 138. Nelumbo H. P. B. 205.

Cal. *Periantbium* pentaphyllum, tetraphyllumve, magnum, coloratum, persistens.
Cor. *Petala* numerosa (quindecim sæpe) calyce minora, germinis lateri insidentia, serie plusquam simplici.
Stam. *Filamenta* numerosa (septuaginta sæpe) plana, incurva, brevia. *Antheræ* oblongæ, filamentorum margini adnatæ.
Pist. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* orbiculatum, planum, peltato sessile, radiis notatum, margine crenatum, persistens.
Per. *Bacca* ovata, carnosa, rudis, collo angustata, apice coronata, multilocularis (decem ad quindecim-loculis) pulpâ plena.
Sem. plurima, subrotunda.
Obs. Calyx & Corolla *quoad numerum & figuram incerta sunt, hinc.*
Nymphæa *Boerh. calyce pentaphyllo; foliolis subrotundis, petalis minimis.*
Leuconymphæa *Boerh. calyce tetraphyllo, foliolis ovatis, corollam vix superantibus.*
Nelumbo *Tournef. Pericarpium turbinatum truncatum, loculis monospermis, propriis foraminibus per discum stigmatis debiscentibus.*

494. ARGEMONE *. *Tournef.* 121.

Cal. *Spatha* triphylla, subrotunda: *foliolis* subrotundis cum acumine, concavis, caducis.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, erecto-patentia, calyce majora.
Stam. *Filamenta* numerosa, filiformia, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* ovatum, quinquangulare. *Stylus* nullus. *Stigma* crassiusculum, obtusum, reflexum, quinquefidum, persistens.
Per. *Capsula* ovata, quinquangularis, unilocularis, semiquinquevalvis.
Sem. numerosa, minima. *Receptacula* linearia, angulis pericarpii adnata, non dehiscentia.
Obs. *Solo fere numero, proportione vix explicabili, a sequenti differt.*

495. PAPAVER *. *Malp.* 293. *Tournef.* 119.

Cal. *Spatha* diphylla, ovata, emarginata: *foliolis* ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora, *alterna* minora.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, corollâ longe breviora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, erectæ, obtuſæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* peltatum, planum, radiatum.
Per. *Capſula* coronata, ſtigmate plano, magno, unilocularis, apice ſub corona foraminibus plurimis dehiſcens.
Sem. numeroſa, minima. *Receptacula* plicæ longitudinales, numero radiorum ſtigmatis, parieti pericarpii adnatæ.

496. CHELIDONIUM *. *Tournef.* 116. Glaucium *Tournef.* 130.

Cal. *Spatha* diphylla, ſubrotunda: *foliolis* ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora.
Stam. *Filamenta* plurima (triginta) plana, ſuperne latiora, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, obtuſæ, erectæ, didymæ.
Pist. *Germen* cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, bifidum.
Per. *Siliqua* cylindracea, unilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, ovata, aucta, nitida. *Receptaculum* lineare, inter valvulas, ſuturæ inſtar circumambiens, non dehiſcens.

497. SANGUINARIA †. *Dill.* elth. 252.

Cal. *Spatha* bifolia, ovata, concava, corollâ brevior, caduca.
Cor. *Petala* octo, oblonga, obtusa, patentissima, *alterna* interiora, angustiora.
Stam. *Filamenta* plurima, simplicia, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum, compressum. *Stylus* nullus. *Stigma* crassiusculum, bisulcatum striâ, altitudine staminum, persistens.
Per. *Capsula* oblonga, ventricosa, utrinque acuta, bivalvis.
Sem. plurima, rotunda, acuminata.

498. PODOPHYLLUM *. Anapodophyllum *Tournef.* 122.

Cal. *Spatha* perianthiformis, triphylla, magna, concavo-erecta: *foliolis* ovatis, concavis, deciduis.
Cor. *Petala* novem, orbiculata, concava, margine plicata, calyce minora.
Stam. *Filamenta* plurima (viginti sæpe) brevissima. *Antheræ* oblongæ, magnæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum, plicatum.
Per. *Capsula* ovata, coronata stigmate, unicocularis.
Sem. plurima, subrotunda. *Receptaculum* liberum.

499. ACTÆA *. Chriſtophoriana *Tournef.* 154.

CAL. *Perianthium* ſpathaceum, tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, caducis.
COR. *Petala* quatuor, quadrangulo-utrinque acuminata, calyce majorâ, caduca.
STAM. *Filamenta* plurima, (triginta ſæpius) capillaria, ſuperne latiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* craſſiuſculum, oblique depreſſum.
PER. *Bacca* ovali-globoſa, glabra, uniſulca, unilocularis.
SEM. plurima, ſemicircularia, introrſum truncata, gemino ordine incumbentia.

500. BOCCONIA †. *Plum.* 25.

CAL. *Spatha* diphylla, ovata, obtuſa, concava, caduca.
COR. *Petala* quatuor, anguſtiſſima.
STAM. *Filamenta* plurima (circiter duodecim) breviſſima. *Antheræ* erectæ, longitudine calycis.
PIST. *Germen* ſubrotundum, utrinque contractum, magnum. *Stylus* unicus, ſemibifidus. *Stigmata* ſimplicia.
PER. ſubovatum, utrinque contractum, productumque, compreſſum, uniloculare, pulpâ repletum.
SEM. unicum, globoſum.

501. MUNTINGIA †. *Plum.* 6.

1
146

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, basi concavum: *laciniis* lanceolato-acuminatis, magnis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, longitudine calycis, patentia, calyci inserta.
Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, brevissima. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* globosum, villis vestitum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, pentagonum.
Per. *Bacca* globosa, umbilicata stigmatibus, unilocularis.
Sem. numerosa, subrotunda, minima, nidulantia.

502. CLUSIA †. *Plum.* 10. Cenchramidea *Pluk.* 257. f. 2.

1
344

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* subrotundis, concavis, patentibus, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, patentia, concava, magna. *Nectarium* globosum, monophyllum, germen includens, apice aperto stigmati locum cedente.
Stam. *Filamenta* simplicia, numerosissima, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* stellatum, planum, sexdentatum, obtusum.
Per. *Capsula* ovata, sulcis sex exarata, sexlocularis, sexvalvis; *valvis* tum radiatim patentibus.
Sem. numerosa, ovata, pulpa obtecta, affixa *Receptaculo* columnari anguloso.
Obs. *Numerus in parte fructus variat a quinque ad decem, proportione semper observata in stigmate, valvis, loculis, &c.*

1
113

503. BREYNIA. *Plum.* 16.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, deciduum. quadripartitum, coriaceum, patens: *laciniis* ovatis.
Cor. *Petala* quatuor, ovata, calice paulo majora, patentia.
Stam. *Filamenta* numerosa plurima, capillaria, corolla longiora. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
Pist. *Germen* tenuissimum, clavatum, longissimum, obtusum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum.
Per. *Siliqua* longissima, clavata, carnosa, mollis, bivalvis, unilocularis.
Sem. plura, longitudinaliter disposita, reniformia, carnosa.

1
364

504. MORISONA. *Plum.* 23.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, semibifidum; ore patens; collo contracto; obtusum, marcescens.
Cor. *Petala* quatuor, patentia extra calycem, oblonga, obtusa.
Stam. *Filamenta* numerosa. *Antheræ* simplices.
Pist. *Stylus* filiformis, erectus, tubo corollæ longior. *Germen* subovatum. *Stigma* capitatum, plano-convexum.
Per. *Bacca* globosa, cortice duro, glabro, unilocularis, stylo sustentata.
Sem. plura, reniformia, nidulantia.

505. CAPPARIS *. *Tournef.* 139.

1
155

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, gibbis.
COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, emarginata, patentia, maxima.
STAM. *Filamenta* numeroſa, filiformia, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Stylus* filiformis, ſtaminibus ferè longior. *Germen* ovale. *Stigma* obtuſum, ſeſſile.
PER. *Capſula* carnoſa, turbinata, unilocularis.
SEM. numeroſa, reniformia, nidulantia.

506. CRATEVA †. Tapia *Plum.* 21.

1
113

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquadrifidum, deciduum, baſi planum; *laciniis* patentibus, ovatis.
COR. *Petala* quatuor, ovata, ad idem latus ſurſum flexa, *unguibus* tenuibus longitudine calycis inſtructa.
STAM. *Filamenta* ſedecim circiter, ſetacea, ad latus petalis oppoſitum declinata, corollâ breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ.
PIST. *Stylus* longiſſimus, incurvatus, cui inſidet *Germen* ovatum. *Stigma* ſeſſile, capitatum.
PER. *Bacca* carnoſa, globoſa, maxima, *Stylo* craſſo inſidens, unilocularis.
SEM. plura, ſubrotunda, emarginata, nidulantia.

507. MARCGRAVIA †. *Plum.* 29.

Cal. *Perianthium* ſquamis ſex, per paria oppoſita digeſtis, inferioribus minoribus.
Cor. monopetala, conico-ovata, integra, undique clauſa, diſcedens baſi a genitalibus dejecta, caduca.
Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, brevia, patentia, decidua. *Antheræ* erectæ, magnæ, ovato-oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obſoletum.
Per *Bacca* globoſa, unilocularis.
Sem. numeroſa, nidulantia, exigua.
Obs. *In medio umbellæ Corpora ſeſſilia magna ſtupendæ figuræ, Ringentia, monophylla, clavata, deorſum concava, verſus baſin aperta, antice labio acuto prominula, petalo ſummo Aconiti ſimillima, non ſunt flores, ſed vaſa excretoria vel glandulæ.*

508. TILIA *. *Tournef.* 381.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, coloratum; magnitudine fere corollæ, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, apice crenata.
Stam. *Filamenta* plurima (triginta & ſupra), ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* pentagono-obtuſum.
Per. *Capſula* coriacea, globoſa, quinquelocularis, quinquevalvis, baſi dehiſcens.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.
Obs. Semen *unicum communiter adoleſcit, reliqua ad latus pellit; ut unilocularis videatur capſula incautis.*

509. THEA †. *Kæmpf.*

CAL. *Perianthium* ſexpartitum, minimum, planum: *foliolis* rotundis, obtuſis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, æqualia, magna.
STAM. *Filamenta* numeroſa (ducenta circiter), filiformia, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* globoſo trigonum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* triplex.
PER. *Capſula* ex tribus globis coalita, trilocularis, apice trifariam dehiſcens.
SEM. ſolitaria, globoſa, introrſum angulata.

510. CARYOPHYLLUS †. Caryophyllus aromaticus *Tournef.* 432. Caryophyllodendron *Vaill. A. G.* 1722.

CAL. *Perianthium fructus* quadripartitum, acutum, minimum, perſiſtens, germini ſuppoſitum.
Perianthium floris tetraphyllum, *foliolis* ſubrotundis, concavis, germini impoſitum.
COR. *Petala* quatuor ſubrotunda, crenata, calyce floris minora.
STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, magnum, quatuor corniculis rigidis, patentibus terminatum, infra receptaculum floris. *Stylus* ſimplex, receptaculo quadrangulo inſertus. *Stigma* ſimplex.
PER. ovale, uniloculare, corniculis germinis conniventibus umbilicatum.
SEM. unicum, ovale, magnum.

1 511. CALOPHYLLUM †. Calaba *Plum.*
154 8. vide H. M. IV: 38.

CAL. *Perianthium* quadripartitum, acutum, coloratum, deciduum.
COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, patentia.
STAM. *Filamenta* plurima, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Drupa* globoſa, magna, unilocularis.
SEM. *Nux* globoſa, acuminata, magna.

1 512. MAMMEA. Mamei *Plum.* 4.
344

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, parvis, deciduis.
COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, concava, patentia, majora calyce.
STAM. *Filamenta* plurima, ſimplicia, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* conicus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, perſiſtens.
PER. *Bacca* carnoſa, maxima, ſtylo acuminata, ſphærica, unilocularis.
SEM. quatuor (vel unum), calloſa, ſubovata.

513. MESUA. vide H. M. III: 53.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, parvis, persistentibus.
COR. *Petala* quatuor, orbiculata, concava, magna.
STAM. *Filamenta* numerosa, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex. *Stigma* quadridentatum.
PER. *Capsula* subrotunda, acuminata, coriacea, suturis quatuor, elatis, longitudinalibus notata, quadrivalvis.
SEM. quatuor, turbinata, triquetra, obtusa, carnosa, magna.

514. VATERIA. vide H. M. IV: 15.

CAL. *Perianthium* quinquefidum, acutum, parvum, persistens.
COR. *Petala* quinque, ovata, patentia.
STAM. *Filamenta* numerosa, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, brevis. *Stigma* capitatum.
PER. *Capsula* turbinata, coriacea, calyci reflexo insidens, suturis tribus notata, unilocularis, trivalvis.
SEM. unicum, ovatum.

515. TREWIA. vide H. M. I: 42.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, reflexis, coloratis, persistentibus.
Cor. nulla: nisi calycem putes.
Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* infra receptaculum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* turbinata, triquetra, coronata, trilocularis, trivalvis.
Sem. solitaria, hinc convexa, inde angulata.

516. MENTZELIA†. *Plum.* 6.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, patens, germen longissimum terminans: *laciniis* lanceolatis, deciduis.
Cor. *Petala* quinque, obverse-ovata, calyce paulo longiora, patentia.
Stam. *Filamenta* plurima, setacea, erecta. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* cylindraceum longissimum, sub receptaculo floris. *Stylus* setaceus, longitudine corollæ. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* cylindraceo-clavata, longa, unilocularis.
Sem. numerosa, parva, subrotunda.

517. EUPHORBIA*. Euphorbium *Isnard.* A. G. 1720. *Boerh.* I: 258. Tithymalus *Tournef.* 18. *Malp.* 202. 270. Esula *Riv.* IV: 136--143. Tithymaloides *Tournef. Dill.* elth. 288.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, rugosum, coloratum, *ore* quadridentatum (quinquedentatum pauciori-bus) persistens.
Cor. *Petala* quatuor (quinque paucis) turbinata, gibba, crassa, truncata, situ inæqualia, cum dentibus calycis alterna, unguibus margini calycis imposita, persistentia.
Stam. *Filamenta* plura (duodecim vel supra) filiformia, receptaculo inserta, corollâ longiora, diverso tempore erumpentia. *Antheræ* globosæ, didymæ.
Pist. *Stylus* simplex, brevis. *Germen* subrotundum, triquetrum. *Stigmata* tria, semibifida, obtusa.
Per. *Capsula* subrotunda, triloba, trilocularis, stylo elongato pendens.
Sem. solitaria, subrotunda.
Obs. Euphorbium *Is. caule angulato vel carnoso gaudet, petalisque in quibusdam trifidis.*
Tithymalus *T. caule folioso.*
Tithymaloides *T. calyx ad latus infernum gibbum, calyciforme.*
In quibusdam speciebus flores masculi reliquis immiscentur.

518. CHRYSOBALANUS †. Icaco *Plum.* 5.

Cal. *Perianthium* monophyllum, planum, quinquedentatum, persistens.
Cor. *Petala* quinque, ovata, plana, patentia.
Stam. *Stamina*, plurima, in orbem posita, erecta, villosa. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* . . .
Per. *Bacca* ovata, magna, unilocularis.
Sem. *Nux* ovata, quinque sulcis exarata, fragilis, rugosa.

519. CISTUS *. *Tournef.* 136. Helianthemum *Tournef.* 128.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, persistens: *foliolis* subrotundis, concavis, quorum *duo alterna* inferiora, minora.
Cor. *Petala* quinque, subrotunda, plana, patentia, maxima.
Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* subrotundæ, parvæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* planum, orbiculatum.
Per. *Capsula* subrotunda, tecta.
Sem. numerosa, subrotunda, parva.
Obs. *Character essentialis consistit in calycis foliolis duobus alternis minoribus.*
Helianthemum *T. capsulâ uniloculari, trivalvi distincta fuit.* Cistus *Tournef. capsulâ quinque-vel decemloculari gaudet.*

520. PEGANUM *. Harmala *Tournef.* 133.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* linearibus, erectis, longitudine corollæ, acutis, persistentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblongo-ovata, erecto-patentia.
Stam. *Filamenta* quindecim, subulata, basi dilatata, corollâ dimidio brrviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* trigono-subrotundum. *Stylus* filiformis, triqueter, longitudine antherarum. *Stigmata* tria, stylo longiora.
Per. *Capsula* trigono-subrotunda, trilocularis, trivalvis.
Sem. plurima, ovata, acuminata.
Obs. Peganum *differt a* Ruta, *uti* Celastrus *ab* Evonymo; *quidquid enim Pistilli numero demitur, staminibus additur & vice versa.*

521. PLINIA *Plum.* 11.

Cal. *Perianthium* monophyllum, acutum, planum, parvum.
Cor. *Petalum* quinquepartitum, planum: *laciniis* ovatis, concavis.
Stam. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* parvum. *Stylus* subulatus, staminibus longior. *Stigma* simplex.
Per. *Bacca* maxima, globosa, sulcato-striata, unilocularis,
Sem. unicum, maximum, globosum, glabrum.

522. MIMOSA*. *Tournef.* 375. Acacia *Tournef.* 375. Inga. *Plum.* 19.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, minimum.
Cor. *Petalum* unicum, infundibuliforme, semiquinquefidum, parvum.
Stam. *Filamenta* capillaria, longissima. *Antheræ* incumbentes.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, staminibus brevior. *Stigma* truncatum.
Per. *Legumen* longum, dissepimentis transversis, pluribus.
Sem. plurima, subrotunda.
Obs. Stamina *in aliis numerosa*; *in aliis decem*, *in aliis quinque*, *in aliis quatuor*: *& si quatuor*, *calyx & corolla quadrifida*.
Mimosæ *legumen articulatum*; *folia veluti sensitiva*.
Acaciæ *legumen cylindraceum*; *folia non moventia se a tactu*.
Ingæ *legumen carnosum*; *folia pinnata*; *rachi alata*.

523. POR-

523. PORTULACA *. *Tournef.* 118.

CAL. *Perianthium* bifidum, parvum, germini insidens, apice compressum, persistens.
COR. *Petala* quinque, plana, erecta, obtusa, emarginata, calyce majora.
STAM. *Filamenta* multa, capillaria, corolla dimidio breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* in receptaculo. *Stylus* simplex, brevis. *Stigmata* sex, oblonga, longitudine styli.
PER. *Capsula* tecta, ovata, unilocularis, spathâ & capsulâ horizontaliter per medium dehiscentibus.
SEM. plurima, parva.

524. ANACAMPSEROS *. Telephiastrum *Dill. elth.* 281.

CAL. *Perianthium* ovato-acuminatum, persistens, bivalve: valvulis concavis acutis amplexantibus.
COR. *Petala* quinque subrotunda, concava, patentia, fere æqualia.
STAM. *Filamenta* multa, capillaria, corolla dimidio breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex. *Stigmata* tria; crassiuscula.
PER. *Capsula* ovata, triangularis, trivalvis, unilocularis. *Receptaculum* liberum.
SEM. plurima, parva, subrotunda.

525. CORCHORUS *. *Tournef.* 135.

156

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lineari-lanceolatis, acutis, erectis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, oblonga, obtusa, inferne angustiora, erecta, longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* numerosa, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* oblongum, sulcatum. *Stylus* crassus, brevis. *Stigma* bifidum.
PER. *Siliqua* maxima, acuminata, cylindracea, quinquelocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima, angulata, acuminata.

526. SAUVAGEA †.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, acutis, persistentibus.
COR. *Petala* quinque obtusa, calyce minora, æqualia. *Nectarium* foliolis quinque minoribus, cum petalis alternantibus.
STAM. *Filamenta* multa, capillaria, petalis breviora, sita extra corollam, sed intra calycem. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Capsula* ovata, acuminata, tecta calyce, unilocularis.
SEM. plurima.

527. SLOANEA †. Sloana *Plum.* 15.

153

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſeptifidum: *laciniis* ſemilanceolatis.
COR. nulla: niſi calycem ſumas.
STAM. *Filamenta* plura, ſubulata, ſuperne latiora, longitudine calycis. *Antheræ* lateri filamentorum adnatæ.
PIST. *Germen* in fundo calycis. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus longior. *Stigma* acutum.
PER. *Capſula* magna, ſubrotunda, echinata, quadrivalvis.
SEM. ovata, obtuſa, carnoſa, *nucleis* oblongis.

528. BIXA*.

CAL. *Perianthium* quinquedentatum, minimum, obtuſum, planum, perſiſtens.
COR. duplex: *Exterior* petalis quinque, oblongis, æqualibus, magnis, rudioribus: *Interior* petalis quinque, ſimilibus deſcriptis, tenuioribus.
STAM. *Filamenta* numeroſa, ſetacea, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* erectæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* parallele bifidum, compreſſum.
PER. *Capſula* ovato-cordata, compreſſa, ſetis obvallata, bivalvis, angulis dehiſcentibus, unilocularis, membrana interiore bivalvi.
SEM numeroſa, turbinata, umbilico truncato. *Receptaculum* lineare, longitudinale, medio valvularum adnatum.

529. TRIUMFETTA*. *Plum.* 8.

Cal. nullus: nisi Corollam velis.
Cor. *Petala* quinque, linearia, erecta, obtusa, concava, retroflexa, acumine infra apicem prominente, decidua.
Stam. *Filamenta* sedecim, æqualia, ascendentia, longitudine corollæ, subulata, erecta. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. *Capsula* globosa, aculeis uncinatis undique obvallata, quadrilocularis.
Sem. bina, hinc convexa, inde angulata.
Obs. *Raro perveniunt plus quam semina, (in singulo loculo), solitaria ad maturitatem.*

2. *DIGYNIA.*

530. HELIOCARPOS*. Montia *Houst.* A. A.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, coloratum: *foliolis* linearibus, longis, latiusculis, patentibus, deciduis.
Cor. *Petala* quatuor, linearia, calyce multo breviora & angustiora.
Stam. *Filamenta* sedecim, subulata, longitudine fere calycis. *Antheræ* didymæ, lineares, incumbentes.
Pist. *Germen* subrotundum. *Styli* duo, erecti, longitudine staminum. *Stigmata* acuta, distantia.
Per *Capsula* turbinato-ovata, pedunculata, pendiculariter cincta radiis pinnatim ramosis, bilocularis.
Sem. solitaria, subovata.

531. PÆONIA *. *Malp.* 196. *Tournef.* 146.

157

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, parvum, persistens: *foliolis* subrotundis, concavis, reflexis, inæqualibus magnitudine & situ.

COR. *Petala* quinque, subrotunda, concava, basi angustiora, patentia, maxima.

STAM. *Filamenta* numerosa (trecenta circiter) capillaria, brevia. *Antheræ* oblongæ, quadrangulæ, erectæ, quadriloculares, magnæ.

PIST. *Germina* duo, ovata, erecta, villosa. *Styli* nulli. *Stigmata* compressa, oblonga, obtusa, colorata.

PER. *Capsulæ* totidem, ovato-oblongæ, reflexo-patentes, villosæ, uniloculares, univalves, longitudinaliter introrsum dehiscentes.

SEM. plura, ovalia, nitida, colorata, suturæ dehiscenti affixa.

OBS. Numerus germinis *naturalissimus videtur binarius, maxime tamen variat in speciebus: quinarium numerum vix ascendit.*

532. CALLIGONUM †. Polygonoides *Tournef.* 478.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* plurima, minima. *Antheræ* didymæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo, obtuſa.
Per. ovatum, compreſſum, ſtriatum, hiſpidum, acuminibus bifidis revolutis, perſiſtens.
Sem. conforme, tectum.

533. ISOPYRUM. †.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quinque, ovata, æqualia, patentia, decidua. *Nectaria* quinque, æqualia, tubulata, breviſſima: ore obliquo, integro, intra corollam poſita.
Stam. *Filamenta* numeroſa, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* duo, ovata. *Styli* ſimplices, longitudine germinis. *Stigmata* obtuſa, longitudine ſtaminum.
Per. *Legumina* duo, lunulata, recurva, unilocularia.
Sem. plurima.
Obs. *Hinc nec Aquilegiæ, nec Hellebori, multo minus Thalictri generis.*

3. *TRIGYNIA.*

534. RESEDA *. *Tournef.* 238. Luteola *Tournef.* 238. Sesamoides *Tournef.* 238.

158

Cal. *Perianthium* monophyllum, partitum: *laciniis* angustis, acutis, erectis, persistentibus, quarum *duæ* magis dehiscunt, in usum petali melliferi.

Cor. *Petala* nonnulla, inæqualia, semper *aliqua* semitrifida, *supremo* ad basin gibbo, mellifero, longitudine calycis. *Nectarium.* Glandula plana, erecta, e receptaculo producta, a latere superiore inter stamina & supremum petalum locata, connivens cum basi petalorum ab eodem latere dilatata.

Stam. *Filamenta* plura, brevia. *Antheræ* erectæ, obtusæ, longitudine corollæ.

Pist. *Germen* gibbum, in *Stylos* nonnullos brevissimos desinens. *Stigmata* simplicia.

Per. *Capsula* gibba, angulata, stylis acuminata, inter stylos aperta, unilocularis.

Sem. plurima, reniformia, angulis capsulæ annata.

Obs. *Vix datur ullum genus, pro determinando charactere, difficilius.*

Ludit enim numero & figura in diversis speciebus, quas non nisi cæcus distingui debere dijudicaret.

Essentialis character *consistit in petalis trifidis, unico ad basin mellifero & capsula non clausa. e. gr.*

Luteolæ *T.* Perianthium *quadripartitum.* Petala *tria, supremum melliferum semisexfidum, lateralia opposita trifida adduntur lusu vel natura sæpe duo infima minima integra.* Styli *tres.* Stamina *plurima.*

Alia spec. Perianthium *sexpartitum.* Petala *sex, æqualia fere, omnia semitrifida.* Styli *quatuor.* Capsula *quadrangularis.* Stamina *undecim semper, quod singulare, nec in ulla alia.*

Alia spec. Perianthium *quinquepartitum.* Petala *quinque, dissimilia, trifida.* Styli *tres.* Stamina *plurima.*

535. DELPHINIUM *. *Tournef.* 241. *Riv.* V: 132. 136. Buccinum *Malp.* 143. Staphisagria *Riv.* V: 137. 159

CAL. nullus.
COR. *Petala* quinque, inæqualia, in orbem posita: quorum α. *supremum*, antice reliquis obtusius, emarginatum, postice extensum, in cornu tubulatum, rectum, longum, obtusum desinens.
β. γ. δ. ε. *reliqua* ovato-lanceolata, patentia, fere æqualia. *Nectarium* bifidum, antice intra orbem petalorum positum a parte superiori, postice protensum, tubo petali α. involutum.
STAM. *Filamenta* plurima (quindecim vel triginta), subulata, basi latiora, minima, versus petalum α. inclinata. *Antheræ* erectæ, parvæ.
PIST. *Germina* tria vel unum, ovata, in *Stylos* longitudine staminum desinentia. *Stigmata* simplicia, reflexa.
PER. *Capsulæ* totidem, ovato-subulatæ, rectæ, univalves, introrsum dehiscentes.
SEM. plurima, angulata.
OBS. Staphisagriæ *Riv.* Nectarium *duplex compositum in formam eandem, qua reliquæ simplici nectario gaudentes, superbiunt.*

536. ACO-

536. ACONITUM *. *Tournef.* 239. 240. *Pont.* 3. 11. Napellus *Riv.* V: 139-143. Anthora *Riv.* V: 138.

CAL. nullus.
COR *Petala* quinque, inæqualia, paria oppofita: quorum
α. *fupremum* galeato-tubulatum, inverfum, dorfo furfum fpectans, obtufum, apice ad bafin reflexo, acuminato, cui apici bafis annectens oppofita eft.
β. γ. *lateralia duo*, lata, fubrotunda, recto-oppofita, conniventia.
δ. ε. *infima duo*, oblonga, deorfum fpectantia.
Nectaria duo, fub petalo α. recondita, fiftulofa, nutantia, ore obliquo, cauda incurva, pedunculis fubulatis, longis infidentia.
STAM. *Filamenta* plurima, fubulata, minima, bafi latiora, verfus petalum α. inclinata. *Antheræ* erectæ, parvæ.
PIST. *Germina* tria (quinque paucis), oblonga, definentia in *Stylos*, longitudine ftaminum. *Stigmata* fimplicia, reflexa.
PER. *Capfulæ* totidem, ovato-fubulatæ, rectæ, univalves, introrfum definentes.
SEM. plurima, angulata, rugofa.

4. TE-

4. *TETRAGYNIA.*

537. TETRACERA†.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum: *foliolis* ſubrotundis, perſiſtentibus, patentibus, alternis exterioribus brevioribus.
Cor. nulla. (nobis viſa)?
Stam. *Filamenta* numeroſa, ſimplicia, longitudine calycis, perſiſtentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* quatuor, ovata, dehiſcentia a ſe invicem. *Styli* ſubulati, breviſſimi. *Stigmata* obtuſa.
Per. quadricapſulare: *Capſulæ* ovatæ, reflexæ, univalves, ſutura ſuperiori dehiſcentes, uniloculares.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, involuta.
Obs. *Hujus fructus, & Petreæ flores ab Houſtono depinguntur & deſcribuntur pro eodem genere: quantum verò differant, patet conſideranti flores* 617.

538. TETRAGONIA *. Tetragonocarpos A. H. II: 205.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* quatuor, ovatis, deflexo-plaiis, margine revolutis, coloratis, perſiſtentibus, germini inſidentibus.
Cor. nulla: niſi calycem velis.
Stam. *Filamenta* viginti, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, quadrangulare, ſub receptaculo. *Styli* quatuor, ſubulati, recurvi, longitudine ſtaminum. *Stigmata* longitudinalia ſtyli, pubeſcentia.
Per. *Cruſta* coriacea, alis quatuor longitudinalibus quadriquetra, angulis oppoſitis anguſtioribus, non dehiſcens.
Sem. unicum, oſſeum, quadriloculare. *Nuclei* oblongi.
Obs. Piſtilla *ſæpe duo modo obvia ſunt.*

5. PENTAGYNIA.

539. AIZOON*. Ficoidea *Niss.* A. G. 1711. *Dill.* gen. 12. elth. 177.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, persistentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plurima, capillaria, sinui calycis per phalanges inserta, nec per receptaculum æqualiter distributa. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* pentagonum. *Styli* quinque, simplices. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* ventricosa, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis.
SEM. plura, subrotunda.
OBS. *Character essentialis consistit in staminibus per phalanges sinubus calycis insertis, tribus communiter in eadem divisura.*

540. MESEMBRYANTHEMUM*: *Dill.* gen. 9. elth. 179. *&c.* Ficoides *Tournef.* A. G. 1705.

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, acutum, patens, persistens.
COR. monopetala: *petalis* lanceolato-linearibus, numerosissimis, serio multiplici natis, calyce paulo longioribus, unguibus leviter connatis in unum.
STAM. *Filamenta* numerosa, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* infra receptaculum, angulis quinque obtusis coronatum. *Styli* quinque sæpius, subulati, erecto-reflexi. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* carnosa, subrotunda, umbilico radiis notato, loculamentis numero stylorum respondentibus.
SEM. plurima, subrotunda.
OBS. Numerus *constans non est*: *aliis enim* calyx *quadrifidus*, *cum* stylis *quatuor*: *aliis* styli *decem.*

541. AQUI-

541. AQUILEGIA *. *Malp.* 204. *Tournef.* 242. *Pont.* 5: 4.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quinque, lanceolato-ovata, plana, patentia, æqualia.

Nectaria quinque, æqualia, cum petalis alterna: *singulum* corniculatum, superne sensim latius, ore obliquo extrorsum ascendente, introrsum receptaculo annexo; inferne productum in tubum, longum, attenuatum, pendulum, apice obtuso, incurvo.

Stam. *Filamenta* plurima (triginta ad quadraginta), subulata, exteriora breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ, altitudine nectariorum.

Pist. *Germina* quinque, ovato-oblonga, desinentia in *Stylos* subulatos, staminibus longiores. *Stigmata* erecta, simplicia.

Paleæ decem, rugosæ, breves, germina distinguunt, involvunt.

Per. *Capsulæ* quinque, cylindraceæ, parallelæ, rectæ, acuminatæ, univalves, ab apicibus introrsum dehiscentes.

Sem. plurima, ovata, carinata, suturæ dehiscenti annexa.

542. NIGELLA *. *Tournef.* 134. Melanthium *Malp.* 159. 257.

CAL. nullus. (*Cave folia ne floralia in quibusdam pro perianthio sumas.*)

COR. *Petala* quinque, ovata, plana, obtusa, patentia, basi contractiora.

Nectaria octo, in orbem posita, brevissima: *singulum* bilabiatum:

Labio exteriore majore, inferiore, bifido, plano, convexo, punctis duobus notato.

L. interiore breviore, angustiore, ex ovato in lineam desinente.

STAM. *Filamenta* numerosa, subulata, petalis breviora. *Antheræ* compressæ, obtusæ, erectæ.

PIST. *Germina* nonnulla (quinque vel decem), oblonga, convexa, compressa, erecta, desinentia in *Stylos* subulatos, angulatos, longissimos, sed revolutos, persistentes. *Stigmata* longitudinalia, adnata.

PER. *Capsulæ* totidem, oblongæ, compressæ, acuminatæ, sutura introrsum connexæ, superne introrsum dehiscentes.

SEM. plurima, angulata, scabra.

6. HE-

6. *HEXAGYNIA.*

543. STRATIOTES *. Aloides *Boerh.* lugdb. 2. *p.* 172.

CAL. *Spatha* diphylla, compressa, obtusa, connivens, utrinque carinata, persistens.
Perianthium monophyllum, trifidum, erectum, deciduum.
COR. *Petala* tria, obverse cordata, erecto-patentia, calyce duplo majora.
STAM. *Filamenta* viginti, longitudine perianthii, receptaculo inserta. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* infra receptaculum perianthii. *Styli* sex, bipartiti, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.
PER. *Bacca* capsulâ tecta, ovalis, utrinque attenuata, hexædra, sexlocularis.
SEM. plurima, oblonga, incurva, fere alata.

7. *POLYGYNIA.*

544. DILLENIA †. vide H. M. III. 38. 39.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* subrotundis, concavis, coriaceis, magnis, persistentibus.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, concava, coriacea fere, magna.
STAM. *Filamenta* numerosissima, globum mentientia. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germina* viginti (circiter) ovato-oblonga, acuminata, compressa, introrsum connexa. *Styli* nulli. *Stigmata* lanceolata, extrorsum plana, magna, persistentia, simul stellam formantia.
PER. subrotundum, extrorsum totidem capsulis oblongis, longitudinalibus, sulca divisis, tectum: introrsum *Receptaculum* columnare maximum, pulposum.
SEM. numerosa, minima, nidulantia sub capsulis.

545. LIRIODENDRUM †. Tulipifera *Catesb.* 48.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, patentibus, petaliformibus, deciduis.
COR. *Petala* ſex novemve, oblonga, erecta, obtuſa, baſi anguſtiora, æqualia.
STAM. *Filamenta* numeroſa, corollâ breviora, linearia, receptaculo fructificationis inſerta. *Antheræ* lineares, filamentis longitudinaliter a latere interiore adnatæ.
PIST. *Germina* numeroſa, in conum digeſta. *Styli* breves. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Semina* imbricata in corpus ſtrobili figura.
SEM. numeroſa, in ſquamam lanceolatam deſinentia, juxta baſin ſquamæ a latere interiore angulum acutum emittentia, baſi compreſſa, acuta.

546. MAGNOLIA *. *Plum.* 7. *Dill.* elth. 168.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, petaliformibus, deciduis.
COR. *Petala* novem, oblonga, concava, obtuſa, baſi anguſtiora.
STAM. *Filamenta* numeroſa, brevia, acuminata, compreſſa, receptaculo communi piſtillorum infra germina inſerta. *Antheræ* lineares, margini filamentorum utrinque adnatæ.
PIST. *Germina* numeroſa, ovato-oblonga, receptaculum clavatum tegentia. *Styli* recurvi, contorti. *Stigmata* longitudinalia ſtyli, villoſa.
PER. *Strobilus* ovatus. Capſulis compreſſis, ſubrotundis, vix imbricatis, confertis, acutis, unilocularibus, bivalvibus, ſeſſilibus, extrorſum dehiſcentibus, perſiſtentibus.
SEM. ſolitaria, reniformia, filo pendentia ex ſinu ſingulæ ſquamæ ſtrobili.

547. ANO-

547. ANONA †. Guanabanus *Plum.* 10.

CAL. *Perianthium* triphyllum, parvum: *foliolis* cordatis, concavis, acuminatis.
COR. *Petala* ſex, cordata, ſeſſilia, tria alterna interiora minora.
STAM. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* numeroſiſſimæ, germinis lateri inſidentes.
PIST. *Germen* receptaculo ſubrotundo inſidens, ſubrotundum. *Styli* nulli. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Bacca* maxima, ovato-ſubrotunda, cortice ſquamæformi punctato veſtita, unilocularis.
SEM. plurima, dura, ovato-oblonga, in orbem poſita, nidulantia.

548. HEPATICA*. *Dill.* gen. 5.

CAL. *Perianthium* triphyllum, a receptaculo corollæ remotum: *foliolis* ovatis, corollâ minoribus, perſiſtentibus.
COR. duorum vel trium ordinum petalorum: *petala* in ſingula ſerie tria, ovato-oblonga, calyce longiora.
STAM. *Filamenta* plurima (triginta & ſupra), longitudine calycis, diverſa ætate elongata. *Antheræ* didymæ, erectæ.
PIST. *Germina* plura (viginti & ſupra), oblonga, acuminata. *Styli* nulli. *Stigmata* obtuſe capitata.
PER. nullum. *Receptaculum* minimum, obtuſum, in globum colligens ſemina.
SEM. plurima, ovata, utrinque acuminata, leviſſime villoſa.

549. PULSATILLA *. *Tournef.* 148.

CAL. *Involucrum* uniflorum, remotum, proprium, monophyllum, multipartitum: *laciniis* tenuibus.
COR. *Petala* sex, ovato-oblonga, acuminata, plana, erecta, longa.
STAM. *Filamenta* plurima, filiformia, corollâ dimidio breviora, *exteriora* inferiora. *Antheræ* didymæ, erectæ.
PIST. *Germina* plurima. *Styli* capillares, staminibus longiores, persistentes. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum. *Receptaculum* capitatum, oblongum, tophosum, villosum.
SEM. plurima, compressa, hirsuta, stylis villosis, longissimis, instructa.
OBS. *Si involucrum bocce sumatur pro calyce, erit hoc fere unica certa, quibus ab* Anemonibus *distingui possit, nota.*

550. ANEMONE *. *Tournef.* 147. Anemonoides *Dill.* gen. 4. *Vaill. A. G.* 1719. Anemone-Ranunculus *Dill.* gen. 4.

CAL. nullus.
COR. duorum, triumve ordinum. *Petala* in singula serie tria, ovata, erecto-patentia.
STAM. *Filamenta* numerosa, capillaria, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* didymæ, erectæ.
PIST. *Germina* numerosa, in capitulum collecta. *Styli* acuminati, fere nulli. *Stigmata* obtusa.
PER. nullum. *Receptaculum* globosum, vel oblongum, excavato-punctatum.
SEM. plurima, acuminata, stylum retinentia.
OBS. *Divisionem recentiorum a seminibus absolute negat Natura.*

551. CLEMATIS*. *Dill.* elth. 73. Clematitis *Tournef.* 150. Viticella *Dill.* gen. 14.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor, oblonga, figurâ incerta, laxa.
Stam. *Filamenta* plurima, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* lateri filamentorum adnatæ.
Pist. *Germina* plurima, ſubrotunda, compreſſa, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, ſtaminibus longiores. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Receptaculum* capitatum, parvum.
Sem. plurima, ſubrotunda, compreſſa, ſtylo (figurâ varia) inſtructa.
Obs. Clematitis *Petala lanceolata. Semina ſetâ villoſa longiſſima.* Flammula *Piſtilla octo. Semina orbiculata pluma longiſſima.* Viticella *Petala deltoidea. Semina acumine adunco nudo.* Species *alia petalis quinque.*

552. THALICTRUM*. *Tournef.* 270.

Cal. nullus: niſi corollam velis.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, obtuſa, concava, caduca.
Stam. *Filamenta* plurima, ſuperne latiora, compreſſa, corollâ longiora. *Antheræ* oblongæ, didymæ.
Pist. *Styli* plurimi, breviſſimi. *Germina* ſingulis ſtylis ſolitaria, ſubrotunda. *Stigmata* craſſiuſcula.
Per. *Cortex* ſulcatus, carinatus, unilocularis, non diſcedens.
Sem. ſolitaria, ſublonga.
Obs. *Genus bocce variat numero & figura.* Corolla *in aliis pentapetala.* Stamina *in aliis duodecim tantum, cum totidem piſtillis.* Styli *germinibus ſubjecti in aliis longi, ut Pericarpia ſint pendula, in aliis vix manifeſti.* Cortex *ſeminum in aliis tribus alis longitudinalibus, in aliis modo ſtriis notatus eſt.*

1 166

553. ADONIS *. *Dill.* gen. 4. Ranunculi ſpecies *Tournef.* 149. p. q.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* obtuſis, concavis, coloratiuſculis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, & ſupra, oblonga, obtuſa, nitida.
STAM. *Filamenta* plurima, breviſſima, ſubulata. *Antheræ* oblongæ, inflexæ.
PIST. *Germina* numeroſa, in capitulum collecta. *Styli* nulli. *Stigmata* acuta, reflexa.
PER. nullum. *Receptaculum* oblongum, ſpicatum, quinque ordinibus ſemina annectens.
SEM. numeroſa, irregularia, angulata, baſi gibba, apice reflexa, prominula.

554. RANUNCULUS *. Ranunculi ſpecies *Tournef.* 149. a. c. Ficaria *Dill.* gen. 5. Ranunculoides *Vaill A. G.* 1719.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, coloratiuſculis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, obtuſa, nitida, *unguibus* parvis. *Nectarium* eſt fovea in ſingulo petalo ſupra unguem.
STAM. *Filamenta* plurima, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ, obtuſæ, didymæ.
PIST. *Germina* numeroſa, in capitulum collecta. *Styli* nulli. *Stigmata* reflexa, minima.
PER. nullum. *Receptaculum* pedunculis minutiſſimis ſemina adnectit.
SEM. plurima, irregularia, figurâ incerta, apice reflexo.
OBS. Eſſentia *conſiſtit in Nectario. Syſtem*: *Natur*: 74.
Reliquæ inconſtantes ſemper ſunt partes fructificationis, hinc nectario incognito, tot & tanta confuſio generis.
Nectarium *hoc in aliis* porus *nudus*, *in aliis margine cylindraceo cinctus*, *in aliis ſquamula emarginata clauſus.*
Ficaria *Dill.* Chelidonium minus *Boerh. calyx triphyllus*, *petala plura.*
Aliis *Receptaculum ſeminum*, *ſubrotundum*, *aliis ſubulatum.*
Aliis *ſemina ſubrotunda*, *aliis depreſſa*, *echinata*, *pauciora.*
Unicæ *ſtamina modo quinque data obſervamus.*

555. CALTHA *. Populago *Tournef.* 145.

165

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quinque ovata, plana, patentia, decidua, magna.
Stam. *Filamenta* numerosa, filiformia, corollâ breviora. *Antheræ* compressæ, obtusæ, erectæ.
Pist. *Germina* quinque ad decem, oblonga, compressa, erecta. *Syli* nulli. *Stigmata* simplicia.
Per. *Capsulæ* totidem, breves, acuminatæ, patentes, bicarinatæ, suturâ superiore dehiscentes.
Sem. plurima, subrotunda, aucta, suturâ superiori affixa.

556. HELLEBORUS *. *Tournef.* 144. *Pont.* 5: 15.

164

Cal. nullus: nisi corollam in quibusdam persistentem habeas.
Cor. *Petala* quinque, vel plura, subrotunda, obtusa, magna. *Nectaria* totidem, brevissima, in orbem posita, *singula* monophylla, tubulata, *ore* ringente, introrsum aperto, inferne angustiora.
Stam. *Filamenta* numerosa, subulata. *Antheræ* compressæ, inferne angustiores, erectæ.
Pist. *Germina* corniculata, in Stylos subulatos desinentia. *Stigmata* crassiuscula.
Per. *Capsulæ* compressæ, bicarinatæ, *cariná inferiore* breviore, *superiore* convexa, dehiscente.
Sem. plura, rotunda, suturæ affixa.
Obs. Essentia *consistit in nectariis*: *numerus & figura inconstans est.*

Trollius *Riv.* Helleboro-Ranunculus *Boerh.* Petala *plura conniventia*, *alterna*, *exteriora breviora.* Pistilla *numerosissima*, Styli *brevissimi.* Nectaria *unilabiata*, *labio integro.*

Aconitum *Riv.* Helleboroïdes *Boerh.* Petala *sex decidua.* Flos *folio insidens.*

Helleboraster. Corolla *pentapetala*, *persistens*, *defloresceus.* Pistilla *tria ad quinque*, Styli *staminibus longiores &c.*

Clas-

Classis. XIV.

DIDYNAMIA.

DIDYNAMIA *. *Monopetali irregulares* Riv. *Labiati* & *Personati* Tournef.

Calyx. *Perianthium* monophyllum, erectum, tubulatum, quinquefidum, segmentis sæpius inæqualibus, persistens.

Corolla monopetala, erecta, cujus *basis* tubulata mel continet, & nectarii vices subit.

Limbus autem communiter ringens, *Labio superiori* recto, L. *inferiori* patenti, trifido, *media* latiori.

Stamina. *Filamenta* quatuor, subulata, corollæ tubo inserta, versus dorsum ejus inclinata, quorum *duo* intermedia & proxima breviora, omnia parallela, longitudinem corollæ raro superantia. *Antheræ* sub labio superiore corollæ sæpius reconditæ, & per paria conniventes.

Pistillum. *Germen* sæpius supra receptaculum. *Stylus* unicus, filiformis, eodem modo quo filamenta inflexus, intra ea sæpius positus, longitudine parum superans, summitate leviter incurvatus. *Stigma* communiter emarginatum.

Pericarpium *vel* nullum, *vel* præsens, sæpius biloculare.

Semina *vel* (si pericarpium nullum) quatuor, in sinu calycis tanquam capsula recondita, *vel* (si pericarpium aliquod) plura, affixa receptaculo in medio pericarpii posito.

ORS. *Classis hæc est Naturalissima, nec ullum genus ab eo excludi potest; addi tamen debent nonnulla staminibus duobus No.* 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. *Nos vero heic retinere assumta principia tenemur.*

Flores hujus familiæ maximam partem erecti fere, sed parum a caule ad angulum acutum inclinati, quo corolla facilius tegat antheras, utque farina cadat super stigma, nec a pluvia combibatur.

Non omnia genera, sed plurima, notas in Charactere traditas obtinent, sed inde recedunt una alterave magis parte, unde generum Divisio desumitur.

Essentialis Character consistit in staminibus quatuor, quorum duo *propiora breviora, conniventia, cum Pistilli stylo unico, intra corollam inæqualem recepta.*

1. GYM-

I. GYMNOSPERMIA.

Gymnospermia *. *Labiati* Tournef. *Verticillatæ* Raj.
1°. *Semina* quatuor, nuda.
2°. *Stigma* bipartitum, acutum, lacinia inferiori reflexa.

557. AJUGA *. Bugula *Tournef.* 98. *Riv.* I: 109. 110.

CAL. *Perianthium* monophyllum, breve, ſemiquinquefidum, fere æquale, perſiſtens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, incurvus. *Labium ſuperius* minimum, erectum, bifidum, obtuſum. *L. inferius* magnum, patens, trifidum, obtuſum, *lacinia media* maxima, verticaliter cordata, *lateralibus* parvis.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, labio ſuperiore longiora, quorum *duo* breviora. *Antheræ* didymæ.
PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, tenuia, quorum *inferius* brevius eſt.
PER. nullum. *Calyx* connivens, in ſinu ſemina fovens.
SEM. quatuor, oblongiuſcula.

558. TEU-

558. TEUCRIUM *. *Tournef.* 93. *Riv.* I: 14. Polium *Tournef.* 97. Scordium *Riv.* I: 16. Chamædrys *Tournef.* 97. *Riv.* I: 15. Ajuga *Riv.* I: 21. Pseudo-Marum *Riv.* I: 18. Iva *Riv.* I. 20. Chamæpitys *Tournef.* 98. *Riv*: I. 16.

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, acutum, fere æquale, basi hinc gibbum, persistens.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, brevis, in faucem incurvatam desinens.

Labium superius erectum, acutum, ultra basin profunde bipartitum, distantibus à dorso *laciniis*.

Lab: *inferius* patens, trifidum, *laciniis lateralibus* figura labii superioris, erectiusculis, *media* maxima, subrotundata.

STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, labio superiori corollæ longiora, interque ejus divisuram, incurva, prominentia. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, situ & magnitudine staminum. *Stigmata* duo, tenuia.

PER. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo semina fovens.

SEM. quatuor, subrotunda.

OBS. Teucrium T. *calyx campanulatus*, *corollæ labii inferioris lacinia concava.*

Polium T. *Flores in capitula congesti*, *ramos terminantes.*

Chamædrys T. *Flores ex foliorum alis*, *calyx tubulatus.*

Mari *Boerh. Folia Serpylli*, *odor acer.*

Scordii *Raj. odor Allii.*

Ivæ *Dill. Calyx inferne admodum gibbus.*

559. TRI-

559. TRICHOSTEMA †. authore Cl. Gronovio.

CAL. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *Labio superiore* duplo majori, trifido, æquali, acuto: *L. inferiore* bipartito, acuto.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* brevissimus. *Labium* superius compressum, falcatum: *L. inferius* tripartitum: *lacinia intermedia* minima, oblonga.

STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, omnium longissima, incurva: quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* capillaris, longitudine & figura filamentorum. *Stigma* bifidum.

PER. nullum. *Calyx* major, reflexus ut labium superius evadat inferius, ventricosus, connivens.

SEM. quatuor, subrotunda.

560. THYMUS *. *Tournef.* 93. *Riv.* I: 55. Serpyllum *Riv.* I: 56-59. Acinos *Dill.* gen. 4. *Riv.* I: 61.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, semibifidum in duo labia, persistens.

Lab. superiori latiore, plano, erecto, tridentato: *Lab. inferiori* bifeto, longitudine æquali.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Faux* parva.

Labium superius brevius, planum, erectum, emarginatum, obtusum.

L. inferius longius, patens, latius, trifidum, obtusum, *lacinia media* latiore.

STAM. *Filamenta* quatuor, incurva, quorum *duo* longiora. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, acutum.

PER. nullum. *Calyx* collo angustatus, semina in sinu fovens.

SEM. quatuor, parva, subrotunda.

OBS. Thymi T. *Stamina brevissima sunt.*

Serpyllum T. *differt a Thymo caulibus lignosis, minus duris, humilioribus.*

Acinos *Riv. Dill. corollæ labii inferioris lacinia media emarginata.*

Mastichinæ *Boerh. calycis dentes in setas longissimas & villosas extenduntur.*

561. SATUREIA *. *Riv*: I: 62. 63. *Tournef.* Thymbra *Tournef.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſtriatum, erectum, perſiſtens: *ore* quinquedentato, ferè æquali, erecto.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce brevior. *Faux* ſimplex. *Labium ſuperius* erectum, obtuſum, acute emarginatum, longitudine labii inferioris: *Lab. inferius* tripartitum, patens: *laciniis* obtuſis, æqualibus: *media* paulo majore.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſetacea, longitudine vix labii ſuperioris, quorum *duo* oppoſita paulo breviora. *Antheræ* conniventes.

PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* ſetaceus, longitudine corollæ. *Stigmata* duo, ſetacea.

PER. nullum. *Calyx* connivens, in fundo ſemina fovens.

SEM. quatuor, ſubrotunda.

OBS. Hinc a *Thymis*, *Meliſſis*, *Thymbris*, *Clinopodiis*, *Glechomate* dirimendum eſt genus.

562. CLINOPODIUM *. *Tournef.* 92.

CAL. *Involucrum* multiſetum, longitudine perianthii, verticillo ſubjectum.

Perianthium monophyllum, cylindraceum, leviſſime incurvum, *ore* bilabiato.

Labio ſuperiore latiori, trifido, acuto, reflexo: *Lab. inferiore* bipartito, tenui, inflexo.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* brevis, ſenſim ampliatus in faucem.

Labium ſuperius erectum, concavum, obtuſum, emarginatum.

L. inferius trifidum, obtuſum, *lacinula media* latiore, emarginata.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore, quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum, compreſſum.

PER. nullum. *Calyx* collo contractus, ventre gibbus, ſemina continens.

SEM. quatuor, ovata.

563. ORI-

563. ORIGANUM *. *Tournef.* 64 *Riv.* I: 87. 88. Majorana *Riv.* I: 83. 86.

Cal. *Involucrum* ſpicatum : *foliolis* imbricatis, ovatis, coloratis compoſitum. *Perianthium* inæquale, incertum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, compreſſus. *Labium ſuperius* erectum, planum, obtuſum, emarginatum. *Lab. inferius* trifidum, *laciniis* fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, longitudine corollæ, quorum *duo* longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ad labium ſuperius corollæ inclinatus. *Stigma* leviſſime bifidum.
Per. nullum. *Calyx* connivens, in ſinu ſemina fovens.
Sem. quatuor, ovata.
Obs. *Calycis* involucrum *eſſentiam generis in genere hoc conſtituit.*
Perianthium *in aliis fere æquale quinquedentatum*; *in aliis bilabiatum, labio ſuperiori magno integro, inferiori vix ullo*; *in aliis diphyllo.*
Origani T. *Flores ſolitarii ex ſquamulis propriis provenientes.*
Majoranæ T. *Flores e capitulo imbricato, quadragono prodeuntes.*
Dictamni *Raj. Boerh. Flores e capitulo laxo imbricato exeuntes.*

564. LAVANDULA *. *Tournef.* 93. *Riv.* I: 76-78. Stœchas *Tournef.* 95. *Riv.* I: 79. 80.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovatum, *ore* obſcure dentatum, breve, perſiſtens; bractea ſuffultum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* patens.
Labium ſuperius majus, bifidum, patens: *L inferius* trifidum, *laciniis* omnibus ſubrotundis, & fere æqualibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, brevia, intra tubum corollæ, deflexa, quorum *duo* breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* obtuſe emarginatum.
Per. nullum. *Calyx* ore connivens, ſemina fovens.
Sem. quatuor, fere ovata.
Obs. Lavandulæ T. *Flores in ſpicam ſimplicem digeſti.*
Stœchadis T. *Flores in ſpicam, ſeriebus variis ordinatam, comâ ſuperbientem congeſti.*

565. HYSSOPUS *. *Tournef.* 95. *Riv.* I: 99. Pſeudo-Chamæpitys *Riv.* I: 106.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, oblongum, ſtriatum, acute quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, tenuis, longitudine calycis. *Faux* inclinata. *Labium ſuperius* rectum, planum, breve, ſubrotundum, emarginatum: *L. inferius* trifidum, *lacinulis lateralibus* brevioribus, obtuſis, *intermedia* verticaliter cordata, acuta, lobis diſtantibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſimplicia, corollâ longiora, quorum *duo breviora*, ſub labio ſuperiori recondita: *duo* vero *longiora* labio inferiori incumbentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſub labio ſuperiori, cujus longitudine. *Stigma* bifidum.
Per. nullum. *Calyx* ſemina in ſinu continens.
Sem. quatuor, fere ovata.
Obs. Hyſſopi T. *Lacinia intermedia labii inferioris corollæ patens.*
Ruyſchianæ *Boerh. Lacinia intermedia labii inferioris corollæ ſpiraliter convoluta.*

566. MELISSA *. *Tournef.* 91. *Riv.* I: 64. Calamintha *Tournef.* 92. *Riv.* I. 65. 67.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, patentiuſculum, angulatum, ſtriatum, perſiſtens, *ore* bilabiato. *Labium ſuperius* tridentatum, reflexo-patens, planum: *Lab. inferius* brevius, acutiuſculum, bipartitum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus. *Faux* dehiſcens. *Labium ſuperius* brevius, erectum, fornicatum, ſubrotundum, emarginatum: *Lab. inferius* triſidum, *lacinia media* majori, cordata.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, quorum *duo* longitudine corollæ, *duo* dimidio breviora. *Antheræ* parvæ, per paria conniventes.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ, cum ſtaminibus ſub labio ſuperiore corollæ inclinatus. *Stigma* tenue, bifidum, reflexum.
Per. nullum. *Calyx* major, immutatus, in ſinu ſemina fovens.
Sem. quatuor, ovata.

567. HOR-

567. HORMINUM †. Meliſſæ ſpec. *Dill.* elth. 175. *f.* 216.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, rectum, lineis quinque angulatum, inæquale, ſemibifidum: *Labio ſuperiore* latiore, ovato, patentiore, tridentato, dentibus acuminatis: *Lab. inferiore* lanceolato, recto, bipartito: *laciniis* acuminatis.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Labium ſuperius* erectum, concavum, ſemibifidum, brevius. *Lab. inferius* trifidum: *lacinia intermedia* duplo majore, emarginata.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, adſcendentia, inflexa, quorum *duo* oppoſita paulo breviora, nulla corollâ longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. quatuor, ſubrotunda, obtuſe triquetra.

568. GLECHOMA *. Hedera terreſtris *Riv.* I: 98.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum, ſtriatum, minimum, perſiſtens, *ore* quinquedentato, acuminato, inæquali.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* tenuis, compreſſus. *Labium ſuperius* erectum, obtuſum, ſemibifidum: *Lab. inferius* patens, majus, obtuſum, trifidum, *lacinia intermedia* majori, emarginata.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore, quorum *duo* breviora. *Antherarum* ſingulum par connivens in formam crucis.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ſub labio ſuperiori, inclinatus. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. *Calyx* in ſinu ſemina fovens.
SEM. quatuor, ovata.

569. SIDERITIS *. *Tournef.* 90.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum, ferme ſemiquinquefidum: *laciniis* acutis, *inferioribus* patentioribus.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, oblongus. *Faux* oblonga, teretiuſcula. *Labium ſuperius* erectum, emarginatum, obtuſum: *Lab. inferius* trifidum, *laciniis lateralibus* acutioribus, labio ſuperiori fere minoribus, *media* ſubrotunda, crenata.
STAM. *Filamenta* quatuor, intra tubum corollæ, fauce breviora, quorum *duo* minora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus fere longior. *Stigma* bifidum, obtuſum, lacinulâ altera breviore.
PER. nullum. *Calyx* in ſinu ſemina fovens.
SEM. quatuor.

570. NEPETA *. *Riv.* I: 74. 75. Cataria *Tournef.* 95.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum: *ore* quinquedentato, acuto, erecto: *denticulis ſuperioribus* longioribus, *inferioribus* magis patulis.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, incurvus. *Limbus* dehiſcens. *Faux* patens, cordata, in lacinias duas, obtuſas, breviſſimas terminata. *Labium ſuperius* erectum, ſubrotundum, emarginatum: *Lab. inferius* ſubrotundum, concavum, majus, integrum, ſerratum.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori poſita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. *Calyx* rectus, ſemina in ſinu continens.
SEM. quatuor, ſubovata.
OBS. *Si lacinias faucis labio inferiori annumeres, erit labium inferius tripartitum.*

571. BE-

571. BETONICA *. *Tournef.* 96. *Riv.* I: 40.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* incurvus. *Labium superius* subrotundum, integrum, planum, erectum: *Lab. inferius* trifidum, *lacinula media* latiore, subrotunda, emarginata.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, quorum *duo* breviora, ad labium superius inclinata. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* figurâ, situ, & magnitudine staminum. *Stigma* bifidum.
PER. nullum. *Calyx* in sinu semina fovens.
SEM. quatuor, ovata.

572. MENTHA*. *Tournef.* 89. *Riv.* I: 68-71. Menthastrum *Riv.* I: 72. 73. Pulegium *Riv.* I: 31. 32.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, quinquedentatum, æquale, persistens.
COR. monopetala. *Petalum* erectum, tubulatum, calyce paulo longius. *Limbus* quadripartitus, fere æqualis; *laciniâ superiori* fere latiore, emarginata.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, erecta, distantia, quorum *duo* proxima longiora. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, erectus, corollâ longior. *Stigma* bifidum, patens.
PER. nullum. *Calyx* erectus, in sinu semina fovens.
SEM. quatuor, parva.

1 173 573. OCIMUM*. *Tournef.* 96. *Riv.* I: 22. 25.

CAL. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum, breviſſimum, perſiſtens.
Labium ſuperius planum, verticaliter cordatum, bifidum, latius, reflexum. *Lab. inferius* quadridentatum, acutum, connivens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* breviſſimus, patens.
Labium alterum ſurſum ſpectans, latius, ſemiquadrifidum, obtuſum, æquale.
Labium alterum deorſum ſpectans, anguſtius, integrum, ſerratum, longius.
STAM. *Filamenta* quatuor, ad labium deorſum ſpectans deflexa, quorum *duo* paulo longiora. *Antheræ* ſemilunares.
PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
PER. nullum. *Calyx* clauſus, ſemina fovens.
SEM. quatuor, ovata.
OBS. *Petali labium ſuperius deorſum ſpectat, inferius vero ſurſum patet, dictitante flexura ſtaminum; contraria ac in affinibus methodo.*

574. DRACOCEPHALUM *. *Tournef.* 83. *Hire* A. G. 1712. 11. Dracocephalus *Riv.* I: 35. Moldavica *Tournef.* 85. Pſeudo-Meliſſa *Riv.* I: 105.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens, breviſſimum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Faux* maxima, oblonga, inflata, hians, dorſo parum compreſſa. *Labium ſuperius* rectum, fornicatum, obtuſum: *Labium inferius* trifidum, *laciniæ laterales* erectæ, tanquam laciniæ faucis, *intermedia* dependens, parva, baſi antrorſum prominens, ſubrotunda, emarginata.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiore corollæ recondita, quorum *duo* paullo breviora. *Antheræ* ſubcordatæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum, tenue, reflexum.
Per. nullum. *Calyx* in fundo ſemina fovens.
Sem. quatuor, ovato-oblonga, triquetra.
Obs. Dracoceph. *T. calyx tubulatus, inflexus, quinquedentatus, æqualis,*
Moldavicæ *T. calyx ventricoſus, collo coarctatus, ore bilabiatus, labio ſuperiore latiore trifido, inferiore minore acutiore bipartito.*
Calycem *in genere hoc nil valere, docent ſpecies aliquæ Moldavicæ T. calyce ut in Dracocephalo T. præditæ.*
Eſſentia *generis conſiſtit in Fauce corollæ.*

575 MELITTIS *. Meliſſophyllum *Riv.* I: 29.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, teres, rectum, *ore* bilabiato. *Labium ſuperius* altius, emarginatum, acutum: *Lab. inferius* brevius, bifidum, acutum, *lacinulis* dehiſcentibus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* calyce longe anguſtior. *Faux* vix tubo craſſior. *Labium ſuperius* erectum, ſubrotundum, planum: *Lab. inferius* patens, trifidum, obtuſum, *lacinula intermedia* majori, crenata.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori, quo breviora, recondita, quorum *intermedia* breviora *exterioribus*. *Antheræ* conniventes per paria in crucem, bifidæ, obtuſæ.

Pist. *Germen* obtuſum, quadrifidum, villoſum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo ſemina continens.

Sem. quatuor.

Obs. *Calycis labium inferius interdum crenatum conſpicitur.*

576. CUNILA *. Marrubiaſtrum *Tournef.* 89.

Cal. *Perianthium* monophyllum, rigidum, perſiſtens. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* patens, quinquefidus, *laciniis duabus inferioribus* profundioribus, *intermedia ſuprema* latiori, *omnibus* ovatis cum acumine.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* calyce brevior. *Labium ſuperius* erectum, fornicatum, emarginatum: *Lab. inferius* leviſſime trifidum.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore corollæ, quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* ſitu & magnitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calycis* collum interius villoſum contrahitur, clauditur. Tubus incraſſatur. Limbus expanſus coronat fructum.

Sem. quatuor, ovata.

Obs. *Species caute inquirendæ ſunt, plures enim ab aliis ad hoc genus relatæ ſunt, quam quæ huc ſpectant.*

577. LA-

577. LAMIUM*. *Tournef.* 85. Galeopsis *Riv.* I: 90--22.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, superne patentius, desinens in setas quinque, acutas, fere æquales, persistens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, brevissimus. *Limbus* dehiscens. *Faux* inflata, compressa, gibba, utrinque denticulo reflexo terminata. *Labium superius* fornicatum, subrotundum, obtusum, integrum: *Lab. inferius* brevius, verticaliter cordatum, emarginatum, reflexum.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, sub labio superiori tecta, quorum *duo* longiora. *Antheræ* oblongæ, hirsutæ.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & situ staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. nullum. *Calyx* apertus, semina superne plana in sinu gerens.
Sem. quatuor, brevia, triquetra, hinc convexa, utrinque truncata.

578. GALEOPSIS*. Cannabis spuria *Riv.* I: 44. 45 Tetrahit *Dill.* gen. 3. 4. e.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, desinens in setas quinque, acutas, longitudine ipsius tubi, persistens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevis. *Limbus* dehiscens. *Faux* tubo paulò latior, calycis longitudine, ad basin labii inferioris utrinque denticulum acuminatum, concavum exserens. *Labium superius* subrotundum, concavum, apice serratum: *Lab. inferius* trifidum, *laciniis lateralibus* subrotundis, *mediâ* majore, emarginata, crenata.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, sub labio superiori recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* subrotundæ, bifidæ.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & situ staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. nullum. *Calyx* rigidus, rectus, in fundo semina continens.
Sem. quatuor, triquetra, truncata.

579. STACHYS *. *Riv.* I: 36-39. *Tournef.* 86. Galeopsis *Tournef.* 86.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, angulatum, semiquinquefidum, persistens, *denticulis* acuminatis, subulatis, parum inæqualibus.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevissimus. *Faux* oblonga, ad basin deorsum gibba. *Labium superius* erectum, subovatum, fornicatum, sæpe emarginatum: *Lab. inferius* majus, reflexum, trifidum, *lacinula intermedia* maxima.
Stam. *Filamenta* quatuor, quorum *duo* breviora, subulata, ad labium superius inclinata, eoque breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, situ & longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.
Sem. quatuor, ovata, angulata.
Obs. Galeopsis T. *Labium superius conchatum.*
Stachys T. *Labium superius erectum.*

580. BALLOTA *. Ballote *Tournef.* 85.

Cal. *Involucrum* dimidiatum: foliolis linearibus.
Perianthium monophyllum, tubulatum, pentagonum, oblongum, decem striis, erectum, persistens, æquale: ore acuto, patulo, plicato, quinquedentato.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis.
Labium superius erectum, ovatum, integrum, crenatum, concavum.
L. inferius trifidum, obtusum, *lacinula intermedia* majori, emarginata.
Stam. *Filamenta* quatuor, quorum *duo* breviora, subulata, inclinata ad labium superius, eoque breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.
Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, situ & figura staminum. *Stigma* tenue, bifidum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus semina in sinu fovens.
Sem. quatuor, ovata.
Obs. *Involucrum Clinopodii*; *Calyx Marrubii*; *Corolla Stachyos*; *adeoque Marrubio proxima.*

581. MAR-

581. MARRUBIUM *. *Tournef.* 91. *Riv.* I: 96. 97. Pseudodictamnus *Tournef.* 89. *Riv.* I: 106-108. 170

Cal. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme, tubulatum, decemstriatum: *ore* æquali, patulo, decemdentato: *denticulis* alternis, minoribus.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* dehiscens, *fauce* longa, tubulata. *Labium superius* erectum, semibifidum, acutum. *Lab. inferius* reflexum, latius, semitrifidum, *lacinia media* latiori, emarginata, *lateralibus* acutis.

Stam. *Filamenta* quatuor, corollâ breviora, sub labio superiori posita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & situ staminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Calyx* collo coarctatus, ore expansus, semina includens.

Sem. quatuor, oblongiuscula.

Obs. Marrubii T. *Labium superius corollæ erectum est.*
Pseudodictamni T. *Labium superius corollæ fornicatum est.*
Species alia *Dentibus calycinis quinque.*

582. MOLUCCELLA *. Molucca *Tournef.* 88. *Riv.* I: 93. 176

Cal. *Perianthium* maximum, monophyllum, turbinatum, sensim definens in limbum amplissimum, dentibus notatum, quorum *superior* remotior: incurvum, persistens.

Cor. monopetala, ringens, calyce longe minor. *Tubus* & *Faux* brevis. *Labium superius* erectum, concavum, integrum: *Lab. inferius* trifidum, *lacinula media* productiori, emarginata.

Stam. *Filamenta* quatuor, sub labio superiori: quorum *duo* breviora. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* magnitudine & situ staminum. *Stigma* bifidum.

Per. nullum. *Fructus* turbinatus, truncatus, in fundo *calycis* aperti.

Sem. quatuor, hinc convexa, inde angulata, superne latiora, truncata.

Obs. *Calyx in aliis dentibus longis, spinæformibus, in aliis vix conspicuis instruitur, cujus magnitudo maxime essentialis est.*

1 176 583. LEONURUS*. *Tournef.* 87. *Riv.* I: 26. Cardiaca *Tournef.* 87. *Riv.* I: 27. 28. Galeobdolon *Dill.* gen. 4.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceo-angulatum, oblongum, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* angustus. *Limbus* dehiscens, *Fauce* longa. *Labium superius* longius, semicylindraceum, concavum, gibbum, apice rotundato-obtusum, integrum, villosum: *Lab. inferius* reflexum, tripartitum, *laciniis* lanceolatis, fere æqualibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, sub labio superiori tecta, quorum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ, compressæ, in medio bifidæ, utrinque extensæ, incumbentes.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine & situ staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus, semina se ipso breviora continens.
SEM. quatuor, oblonga, hinc convexa, inde angulata.
OBS. Cardiacæ T. *calyx pentagonus*, *quinquedentatus*.
Leonuri T. *calyx decagonus*, *decemdentatus*.
Leonuri alia spec. T. *calyx decagonus* septem dentibus: *connatis in unum quatuor summis striis*.
Galeobdolon *D. calyx infundibuliformis*, *teres*. *Corollæ labium superius ovatum*, *concavum*.

1 174 584. ORVALA. Papia *Mich.* 17.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, superne magis dilatatum, incurvum, quinquedentatum, *denticulis inferioribus* brevioribus.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* erectus, longus, quadripartitus: *Lacinia superior* oblonga, convexa, leviter falcata, apice lunulata cum acumine: *Lacinia inferior* oblonga, patentior, apice lunulata cum acumine: *Laciniæ laterales* oblongæ, medio latiores; apice tridentatæ.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, longitudine corollæ, sub superioribus laciniis corollæ recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* didymæ.
PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* simplex, situ & longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. *Calyx* in fundo semina continens.
SEM. quatuor, ovato-reniformia.

585. PHLO-

585. PHLOMIS*. *Tournef.* 82. *Dill.* elth. 237. 238. Salvia fatua *Riv.* I: 104.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, oblongum, pentangulare, quinquedentatum, æquale, persistens, quinquepliсatum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* & *Faux* brevis. *Labium superius* ovatum, fornicatum, prono-inflexum, inferiori incumbens: *Lab. inferius* tripartitum, *lacinula media* majori, obtusiori, ad latera utrinque una alterave posita *lacinula.*
Stam. *Filamenta* quatuor, sub labio superiore recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* longitudine & situ staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. nullum. *Calyx* in fundo semina continens.
Sem. quatuor, oblonga, triquetra.

586. BRUNELLA*. *Tournef.* 84. *Riv.* I: 41-43.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum, fauce brevius, persistens.
Labium superius planum, latius, truncatum, levissime tridentatum.
Lab. inferius erectum, angustius, acutum, semibifidum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* brevis, cylindraceus. *Faux* oblonga.
Labium superius concavum, integrum, nutans.
L. inferius reflexum, trifidum, obtusum, *lacinia media* latiori, emarginata, serrata.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, quorum *duo* paulo longiora, apice ferme bifurca. *Antheræ* simplices, insertæ filamentis infra apices, tanquam in altero ramo.
Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, cum staminibus ad labium superius inclinatus. *Stigma* emarginatum.
Per. nullum. *Calyx* clausus, semina fovens.
Sem. quatuor, subovata.
Obs. *Essentialis character consistit in filamentis bifurcis, uti Crambes.*

587. SCU-

587. SCUTELLARIA *. *Riv.* I: 111-113. Caſſida *Tournef.* 84.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, tubulatum, *ore* ferme integro, ſquamula incumbente operculi inſtar clauſibile.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* breviſſimus, retrorſum flexus. *Faux* longa, compreſſa. *Labium ſuperius* concavum, trifidum: *lacinula media* concava, emarginata, *lateralibus* planis, acutiuſculis, *intermediæ* ſubjectis.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſub labio ſuperiore recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, incurvatum, acuminatum.

Per. nullum. *Calyx* clauſus, galeæformis, teſtæ vicem gerens, triquetrus, margine inferiore dehiſcens.

Sem. quatuor, ſubrotunda.

Obs. *Solo fructu ab omnibus aliis abunde diſtinguitur; Calyx enim galeæ cavitatem criſta & operculo repræſentat.*

588. PRASIUM *.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulato-turbinatum, erectum, bilabiatum.

Labiis erectis, perſiſtentibus: *ſuperiore* latiore, ſemi trifido, acuto; *inferiore* paulo minore, bipartito.

Cor. monopetala, ringens.

Labium ſuperius erectum, ovatum, obſolete emarginatum, concavum.

Lab. inferius latius, trifidum, reflexum: *lacinia* media majori.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, labio ſuperiori adpreſſa, patentia, eoque breviora; horum *duo* reliquis breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.

Pist. *Germen* quadrifidum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum; *lacinia altera* breviore.

Per. *Baccæ* quatuor, in fundo calycis, ſubrotundæ, unilociulares.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

Obs. *Hinc ſemina ipſa, ut in Rubo, pulpa circumdata, baccæ naturam induunt. Hic habetur planta tetragymnoſperma baccifera, qua nota ab aliis ejuſdem claſſis omnibus dignoſcitur.*

2. *AN-*

2. *ANGIOSPERMIA.*

Angiospermia *. (*Personati* Tournef.) distinguitur ab antecedenti, quod

Pericarpium semper tegat semina; sub quacunque formâ.

Stigma communiter obtusum est.

589. ANTIRRHINUM *. *Tournef.* 75. *Riv.* I: 118. 119. Linaria *Tournef.* 76. *Dill.* elth. 163. 164. *Riv.* I: 120. 125. *Pont.* 4: 11. Asarina *Tournef.* 76. Cymbalaria *Riv.* I: 127. Elatine *Dill.* gen. 6.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, persistens: *laciniis* oblongis, angustis, acutis, persistentibus, *inferioribus duabus* magis dehiscentibus.

COR. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, gibbus. *Limbus* bilabiatus, palato clausus. *Labium superius* bifidum, lateribus reflexum: *Lab. inferius* trifidum, obtusum. *Palatum* convexum, clausum rictu, prominens inter labia, e labio inferiori, subtus gutture concavo, productum.

Nectarium ad basin corollæ deorsum productum, prominens.

STAM. *Filamenta* quatuor, sub labio superiori inclusa, longitudine fere corollæ, *duo* tamen breviora. *Antheræ* conniventes.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine & situ staminum. *Stigma* obtusum.

PER. *Capsula* subrotunda, obtusa, bilocularis, variæ in variis dehiscentiæ & figuræ.

SEM. plurima. *Receptacula* reniformia, solitaria, dissepimento affixa.

OBS. Nectarium & Pericarpium *in hocce genere valde diversa occurrunt.*

Linariæ *T. Nectarium longum, subulatum. Capsula æqualiter dehiscens.*

Antirrhini *T. Nectarium obtusum, vix prominens. Capsula oblique apice dehiscens, basi inæqualis.*

Cymbalaria *Riv. caule pendulo.*

Elatine *Dill. Nectarium subulatum. Capsula dehiscens utrinque deponens lamellam.*

Species *etiam sunt rictu aperto, palato destitutæ.*

590. CYMBARIA. *Amm.* Ruth. I.

Cal. *Perianthium* multipartitum, erectum: *laciniis* duabus oppositis validioribus, patentioribus, decem erectis, linearibus; persistens.
Cor. monopetala. *Tubus* oblongus, ventricosus. *Limbus* ringens: *Labio superiore* bipartito, reflexo, obtuso; *inferiore* trifido, obtuso.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine tubi. *Antheræ* bifidæ, prominentes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, apice incurvo. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* ovata, unilocularis, bivalvis. *Receptaculum* quadrangulare.
Sem. plurima, angulata, lævia.
Obs. *Calyce solo ab omnibus distinguitur facile.*

591. RHINANTHUS *. Crista galli *Riv.* I: 136. Pedicularis species *Tournef.* 77. B. F. M. N. O. P. Elephas *Tournef.* 482.

Cal. *Perianthium* monophyllum, subrotundum, inflatum, compressum, quadridentatum, persistens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* fere cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* dehiscens, basi compressus. *Labium superius* galeatum, compressum, emarginatum, angustius: *Lab. inferius* patulum, planum, semitrifidum, obtusum: *lacinia media* latiori.
Stam. *Filamenta* quatuor, longitudine labii superioris, sub quo recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* incumbentes, hinc bifidæ, hirsutæ.
Pist. *Germen* ovato-compressum. *Stylus* filiformis, situ staminum, eisque longior. *Stigma* obtusum, inflexum.
Per. *Capsula* orbiculata, erecta, compressa, bilocularis, bivalvis, dissepimento valvis opposito, marginibus dehiscens.
Sem. plurima, compressa.
Obs. Elephas *T. capsulæ margo obtusus, semina simplicia, calyx inæqualis bilabiatus.*
Crista gall. *Riv. capsulæ margo auctus, semina membrana cincta, calyx æqualis, quadrifidus.*

592. PE-

592. PEDICULARIS *. *Riv.* I: 135. Pedicularis ſpecies *Tournef.* 77. A. D. E. H. I. K. L. 184

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, ventricoſum, *ore* quinqueſido, inciſo, crenato, æquali; perſiſtens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, gibbus. *Labium ſuperius* galeatum, erectum, compreſſum, emarginatum, anguſtius; *L inferius* patens, planum, ſemitrifidum, obtuſum: *lacinia media* anguſtiore.
STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine labii ſuperioris, ſub quo recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* incumbentes, ſubrotundæ, compreſſæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſitu ſtaminum, ſed longior. *Stigma* obtuſum, inflexum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, acuminata, bilocularis, diſſepimento valvis oppoſito, apice dehiſcens.
SEM. plurima, ſubrotunda, compreſſa, tecta. *Receptacula* oblonga, petiolata.
OBS. *Capſula apice obliqua eſt in plurimis.* Sceptrum Carolinum *Rudb. capſula regulari gaudet, & rictu clauſo. Dantur ſpecies calycis ore bifido.*

593. BARTSIA *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens; *ore* obtuſo, bifido; *laciniis* emarginatis, apicibus coloratis.
COR. monopetala, ringens. *Labium ſuperius* erectum, tenue, integrum, calyce longius: *Lab. inferius* reflexum, trifidum, obtuſum, minimum. *Tubus* longitudine vix calycis.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſetacea, longitudine labii ſuperioris, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* oblongæ, approximatæ, ſub apice labii ſuperioris.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum, nutans.
PER. *Capſula* ovata, compreſſa, acuminata, bilocularis, bivalvis, diſſepimento oppoſito.
SEM. numeroſa, angulata, parva.
OBS. *Eſt genus quaſi medium inter Rhinanthum, Euphraſiam & Pedicularem.*

594. EUPHRASIA *. *Tournef.* 78. *Riv.* I: 132. Odontitis *Dill.* gen. 6. *Riv.* I. 133. 134.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quadrifidum, inæquale, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Labium superius* concavum, emarginatum: *Lab. inferius* patens, tripartitum: *laciniis* æqualibus, obtusis.
STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, sub labio superiore inclinata *Antheræ* laterales.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, situ & figura staminum. *Stigma* obtusum, integrum.
PER. *Capsula* ovato-oblonga, compressa, bilocularis.
SEM. numerosa, minima, subrotunda.

595. MELAMPYRUM *. *Tournef.* 78. *Riv.* I: 115-117.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, semiquadrifidum: *laciniis* tenuibus, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* oblongus, recurvus. *Limbus* compressus. *Labium superius* galeatum, compressum, emarginatum, marginulis lateralibus reflexis: *L. inferius* planum, erectum, longitudine superioris, semitrifidum, *laciniis* æqualibus, obtusum, *eminentiis* duabus in medio notatum.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, curva, sub labio superiori recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* acuminatum. *Stylus* simplex, situ & longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* oblonga, acuminata, compressa, *margine superiori* convexo, *inferiori* recto, bilocularis, bivalvis, dissepimento valvis contrario, futurâ superiori dehiscens.
SEM. gemina, ovata, magna, basi aucta.

596. O-

596. OROBANCHE *. *Tournef.* 81. *Riv.* I: 130. Dentariæ affinis *Gronov.* Virg. 70.

Cal *Perianthium* monophyllum, ſemiquadrifidum, erectum, coloratum, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* inclinatus, amplus, ventricoſus. *Limbus* patens. *Labium ſuperius* concavum, apertum, emarginatum: *L. inferius* reflexum, trifidum, margine inæquali: *laciniis* omnibus ſubæqualibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* erectæ, conniventes, limbo breviores.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſemibifidum, obtuſum, craſſiuſculum, nutans.
Per. *Capſula* ovato-oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis. *Receptacula* quatuor, linearia, lateralia, adnata.
Sem. numeroſa, minima.
Obs. *Species datur calyce quinquefido. Stigmatis lacinia ſingula emarginata.*

597. LATHRÆA *. Clandeſtina *Tournef.* 424.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, rectum: *ore* profunde quadrifido.
Cor. *Petalum* unicum. *Tubus* calyce longior. *Limbus* ringens, ventricoſus. *Labium ſuperius* concavum, galeatum, latum, apice anguſto, adunco: L. *inferius* minus, reflexum, obtuſum, trifidum.
Nectarium. Glandula emarginata, utrinque depreſſa, breviſſima, receptaculo floris ad angulum alterum germinis inſerta.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine corollæ, ſub labio ſuperiore recondita. *Antheræ* obtuſæ, depreſſæ, conniventes.
Pist. *Germen* globoſo-compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* truncatum, nutans.
Per. *Capſula* ſubrotunda, obtuſa cum acumine, unilocularis, bivalvis, elaſtica, calyce maximo patente veſtita.
Sem. pauca, ſubgloboſa.
Obs. *Ad* Squamariam *proxime accedit.*

598. PHELYPÆA *. *Tournef.* 479.

180

CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, semibifidum.
COR. monopetala, ringens. *Tubo* brevissimo, subrotundo. *Faux* oblonga. *Limbus* utrinque patens. *Labium superius* bipartitum, erectum, *lacinulis* subrotundis: *L. inferius* tripartitum, *lacinulis* obtuse subrotundis, *media* majori.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, longitudine faucis corollæ, quorum *duo* breviora. *Antheræ* inferiores, majores.
PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* crassus, incurvatus apice. *Stigma* capitatum.
PER. *Capsula* ovata, acuminata, compressa, unilocularis, bivalvis.
SEM. numerosa, oblonga.
OBS. Squamariæ *maxime affinis est.*

599. SQUAMARIA *. *Riv.* I: 131. Anblatum *Tournef.* 481.

183

CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, compressum, semiquadrifidum, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* compressus, dehiscens. *Labium superius* longius, rectum, integrum: *L. inferius* rectum, integrum.
STAM. *Filamenta* quatuor, simplicia, longitudine corollæ, ad labium alterum inclinata, quorum *duo* longiora. *Antheræ* inferne bifidæ, villosæ.
PIST. *Germen* ovato-acutum. *Stylus* simplex, situ & longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Capsula* subrotunda, acuta, unilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, rotunda.

600. CHELONE *. *Dill.* gen. 11. Anonymos *Gron*: Virg: 71. 72.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, breviſſimum, perſiſtens: *laciniis* erectis, ovatis.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Faux* inflata, oblonga, ſupra convexa, infra plana. *Limbus* clauſus, parvus. *Labium ſuperius* obtuſum, emarginatum; *Labium inferius* cum ſuperiori fere æquale, leviſſime trifidum.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſub dorſo corollæ recondita, quorum *duo lateralia* paulo longiora. *Antheræ* ovatæ, villis tomentoſæ.
Rudimentum quinti filamenti, mucronis inſtar, intra ſuperius ſtaminum par.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* ovata, bilocularis, calyce longior.
SEM. plurima, ſubrotunda, margine membranaceo cincta.
OBS. *Rudimentum quinti ſtaminis eſt nota hujus generis conſtantiſſima.*

601. HALLERIA *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemitrifidum, planum, patens, obtuſiſſimum, perſiſtens: *lacinia ſuperiore* duplo latiore.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* baſi ſubrotundus, fauce ventricoſa inflexus. *Limbus* obliquus, erectus, quadrifidus: *lacinia ſumma* paulo longiore, obtuſa, emarginata; *lac: laterales* breviores, latiores, acutiores, *lac: infima* breviſſima, tenuiſſima, acutiſſima.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſetacea, recta, tubo inſerta, corolla longiora, quorum *duo* paulo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* ſtaminibus longiorem. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca* ſubrotunda, bilocularis.
SEM. ſæpe ſolitaria.

602. GES-

602. GESNERIA †. Gesnera *Plum.* 9. *Fevill.* 3. 16.

CAL. *Perianthium* monophyllum, germine prægnans, semiquinquefidum, acutum, persistens.
COR. monopetala, incurva & recurva. *Tubus* crassiusculus, æqualis, vel inflexus, & supra medietatem reflexus. *Limbus* obliquus, quinquefidus, obtusus, æqualis.
STAM. *Filamenta* quatuor? corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* infra receptaculum floris. *Stylus* simplex, sursum flexus. *Stigma* capitatum.
PER. *Capsula* subrotunda, calyceque coronata patulo, bilocularis.
SEM. numerosissima, minima. *Receptaculum* utrinque dissepimento adnatum, reniforme.
OBS. *Fevilleo depictus flos toto coelo â Plumieriano quoad iconem differt, & Digitali propius accedere videtur.*

603. DODARTIA *. *Tournef.* 478.

CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, quinquedentatum, tubulosum.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, deflexus, calyce multo longior. *Labium superius* erectum, semibifidum: *Labium inferius* patens, latius, trifidum, duplo longius, obtusum, *lacinia intermedia* minore.
STAM. *Filamenta* quatuor, ad labium superius inclinata, eoque breviora. *Antheræ* parvæ, subrotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* subulatus, longitudine corollæ. *Stigma* compressum, oblongum, obtusum, bifidum, lamellis conniventibus.
PER. *Capsula* globosa, bilocularis.
SEM. numerosa, minima. *Receptaculum* convexum, dissepimento adnatum.

604. BAR-

604. BARLERIA †. *Plum.* 31.

1
346

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, erectum: *laciniis* linearibus, persistentibus.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Faux* oblonga, inflata. *Labium superius* erectum, emarginatum, obtusum: *inferius* trifidum: *lacinia media* magnitudine & figura labii superioris; *lateralibus* obtusis, patulis, minoribus, integris.
Stam. *Filamenta* quatuor, subulata, ad labium superius inclinata, quorum *duo* breviora. *Antheræ* erectæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, situ & longitudine staminum. *Stigma* acuminatum.
Per. *Capsula* quadrangularis, oblonga, unilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, plana, orbiculata, imbricata.

605. GERARDIA †. *Plum.* 12.

1
181

Cal. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, erectum, acutum, persistens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* teres, calyce longior. *Labium superius* erectum, obtusum, planum, latius, emarginatum: *Lab. inferius* reflexum, tripartitum, *laciniis lateralibus* emarginatis, *media* breviore, bipartita.
Stam. *Filamenta* quatuor, vix tubi longitudine, quorum duo paulo breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ovatum, parvum. *Stylus* simplex, brevis. *Stigma* obtusum.
Per. *Capsula* ovata, bilocularis, bivalvis, basi dehiscens.
Sem. ovata, solitaria.

606. CLERODENDRUM †. *Burm.* zeyl. 29: 1. vide H. M. II: 25.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovato-acutis, tubo corollæ latioribus, persistentibus.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* tenuis, longus. *Labium superius* concavum, erectum, bifidum, obtusum: *Lab. inferius* ejusdem longitudinis, tripartitum, reflexum, obtusum: *laciniis omnibus* æqualibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, corollâ multo longiora, quorum *duo* breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* figura, longitudine, & situ staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Drupa* subrotunda, calyci magno imposita.
SEM. unicum, subrotundum.
OBS. H. M. *Corollæ lacinias omnes æquales, una simul ad alterum latus flexas esse statuit, hiatum replentibus staminibus. Semina etiam duo vel tria commemorat.*

607. BONTIA †. *Plum.* 23. *Dill.* elth. 49. f. 57.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, obtuso-acuminatum, erectum, minimum, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* longus, cylindraceus. *Limbus* dehiscens. *Labium superius* erectum, emarginatum: *Lab. inferius* revolutum, semitrifidum, magnitudine superioris.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, ad labium superius inclinata, longitudine corollæ, *duo* reliquis altiora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, situ & longitudine staminum. *Stigma* bifidum, obtusum.
PER. *Drupa* ovalis, magna.
SEM. *Nux* ovalis, unilocularis.

608. SCHWALBEA †. *Gronov.* Virg. 71.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulato-ventricosum, striatum, *ore* quadrifido, obliquo: *lacinia summa* brevissima; *lateralibus* longioribus; *infima* adhuc longiore, latiore, emarginata.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* erectus. *Labium superius* erectum, concavum, integerrimum: *L. inferius* ejusdem longitudinis, trifidum, obtusum, *lacinulis* æqualibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, longitudine corollæ, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* situ, figurâ & longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, recurvum.
PER. *Capsula* bilocularis? vel nulla?
SEM. unicum, subrotundum, parvum.

609. DIODIA †. authore Cl. Gronovio.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* subovatis, germini insidentibus, æqualibus, persistentibus.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* tenuis, calyce longior. *Labium superius* erectum, bifidum: *Lab. inferius* patens, bifidum, *laciniis* lanceolatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, setacea, erecta, quorum *duo* opposita longiora. *Antheræ* oblongæ, versatiles.
PIST. *Germen* subrotundum, quadragonum, sub receptaculo floris. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum.
PER. *Capsula* ovata, quadragona, coronata calyce majore, bilocularis, bivalvis.
SEM. solitaria, ovato-oblonga, nitida, hinc convexa, inde plana.
OBS. *A Melampyro itaque diversum genus.*

610. CRANIOLARIA †. Martyniæ ſpec. *Houſt.*

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* linearibus, brevibus, patulis, perſiſtentibus.
Spatha ovata, inflata, magna, latere altero longitudinaliter diſſecta.

COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* omnium longiſſimus, anguſtiſſimus.
Limbus planus, bilabiatus. *Labium ſuperius* integrum, ſubrotundum: laciniis reliquis ſimile, ſed majus. *Labium inferius* trifidum, *laciniis* ſubrotundis, *medià* latiore.

STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine tubi corollæ, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.

PER. coriaceum, ovatum, utrinque acutum, bivalve.

SEM. *Nux* lignoſa, depreſſa, utrinque acuminata; acumine incurvo, bipartito: tribus utrinque ſulcis denticulatis notata: (Figura cranii alicujus Feræ) lateribus bifida.

611. MARTYNIA*. *Mart.* I: 42. vide H. M. IX: 53.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* lanceolatis, ſerratis, *tribus* erectis, *duobus* reflexis.

COR. monopetala, campanulata. *Tubus* magnus, patens, ventricoſus, inferne ad baſin gibbus, mellifer. *Limbus* parvus, quinquefidus, obtuſus, patens: *laciniis* fere æqualibus, excepta *infima* erectiori, concava, crenata.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, incurva, *unicum par* inflexum intra alterum & reflexum, *duo* ſuperiora. *Rudimentum* filamenti quinti intra ſuperius par ſtaminum, cuſpidis inſtar brevis. *Antheræ* connexo-conniventes.

PIST. *Germen* oblongum, infra receptaculum. *Stylus* brevis, ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* planum.

PER. *Capſula* oblonga, gibba, quadrangularis, ſingulo latere biſulcato, utrinque acuminata, apice recurva, bifariam dehiſcens, ſemina tanquam in nucleo quadrilocular includens.

SEM. quatuor, oblonga, intra *Receptaculum* durum, quadrifidum involuta.

OBS. *Filamentorum flexura ſingularis valde eſt in hocce genere, ſed obſervatur præcipue poſtquam farinam ejaculaverunt Antheræ.*

612. SCRO-

612. SCROPHULARIA*. *Tournef.* 74. *Riv.* I: 158. 159.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, persistens, *laciniis* corollâ brevioribus, rotundatis.
COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* globosus, magnus, inflatus. *Limbus* quinquepartitus, minimus: *Laciniis* duabus superioribus majoribus, erectis; *duabus* lateralibus, patulis, tertia infima, reflexa.
STAM. *Filamenta* quatuor, linearia, deflexa, longitudine corollæ, quorum *duo* seriora. *Antheræ* didymæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, situ & longitudine staminum. *Stigma* simplex.
PER. *Capsula* subrotunda, acuminata, bilocularis, bivalvis, dissepimento e marginibus valvularum inflexis constructo, apice dehiscens.
SEM. plurima, parva. *Receptaculum* unum, subrotundum, in utroque loculo se insinuans.
OBS. *In fauce corollæ, sub lacinia limbi suprema, reperitur lacinia quædam, labrum parvum mentiens, quæ omnibus speciebus communis non est.*
Corolla concipi potest in hoc genere inversa seu labio superiore deorsum spectante, inferiore sursum. e. gr. Lab. superius minus recurvum, ad quod stamina declinata, rotundatum; lateralia crenata, rotundata cum supremo æqualia. L: inferius majus, patulum, bipartitum: intermedia minima antice.

613. SESAMUM*.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, erectum, æquale, brevissimum, persistens: *laciniis* lanceolatis: summa breviore.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* subrotundus, longitudine fere calycis. *Faux* inflata, patens, campanulata, maxima, declinata. *Limbus* quinquefidus: *laciniis quatuor*, patulis, fere æqualibus; *quinta* infima duplo longiore, ovata, recta.
STAM. *Filamenta* quatuor, e tubo enata, corolla breviora, adscendentia, setacea, quorum *duo interiora* breviora. *Antheræ* oblongæ, acutæ, erectæ.
PIST. *Germen* ovatum, hirsutum. *Stylus* filiformis, adscendens, staminibus paulo longior. *Stigma* lanceolatum, bipartitum: lamellis parallelis.
PER. *Capsula* oblonga, obsolete quadragona, compressa, acuminata, quadrilocularis.
SEM. plurima, subovata.
OBS. *Flos Digitalis, sed fructus diversissimus.*

614. DIGITALIS *. *Tournef.* 73. *Malp.* 134. *Riv.* I: 154--156.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum : *laciniis* ſubrotundis, acutis, perſiſtentibus, *ſupremâ* cæteris anguſtiore.
COR. monopetala, campanulata. *Tubus* magnus, patens, deorſum ventricoſus, *baſi* cylindracea, arcta. *Limbus* parvus, quadrifidus : *laciniâ ſuperiori* patentiori, emarginata, *infimâ* majori.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, baſi corollæ inſerta, ad idem latus inclinata, quorum *duo* longiora. *Antheræ* bipartitæ, hinc acuminatæ.
PIST. *Germen* acuminatum. *Stylus* ſimplex, ſitu ſtaminum. *Stigma* acutum.
PER. *Capſula* ovata, longitudine calycis, acuminata, bilocularis, bivalvis, valvis bifariam rumpentibus.
SEM. plurima, parva.
OBS. *Dantur ſpecies in quibus corollæ laciniæ acutæ & evidentiores ſunt, & labium ſuperius ac inferius acutum, magisque prominens.*

615. BIGNONIA *. *Tournef.* 72. Pſeudo-Gelſeminum *Riv.* I: 151.

CAL. *Perianthium* monophyllum, erectum, cyathiforme, quinquefidum.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* minimus, longitudine calycis. *Faux* longiſſima, ventricoſa, oblongo-campanulata. *Limbus* quinquepartitus, *laciniis duabus ſuperioribus* reflexis : *inferioribus* patulis.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora, quorum *duo* reliquis longiora. *Antheræ* reflexæ, oblongæ, velut duplicatæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, ſitu & figura ſtaminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Siliqua* bilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, imbricata, compreſſa, utrinque alata.
OBS. *Species* Catalpa *ſtaminibus tantum duobus perfectis gaudet, & tribus rudimentis ſtaminum minimis, cum Calyce pentaphyllo.* Siliquæ figura *in hoc genere indeterminata eſt.* Semina *ſemper alata, licet quædam ab altera tantum parte.*

616. RU-

616. RUELLIA *. *Plum.* 2. *Dill.* elth. 248. 249.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, persistens: *laciniis* linearibus, acutis, rectis, persistentibus.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* calycis longitudine, *collo* patulo, inclinato. *Limbus* quinquefidus, patens, obtusus: *laciniis* duabus superioribus magis reflexis.
STAM. *Filamenta* quatuor, in dilatatione tubi posita, per paria connexa. *Antheræ* vix tubo longiores.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum: lacinia inferiori involuta.
PER. *Capsula* teres, utrinque acuminata, longitudine calycis, semi-bilocularis, bivalvis.
SEM. nonnulla, subrotunda, compressa.

617. OVIEDA †. Valdia *Plum.* 24.

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum, acutum, erectum, latiusculum, breve, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* omnium longissimus, tenuis, superne crassior, germini insidens. *Labium superius* concavum, emarginatum. *L. inferius* tripartitum, æquale.
STAM. *Filamenta* quatuor, corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* globosum, inter calycem & corollam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. *Bacca* globosa, *calyci* majori, campaniformi, erecto, indita.
SEM. duo, ovata.

618. CO-

618. COLUMNEA †. *Plum.* 33.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* erectis, lanceolatis, persistentibus.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longus, parum ventricosus. *Limbus* bilabiatus.
Labium superius erectum, concavum, integrum.
Lab. inferius patens, tripartitum; *laciniis* lanceolatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, quorum duo longiora, sub labio superiore recondita. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine labii superioris. *Stigma* bifidum, acutum.
Per. *Bacca* globosa, bilocularis, calyci insidens, ejusque magnitudine.
Sem. numerosa, oblonga, *Receptaculo* maximo incumbentia.

619. BESLERIA. *Plum.* 5.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acuminatum, erectum, laxum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* longitudine calycis, teretiusculus, hinc basi & apice gibbus. *Limbus* quinquefidus, *laciniis* subrotundis, quarum *infima* maxima, *duæ superiores* minus divisæ.
Stam. *Filamenta* quatuor, intra tubum corollæ, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* ovatum, desinens in stylum subulatum, minimum. *Stigma* acutum.
Per. *Bacca* globosa, unilocularis.
Sem. numerosa, rotunda, minima, nidulantia.

620. OBULARIA †.

CAL. nullus: cujus loco *foliola* duo plantæ.
COR. monopetala. *Tubus* campanulatus, ventricosus, pervius. *Limbus* quadripartitus, patulus: *laciniis* tubo brevioribus, bifidis, parum inæqualiter laciniatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, ex divisuris corollæ, *proxima* paulo longiora. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ovatum, compressum. *Stylus* fere cylindraceus, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, crassiusculum, persistens.
PER. *Capsula* subovata, compressa, ventricosa, bivalvis, dissepimento opposito.
SEM. numerosa, farinæ instar parva.

621. CRESCENTIA. Cujete *Plum.* 16.

CAL. *Perianthium* monophyllum, bipartitum, breve, deciduum: *laciniis* erectis, concavis, obtusis.
COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* gibbus, curvus, puculatus. *Limbus* erectus, quinquefidus: *laciniis* inæqualibus, repando-sinuatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, longitudine corollæ, patula, quorum *duo* paulo breviora. *Antheræ* incumbentes, obtusæ.
PIST. *Germen* petiolatum, ovatum. *Stylus* filiformis, longus. *Stigma* capitatum.
PER. *Bacca* ovalis, dura, unilocularis.
SEM. plurima, subcordata, nidulantia, bilocularia.

622. PETREA †. *Houſt.* A. A.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, patens, maximum, coloratum, perſiſtens: *laciniis* oblongis, obtuſis.
COR. monopetala, inæqualis, calyce minor. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* planus, quinquefidus: *laciniis* rotundatis, fere æqualibus, *infimâ* maxima.
STAM. *Filamenta* quatuor, intra tubum corollæ recondita, quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
PER. . . . .
SEM. . . . .
OBS. *Houſtonus, qui Petreæ genus condidit, florem hujus plantæ deſcripſit: fructum autem Tetraceræ* 533 *noſtræ. Quæ licet facie externa quodammodo conveniant (non autem ſitu foliorum) tamen immenſe differunt inter ſe.*

623. CELSIA *.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolatis, obtuſis, longitudine corollæ, perſiſtentibus.
COR. monopetala. *Tubus* omnium breviſſimus. *Limbus* planus, ſemiquinquefidus, inæqualis: *laciniis* ſubrotundis, quarum *duo inferiores* minimæ, *infima* maxima.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſetoſa, verſus lacinias minimas corollæ inclinata, quorum *duo longiora* corollâ breviora, extrorſum lanata. *Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, apice compreſſa, acuminata, calycī inſidens, bilocularis.
SEM. plurima, parva, angulata. *Receptacula* ſolitaria, hemiſphærica.
OBS. *Ex dictis in quantum a verbaſco differat, patet.*

624. LIN-

624. LINNÆA *. Authore Clariſſ. Dn. *Gronovio.*

Cal. *Perianthium* duplex: *P. Fructus* tetraphyllum: *foliolis duobus* oppoſitis, minimis, acutis: *reliquis duobus* ellipticis, concavis, erectis, hiſpidis, germen amplectentibus, conniventibus, perſiſtentibus.

P. Floris germini inſidens, monophyllum, quinquepartitum, erectum, anguſtum, acutum.

Cor. monopetala, turbinata, ſemiquinquefida, obtuſa, fere æqualis, calyce floris duplo major.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, fundo corollæ inſerta: quorum *duo* minima, *duo proxima* longiora, corollâ breviora. *Antheræ* compreſſæ, verſatiles.

Pist. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* filiformis, rectus, longitudine corollæ, ad alterum latus inclinatus. *Stigma* globoſum.

Per. *Bacca* exſucca, ovata, bilocularis, tecta Perianthio fructus hiſpido, glutinoſo, decidua.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

625. LIPPIA †. *Houſt.* A. A.

Cal. *Perianthium* ſubrotundum, compreſſo-planum, perpendiculare, utroque latere margine tenui auctum, diametro tranſverſali ſuperante perpendicularem longitudinem, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens, ventricoſa. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* rotundatis, *inferiore* & *ſuperiore* majore, *ſuperiore* reflexa.

Stam. *Filamenta* quatuor, corollâ breviora, quorum *duo* reliquis longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.

Per. *Capſula* bivalvis, unilocularis, compreſſa, tecta, calyce ſquamulæ inſtar erectæ.

Sem. bina, coalita.

Obs. *Fructificationes plures in capitulum collectæ ſunt*

626. LIMOSELLA *. Plantaginella *Dill.* gen. 6.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.
COR. *Petalum* unicum, erectum, æquale, ſemiquinquefidum, acutum, parvum, *laciniis* patentibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, erecta, quorum *duo* eidem lateri approximata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, obtuſum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* globoſum.
PER. *Capſula* ovata, calyce ſemi-involuta, unilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, ovalia. *Receptaculum* ovatum, maximum.

627. SELAGO *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, parvum, perſiſtens; *lacinia inferiore* majori.
COR. monopetala. *Tubus* minimus, vix perforatus. *Limbus* patens, quinquepartitus, fere æqualis: *laciniis duabus ſuperioribus* minoribus, *infima* majori.
STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, longitudine corollæ, cui inſerta, quorum *duo ſuperiora* longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, acutum.
PER. nullum. *Corolla* ſemen involvens.
SEM. unicum, ſubrotundum.

628. BROWALLIA *. *Hort. Cliffort.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, breve, quinquedentatum, persistens: *denticulis* parum inæqualibus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, calyce duplo longior. *Limbus* planus, quinquefidus; *laciniis* rotundatis; *superiore* paulo majore. Centrum limbi tubum claudens, à latero altero seu superiore prominens.
Stam. *Filamenta* quatuor, in superiori parte tubi corollæ, tecta umbilico limbi, brevia, quorum *duo proxima* brevissima. *Antheræ* simplices, incurvæ, conniventes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* crassiusculum, compressum, emarginatum.
Per. *Capsula* ovata, obtusa, unilocularis, tecta, apice quadrifariam dehiscens.
Sem. numerosa, parva. *Receptaculum* liberum, compressum.

629. ERINUS †. Ageratum *Tournef.* inst. 422.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, *foliolis* lanceolatis, erectis, fere æqualibus, persistentibus.
Cor. monopetala, inæqualis. *Tubus* ovato-cylindraceus, longitudine calycis, reflexus. *Limbus* planus, quinquepartitus: *laciniis* fere æqualibus, oblongis, obtusis, emarginatis.
Stam. *Filamenta* quatuor, brevissima, intra tubum corollæ, quorum *duo* opposita paulo longiora. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* subovatum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* ovata, calyce obvoluta, bilocularis, bifariam dehiscens.
Sem. numerosa, parva.

630. BUCHNERA †. Hort. Clif. 501.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, persistens: ore obsolete quinquedentato.
COR. monopetala. *Tubus* longissimus, filiformis, arcuatus. *Limbus* planus, brevis, quinquepartitus, æqualis: *laciniis* obverse cordatis, basi attenuatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, brevissima, in fauce corollæ, quorum duo superiora extra prominentia, brevia. *Antheræ* oblongæ, obtusæ.
PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* ovato oblonga, acuminata, tecta, bilocularis, apice bifariam dehiscens.
SEM. numerosa, angulata.

631. TOZZIA *Mich.* 16.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, brevissimum, quinquedentatum, persistens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce longior. *Limbus* patens. *Labium superius* bifidum: *Lab. inferius* trifidum, *laciniis* omnibus fere æqualibus, rotundatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, sub labio superiori recondita. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, situ & longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Capsula* globosa, unilocularis, univalvis.
SEM. ovata.

632. LAN-

632. LANTANA *. Camara *Plum.* 2. *Dill.* elth. 56. 57. Myrobatindum *Vail.* A. G. 1722. Pſeudo-Viburnum *Riv.* I: 172.

Cal. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, connivens, obſolete quadridentatum, tubuloſum, perſiſtens.
Cor. monopetala, fere æqualis. *Tubus* cylindraceus, tenuis, calyce longior, parum obliquus, connivens. *Limbus* planus, vix æqualiter quinquefidus, obtuſus.
Stam. *Filamenta* quatuor, minutiſſima, in medio tubi corollæ poſita, tenuiſſima, quorum *duo* paullo ſuperiora. *Antheræ* in eodem loco, ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* refractum, unci inſtar deorſum acutum, & ſtyli apici velut oblique adnatum.
Per. *Drupa* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. *Nux* rotundo-pyramidata, bilocularis. *Nuclei* totidem oblongi.
Obs. *Eſſentialis character conſiſtit in figura Stigmatis.*
Camara *Plum.* *Involucrum polyphyllum: Receptaculum fructificationum commune oblongum flores ſeſſiles, ſæpius admodum inæquales, colligit.*
Lantana floribus ſolitariis * Jaſminum folio ilicis *&c. Comm. rar.* 6. *involucro deſtituitur, & floribus magis regularibus gaudet*; Limbo quinquefido æquali fere, baſi globoſa, calyce quinquepartito lineari.

633. CORNUTIA *. *Plum.* 17. Agnanthus *Vaill.* A. G. 1722.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſubrotundum, minimum, tubuloſum, quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce multo longior. *Limbus* quadrifidus: *Lacinia ſuperiore* erecta, ſubrotunda; *lateralibus* diſtantibus; *inferiore* ſubrotunda, integra.
Stam. *Filamenta* quatuor, quorum duo extra corollæ tubum prominentia. *Antheræ* ſimplices, inclinatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* longiſſimus, bipartitus. *Stigmata* craſſiuſcula.
Per. *Bacca* globoſa, baſi calyce comprehenſa.
Sem. reniforme.

634. VI-

634. VITEX *. *Tournef.* 373. *Riv.* I: 171.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, breviſſimum, quinquedentatum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, tenuis. *Limbus* planus, bilabiatus. *Labium ſuperius* triſidum, *lacinula media* latiori: *Lab. inferius* triſidum, *lacinula media* majore.
Stam. *Filamenta* quatuor, capillaria, tubo paulo longiora, quorum *duo* reliquis breviora. *Antheræ* verſatiles.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigmata* duo, ſubulata, patentia.
Per. *Bacca* globoſa, quadrilocularis.
Sem. ſolitaria, ovata.

635. ÆGINETIA. vide H. M. XI: 47.

Cal. *Spatha* ovata, inflata, colorata, univalvis, longitudinaliter præſertim a parte ſuperiori dehiſcens.
Cor. monopetala. *Baſis* globoſa, magna, inflata. *Tubus* brevis, cylindraceus, patens. *Limbus* patulus, parvus, margine repando.
Stam. *Filamenta* quatuor, incurva, longitudine corollæ, quorum *duo* breviora. *Antheræ* conniventes, oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* magnum, ſubrotundum, nutans.
Per. . . . .
Sem. . . . .
Obs. *Fructus licet non deſcribatur, diſtinctiſſimum tamen eſſe genus a ſolo flore, dictitant clare data attributa.*

636. CAP-

636. CAPRARIA *. *Fevill.* II. 48. Samoloides *Boerh.* Ageratum *Tournef.* 422.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, concavum: *laciniis* tenuibus, ſcabris.
Cor. *Petalum* unicum, quadripartitum, concavum, *laciniis* obtuſis.
Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora, quorum duo proxima longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* conicum. *Stylus* ſubulatus, longitudine corollæ, perſiſtens. *Stigma* acutum.
Per. *Capſula* oblongo-conica cum acumine, unilocularis, bivalvis.
Sem. plurima, oblonga.
Obs. *Species datur calyce quinquefido. Corolla infundibuliformi, quinquefida, acuta, inæquali.*

637. VOLKAMERIA †. Duglaſſia *Houſt.* A. A. Paliuro affinis *Sloan.* hiſt. 2. t. 166. f. 2. 3.

Cal. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, quadri-quinque-ve-dentatum, minimum.
Cor. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce duplo longior. *Limbus* quinquepartitus, planus; *laciniis* ad alterum latus reflexis, dehiſcentibus maxime ab altero latere.
Stam. *Filamenta* quatuor, filiformia, longiſſima, ad latus ubi dehiſcunt maxime laciniæ deflexæ corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* quadragonum. *Stylus* filiformis, longitudine fere ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, bilocularis.
Sem. *Nux* ſolitaria, bilocularis.

638. LOESELIA †. Royenia *Houſt.* A. A.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quadrifidum, acutum, breve, perſiſtens.
COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* omnibus ad latus alterum deflexis, ovato-lanceolatis, æqualibus magnitudine.
STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ; quorum *duo* breviora: *omnia* laciniis petali oppoſita & reflexa, contrario ac corolla ſitu. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, ſitu ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum.
PER. *Capſula* ovata, trilocularis.
SEM. plura, angulata.

639. HEBENSTRETIA †. vide H. A. II. 109.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, perſiſtens, ſemibifidum, in duo labia, quorum *ſuperius* rectum, breve, tenuius: *inferius* lanceolatum, longius, deflexum, rude.
COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* cylindraceus, calyce brevior. *Labium* unicum, aſcendens, extrorſum latius, quadrifidum, longitudine labii inferioris calycis.
STAM. *Filamenta* quatuor, e margine laterali inferiori labii corollæ utrinque duo: horum *duo* reliquis duobus præcedunt, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, laterales.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* tenue.
PER. *Capſula* oblonga, bifariam dehiſcens.
SEM. duo, oblonga: hinc convexa, triſulca, indè plana.

640. ACANTHUS *. *Tournef.* 80. H.M. II: 48. *Riv.* I: 128.

CAL. *Perianthium* polyphyllum (ſeu triplex: α. β. γ.) perſiſtens.
α. foliolis duobus oppoſitis lateralibus, fere lanceolatis, e. rectis.
β. Foliolis duobus oppoſitis, perpendicularia, majora, apice dentata: quorum ſuperius concavum, longius.
γ. Foliolis duobus lateralibus, ſubrotundis, minimis.
COR. monopetala, inæqualis. *Tubus* breviſſimus, barba clauſus. *Labium ſuperius* nullum: *Lab. inferius* maximum, planum, rectum, latiſſimum, tetralobum, obtuſum, longitudine labii ſuperioris calycis.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora, incurva, adſcendentia, quorum *duo ſuperiora* paulò longiora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, obtuſæ, laterales, anterius villoſæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo acuta, lateralia.
PER. *Capſula* fere ovata cum acumine, bilocularis: diſſepimento laterali.
SEM. carnoſum, gibbum, unum alterumve.

3. *POLYPETALA.*

641. MELIANTHUS *. *Tournef.* 245. *Herm: lugdb.* 415.

CAL. *Perianthium* magnum, quinquepartitum, coloratum, inæquale, *laciniis duabus superioribus* oblongis, erectis. *lac. infima* brevissima, sacciformi, detrorsum gibba. *lac. intermediis* oppositis interioribus, lanceolatis, summis similibus, erectis.

COR. *Petala* quatuor, lanceolato-linearia, apicibus reflexis, parallelo-patentia, extrorsum versa, labium inferius (uti calyx ipse superius) constituentia, lateribus in medio connexa. *Nectarium* monophyllum, intra infimam laciniam calycis positum, eique cum receptaculo adnatum, brevissimum, lateribus compressum, margine incisum, dorso deorsum spectante.

STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, erecta, longitudine calycis, quorum *duo inferiora* paulo breviora. *Antheræ* cordato-oblongæ, a parte antica quadriloculares.

PIST. *Germen* quadragonum, gibbum, quadridentatum. *Stylus* erectus, subulatus, longitudine & situ staminum. *Stigma* quadrifidum, lacinula summa majore.

PER. *Capsula* quadrangularis, semiquadrifida, angulis acutis distantibus, loculis inflatis, dissepimentis in centro apertis pro receptaculo seminum, dehiscens inter angulos.

SEM. quaterna, subglobosa, centro capsulæ adnexa.

Clas-

Classis. XV.

TETRADYNAMIA.

TETRADYNAMIA *. *Cruciformes* Tournef. *Siliculosæ & Siliquosæ* Raj.

CALYX. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *Foliolis* ovato-oblongis, concavis, obtusis, conniventibus, basi deorsum gibbis, oppositis paribus, deciduis.
Calyx hic nectarium est, hinc basi gibbus.

COROLLA. Cruciformis dicta. *Petala* quatuor, æqualia: *ungues* plano-subulati, erecti, calyce fere longiores. *Limbus* planus, bracteis extrorsum latioribus, obtusis, cum lateralibus se invicem vix tangentibus.
Insertio petalorum est in eodem cum staminibus circulo.

STAMINA. *Filamenta* sex, subulata, erecta, quorum *duo opposita* longitudine calycis: *quatuor reliqua* paulo longiora, corollâ breviora. *Antheræ* oblongiusculæ, acuminatæ, basi crassiores, erectæ, apicibus extrorsum reclinatis.
Nectarifera glandula in variis & diversis generibus, vario sese modo offert, staminibus adsidet, & præsertim filamentis brevioribus affigitur ad eorum basin, quam ne comprimant, sæpius incurvantur, & sic breviora evadunt duo ista filamenta.

PISTILLUM. *Germen* supra receptaculum, quotidie altius accrescens. *Stylus* longitudine staminum longiorum, vel nullus. *Stigma* obtusum.

PERICARPIUM. *Siliqua* bivalvis, sæpe bilocularis, a basi ad apicem dehiscens, dissepimento ad apicem extra valvas prominulo, quod styli vices antea gessit.

SEMINA subrotunda, nutantia, alternatim & longitudinaliter dissepimento immersa. *Receptaculum* lineare, dissepimentum ambiens, & futuris pericarpii immersum.

Obs. *Hæc Classis est vere Naturalis, & assumta fuit pro Naturali ab omnibus, & perfectissimis Systematicis: tamen apud Singulos unum alterumve sæpius genus contra naturam additum fuit*; heic vero nullum nisi forte *Cleome.*

Plantæ in hac classe Antiscorbuticæ ab omnibus dicuntur; sapor plerisque acer cum aquoso mixtus.

Distinguitur ab omnibus bifariam in ea genera, quæ gaudent Pericarpio

α. Siliculoso *i. e. subrotundo, Styloque instructo sæpius siliculæ longitudine.*

β. Siliquoso *i. e. longissimo, Styloque vix notabili prædito.*

Essentialis character generum in hac classe a situ Nectariferæ glandulæ communiter dependet.

642. MY-

I. SILICULOSA. 191

642. MYAGRUM*. *Tournef.* 99. Alyſſi ſp. *Tournef.* 104. B. G. H. K.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, dehiſcentibus, coloratis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* plana, ſubrotunda, obtuſa: *unguibus* anguſtis.
STAM. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: quorum *quatuor oppoſita* paulo longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* obtuſum.
PER. *Silicula* turbinato-cordata, leviter compreſſa, rigida, apice ſtylo rigido conico terminata, bivalvis.
SEM. ſubrotunda.
OBS. Myagri T. Pericarpium *uniloculare*, *duobus loculis vacuis in ſummitate*, *unico ad baſin ſeminifero*. Semen *unicum*.
Alyſſi ſp. T. Pericarpium *biloculare*, *valvularum ventriculis impreſſis*. Semina *nonnulla*.

643. ANASTATICA*. 191

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, deciduum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, erectis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, plana, patentia: *unguibus* calycis fere longitudinis, patentioribus.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis, erecto-patentia: quorum *duo oppoſita* incurva magis & breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* bifidum, minimum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigma* capitatum.
PER. *Silicula* breviſſima, bilocularis: *Diſſepimentum* deſinens in ſtylum ventricoſo-ſubulatum, obliquum, ſiliculâ ipſa longiorem: *Valvulæ* parallelæ a dimidia parte inferiore conficientes loculum, a ſuperiore verò liberæ, rotundatæ, concavæ, dehiſcentes, obliquæ. (hinc figuram pedis pecoris biungulati repræſentat Pericarpium).
SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

644. SUBULARIA*.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum : *foliolis* ovatis, concavis, patentiusculis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* verticaliter ovata, integra, calyce paulo majora.
Stam. *Filamenta* sex, corollâ breviora: quorum *duo opposita* adhuc breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* obtusum.
Per. *Silicula* verticaliter ovata, levissime compressa, stylo instructa, bilocularis: *dissepimento* valvis contrario: *valvulis* ovato-concavis.
Sem. nonnulla, minutissima, subrotunda.

645. LEPIDIUM *. *Tournef.* 103. Nasturtium *Tournef.* 102.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum : *foliolis* ovatis, concavis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* verticaliter ovata, calyce duplo longiora: *unguibus* angustis.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, longitudine calycis, quorum *duo opposita* breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* cordatum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
Per. *Silicula* subcordata, vix emarginata, compressa, margine acuta, bilocularis: *dissepimento* lanceolato: *valvulis* navicularibus, carinatis.
Sem. solitaria, ovato-acuminata, basi angustiora, nutantia.
Obs. Nasturtii T. *Pericarpium margine acutius, apice magis sæpius emarginatum.*
Lepidii T. *Pericarpium margine obtusum, non emarginatum apice.*
Iberis *flore gaudet apetalo, diandro, qui in hac classe inauditus.*

646. CO-

646. COCHLEARIA *. *Tournef.* 101.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, dehiscentibus, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* verticaliter ovata, calyce *duplo* majora: *unguibus* angustis, calyce brevioribus, patulis: *Limbo* patente.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, longitudine calycis: quorum *duo opposita* breviora. *Antheræ* obtusæ, compressæ.
Pist. *Germen* cordatum. *Stylus* simplex, brevissimus. *Stigma* obtusum.
Per. *Silicula* subcordata, levissime compressa, stylo instructa, bilocularis, integerrima, scabra, margine obtuso.
Sem. quatuor circiter in singulo loculo.

647. IBERIS *. *Dill.* gen. 6. Thlaspi spec. *Tournef.* 101. A. B. C.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* verticaliter ovatis, concavis, patentibus, parvis, æqualibus, deciduis.
Cor. tetrapetala, inæqualis. *Petala* verticaliter ovata, obtusa, patentia: *unguibus* oblongis, erectis: quorum *duo exteriora proxima* longe majora, inter se æqualia, *duo interiora* minima, reflexa.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, erecta, quorum *duo laterala* breviora. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum, compressum. *Stylus* simplex, brevis. *Stigma* obtusum.
Per. *Silicula* erecta, suborbiculata, compressa, superne margine bifido acuto cincta, bilocularis: *dissepimento* lanceolato: *valvulis* navicularibus, compressis, carinatis.
Sem. solitaria, subovata.

648. THLASPI *. *Tournef.* 101. F. G. H. I. K. L. *Dill.* gen. 6. Burſa paſtoris *Tournef.* 103. *Malp.* 254.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* verticaliter ovata, calyce duplo longiora: *unguibus* anguſtis.
Stam. *Filamenta* ſex, corollâ dimidio breviora: quorum *duo oppoſita* adhuc breviora. *Antheræ* acuminatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum, emarginatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.
Per. *Silicula* compreſſa, baſi anguſtior, apice latior, emarginata ſtylo longitudine emarginaturæ, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato: *valvulis* navicularibus.
Sem. duobus plura, nutantia, ſuturis affixa.
Obs. Burſæ paſtoris T. *Silicula verticaliter cordata, margine deſtituta.*
Thlaſpi T. *Silicula verticaliter cordata, margine acuto cincta.*

649. BISCUTELLA *. Thlaſpidium *Tournef.* 101. *Riv.* IV: 132-135.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, acuminatis, coloratis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, obtuſa, patentia.
Stam. *Filamenta* ſex, longitudine tubi corollæ: quorum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* compreſſum, orbiculatum, emarginatum. *Stylus* ſimplex, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Silicula* erecta, compreſſa, plana, ſemibifida, lobis ſubrotundis, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato, in ſtylum rigidum terminato: *loculis* bivalvibus, diſſepimento (margine ſuo recto) affixis.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, in medio loculi poſita.
Obs. *Calycis duo foliola exteriora in quibuſdam ſpeciebus, baſi tubulato-concava mellifera prominente gaudent.*

650. CLY-

650. CLYPEOLA *. Jonthlaſpi *Tournef.* 99.

1
193

Cal. *Perianthium* tetraphyllum : *foliolis* ovato-oblongis, perſiſtentibus.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, integra : *unguibus* calyce paulo longioribus.
Stam. *Filamenta* ſex, corollâ breviora: quorum *duo oppoſita* adhuc breviora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* obtuſum.
Per. *Silicula* orbiculata, plano-compreſſa, erecta, apice emarginata, fiſſura longitudine ſtyli, bivalvis: *valvulis* orbiculatis.
Sem. orbiculata, in centro pericarpii.
Obs. Jonthlaſpi T. Pericarpium *uniloculare*. Semen *unicum*. Alyſſi ſpec. T. Peric. *biloculare*, *diſſepimento parallelo*. Semina *bina utrinque*.

651. ALYSSUM *. *Tournef.* 104. Alyſſoides *Tournef.* 104. Veſicaria *Tournef.*

1
194

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis, obtuſis, conniventibus, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* plana, calyce breviora, patentiſſima: *unguibus* longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: quorum *duo oppoſita* paulo breviora, gibba vel denticulo notata. *Antheræ* erecto-patentes.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, germine longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Silicula* ſubglobosa, ſtylo longitudine ſiliculæ inſtructa, bilocularis : *diſſepimento* elliptico : *valvulis* elliptico-hemiſpæricis.
Sem. nonnulla, orbiculata, vel compreſſa, receptaculis filiformibus, ad apicem ſiliculæ egreſſis, affixa.
Obs. Petala *in aliis emarginata ſunt*, *in aliis vero integra*. Silicula *in aliis ventricoſa*, *in aliis compreſſa* (*non vero oblonga*) *eſt*. *Eſſentialis character conſiſtit in filamentis minoribus denticulo introrſum baſi inſerto*.

652. LUNARIA *. *Tournef.* 105.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis, obtusis, conniventibus, deciduis, quorum *duo alterna* basi gibba.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* integra, obtusa, magna, longitudine calycis, desinentia in ejusdem longitudinis *ungues*.

Stam. *Filamenta* sex, subulata, longitudine calycis: quorum *quatuor* longitudine calycis, *duo* vero paulo breviora. *Antheræ* erecto-patentes.

Pist. *Germen* pedicello insidens, ovato-oblongum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum, integrum.

Per. *Silicula* elliptica, plano-compressa, erecta, maxima, pedicello insidens, stylo terminata, bilocularis, bivalvis: *dissepimento* valvulis parallelo.

Sem. nonnulla, reniformia, compressa, marginata, in medio siliculæ posita: *Receptatulis* filiformibus, longis; futuris lateralibus insertis.

653. DRABA *. *Dill.* gen.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, patentiuscula: *unguibus* minutissimis.

Stam. *Filamenta* sex, longitudine calycis: quorum *quatuor opposita* paulo longiora, erecto-patentia. *Antheræ* simplices.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, planum.

Per. *Silicula* elliptico-oblonga, compressa, stylo destituta, bilocularis, *dissepimento* valvis parallelo: *valvulis* plano-concavis.

Sem. plura, parva, subrotunda.

Obs. *In aliis petala ad ungues usque bipartita, in aliis modò apice emarginata, in aliis integerrima.*

Essentialis character consistit in Silicula ex ovali oblonga compressa, stylo fere destituta: hinc ab Alysso, Subularia & Lunaria facile distinguitur.

654. VEL-

654. VELLA *.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, erectum, cylindraceum: *foliolis* linearibus, obtusis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obverse ovata, patentia, *unguibus* longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* sex, longitudine calycis, quorum *duo* opposita paulo breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* conicus. *Stigma* simplex.
PER. *Silicula* globosa, cristata, pendula, bilocularis, dissepimento silicula duplo majore, extra siliculam ovato, erecto.
SEM. nonnulla, subrotunda.

2. *SILIQUOSA.*

655. BUNIAS *. Erucago *Tournef.* 103.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, erectis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* verticaliter ovata, calyce duplo longiora, *unguibus* attenuatis insidentia.
STAM. *Filamenta* sex, longitudine calycis: quorum *duo opposita* paulo breviora. *Antheræ* erectæ, basi bifidæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum.
PER. *Silicula* irregularis, ovato-oblonga, tetraedra, angulis uno alterove acumine prominens.
SEM. pauca, sub singulo acumine siliculæ singula, subrotunda.

656. CHEIRANTHUS *. Leucoium *Tournef.* 107.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, compressum: *foliolis* lanceolatis, concavis, erectis, parallelis, conniventibus, deciduis: quorum *duo exteriora* basi gibba.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* subrotunda, calyce longiora, *unguibus* longitudine calycis insidentia.

Stam. *Filamenta* sex, subulata, parallela, longitudine calycis: quorum *duo* intra foliola calycina gibba, paulo breviora. *Antheræ* erectæ, basi bifidæ, apice acutæ & reflexæ. *Nectarifera glandula* cingit basin staminis minoris utrinque.

Pist. *Germen* prismaticum, tetragonum, longitudine staminum, tuberculo utrinque notatum. *Stylus* brevissimus, compressus. *Stigma* oblongum, bipartitum, reflexum, crassiusculum, persistens.

Per. *Siliqua* longa, compressa, angulis duobus oppositis obliteratis, denticulo notatis, bilocularis, bivalvis, Stylo brevissimo, & Stigmate bifido erecto instructa.

Sem. plurima, pendula, alterna, subovata, compressa.

Obs. *Denticulus utrinque germini insidens, in aliis fere evanescit; in aliis accrescit.*

Gakeniæ *Heist. Siliquæ apex tricuspidatus.*

657. HESPERIS *. *Tournef.* 108.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, superne incumbentibus, inferne dehiscentibus, deciduis: quorum *duo opposita* basi gibba.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, longitudine calycis, parum reflexa oblique contra motum solis, desinentia in *ungues* attenuatos, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* sex, subulata, longitudine tubi; quorum *duo* dimidio breviora. *Antheræ* lineares, erectæ, apice reflexæ. *Glandula mellifera* acuminata, intra stamen brevius, germenque collocata, idemque stamen dein cingens.

Pist. *Germen* longitudine calycis, prismaticum, tetragonum. *Stylus* nullus. *Stigma* bipartitum, introrsum situm, oblongum, erectum, basi bifurcatum, apice connivens, marcescens.

Per. *Siliqua* longa, compresso-plana, striata, bilocularis, bivalvis: *valvis* longitudine dissepimenti.

Sem. plurima, ovata, compressa.

658. RA-

658. RAPHANUS *. *Tournef.* 114. Cakile *Tournef.* 483. Raphaniſtrum *Tournef.* 115.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* oblongis, parallelis, conniventibus, deciduis, baſi gibbis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* verticaliter cordata, patentia, ſenſim in *ungues* calyce paulo longiores attenuata. *Glandulæ nectariferæ* quatuor: *unica* utrinque inter ſtamen breve & piſtillum: *unica* vero utrinque inter ſtamina longiora & calycem.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* verò longitudine unguium corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum, ventricoſum, attenuatum, longitudine ſtaminum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, integrum.
Per. ovato-oblongum cum acumine, glabrum, torulis ventricoſum, velut articulatum.
Sem. ſubrotunda, glabra.
Obs. Raphani *T. fructus ſpongioſus*, *bilocularis*, *non debiſcens*. Raphaniſtri *T. fructus articularis*, *diſcedens ſecundum articulos*. Cakiles *T. fructus ovato-oblongus*, *unilocularis*, *bivalvis*.

659. DENTARIA *. *Tournef.* 110.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, conniventibus, obtuſis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, obtuſa, vix emarginata, plana, deſinentia in *ungues* longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis, quorum *duo* breviora. *Antheræ* cordato-oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* oblongum, longitudine ſtaminum. *Stylus* breviſſimus, craſſus. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
Per. *Siliqua* longa, teres, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* valvis paulo longiore.
Sem. plura, ſubovata.

660. CAR-

660. CARDAMINE *. *Tournef.* 109.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, obtusis, erectis, gibbis, parvis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovato-oblonga, obversa, patentissima, desinentia in *ungues* erectos, calyce duplo longiores.
Stam. *Filamenta* sex, subulata: quorum *duo oppositè* longitudine dupla calycis, *reliqua* verò paulo longiora. *Antheræ* parvæ, cordato-oblongæ, erectæ.
Pist. *Germen* tenue, cylindraceum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuso-capitatum, integrum.
Per. *Siliqua* longa, cylindraceo-compressa, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dehiscendo spiraliter revolventibus.
Sem. plurima, subrotunda, elastice ejaculata.
Obs. *Datur species staminibus duobus istis minoribus sæpius destituta.*

661. BRASSICA *. *Tournef.* 106. Rapa *Tournef.* 113.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* lanceolato-linearibus, concavo-canaliculatis, basi gibbis, erectis, parallelis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* subovata, plana, patentia, integra, sensim attenuata in *ungues* longitudine fere calycis.
Glandulæ nectariferæ quatuor, ovatæ: quarum *una* utrinque inter stamen brevius & pistillum, & *una* utrinque inter stamina longiora & calycem posita.
Stam. *Filamenta* sex, subulata, erecta: quorum *duo opposita* longitudine calycis, *quatuor* vero longiora. *Antheræ* erectæ, acuminatæ.
Pist. *Germen* teres, longitudine staminum. *Stylus* brevis, crassitie germinis. *Stigma* capitatum, integrum.
Per. *Siliqua* longa, teretiuscula, depressa utrinque, *dissepimento* apice prominente tereti, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dissepimento brevioribus.
Sem. plura, globosa.
Obs. Napus T. *facie vix a Rapa differt.*
Rapæ T. *calyx corollæ concolor.*
Brassicæ T. *calyx virescens.*

662. SI-

662. SINAPIS *. Sinapi *Tournef.* 112.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, patens: *foliolis* linearibus, concavo-canaliculatis, cruciformi-patentibus, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, plana, patentia, integra, *unguibus* erectis, linearibus, longitudine vix calycis inſidentia.
Glandulæ nectariferæ quatuor, ovatæ: quarum *una* utrinque inter ſtamen brevius & piſtillum, & *una* utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* vero longiora. *Antheræ* erecto-patentes, acuminatæ.
PIST. *Germen* teres. *Stylus* longitudine germinis, altitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, integrum.
PER. *Siliqua* oblonga, inferne toroſa, ſcabra, bilocularis, bivalvis: *diſſepimento* valvulis duplo ſæpius longiore, magno, compreſſo.
SEM. plura, globoſa.
OBS. *Hinc* Sinapis *calyce patente, unguibus vero Corollæ erectis a Braſſica differt.*

663. ARABIS *.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, deciduum: *foliolis duobus oppoſitis* majoribus, ovato-oblongis, acutis, baſi prominulis, gibbis, concavis: *duobus reliquis* linearibus, erectis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovata, definentia in *ungues* longitudine calycis, *limbo* patentia.
Nectaria quatuor: *ſingulum* eſt ſquamula intra fundum folioli calycini, receptaculo affixa, reflexa, perſiſtens.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo* longitudine calycis, *quatuor* duplo longiora. *Antheræ* cordatæ, erectæ.
PIST. *Germen* teres, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, integrum.
PER. *Siliqua* compreſſa, longiſſima, linearis, torulis ad ſemina inæqualis: *valvulis* longitudine ferme diſſepimenti.
SEM. plurima, ſubrotunda, compreſſa.
OBS. *Nectaria & Stigma neque Cheiranthum, neque Heſperidem eſſe demonſtrant.*

664. ERYSIMUM *. *Tournef.* III.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, conniventibus, coloratis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, apice obtusissima, *limbo* plana: *unguibus* longitudine calycis, erectis. *Nectarifera* glandula duplex intra filamentum brevius.
STAM. *Filamenta* sex, longitudine calycis: quorum *duo opposita* breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* lineare, tetragonum, longitudine staminum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum, persistens, parvum.
PER. *Siliqua* longa, linearis, stricta, tetragona, bivalvis, bilocularis.
SEM. plurima, parva, subrotunda.

665. TURRITIS*. *Dill.* gen. 6.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, erectis, conniventibus, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovato-oblonga, obtusa, integra: *limbo* erecto: *unguibus* erectis.
STAM. *Filamenta* sex, subulata, erecta, longitudine tubi: quorum *duo* breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* longitudine floris, teres, parum compressum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum.
PER. *Siliqua* omnium longissima, stricta, tetragona, angulis oppositis alternis obsoletis, & parum compressis, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dissepimento vix æqualibus.
SEM. numerosissima, rotundiuscula, emarginata.

666. SISYMBRIUM *. *Tournef.* 109. Radicula *Dill.* gen. 6.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, patentiusculis, coloratis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, erecto-patentia, calyce sæpius minora, unguibus minimis.
Stam. *Filamenta* sex, calyce longiora: quorum *duo opposita* paulo breviora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum, filiforme. *Stylus* vix ullus. *Stigma* obtusum.
Per. *Siliqua* longa, incurva, teres, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dissepimento paulo brevioribus.
Sem. plurima, parva.
Obs. Sophia *corollam calyce breviorem gerit, & siliquam tenuissimam longissimam.*
Radicula D. *siliquam gibbam brevissimam profert.* Erucæ T. (*quoad species plures*) *a Sisymbriis, attributis fructificationis propriis vix distinguuntur.*
Hinc *Calyx & Corolla in hoc genere patentia.*

667. CRAMBE *. *Tournef.* 100. Rapistrum *Tournef.* 99.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, longitudinaliter concavis, patentiusculis, deciduis.
Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* magna, obtusa, lata, patentia: *unguibus* erecto-patulis, longitudine calycis.
Stam. *Filamenta* sex: *duo* longitudine calycis: *quatuor* paulo longiora: apice bifido. *Antheræ* simplices, in ramo exteriori filamentorum.
Glandula mellifera intra corollam & stamina longiora utrinque.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* nullus. *Stigma* crassiusculum.
Per. *Capsula* subrotunda, unilocularis, bivalvis.
Sem. unicum, subrotundum.
Obs. *Character essentialis in filamentis apice bifidis consistit.*

668. ISATIS *. *Tournef.* 100.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, patentiusculis, coloratis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, obtusa, sensim attenuata in *ungues*, patentia.
STAM. *Filamenta* sex, erecto-patentia, longitudine corollæ: quorum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.
PIST. *Germen* oblongum, anceps, compressum, longitudine breviorum staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum, capitatum.
PER. *Silicula* oblonga, lanceolato-obtusa, compressa, anceps, unilocularis, bivalvis: *valvulis* navicularibus, compressis, carinatis.
SEM. unicum, ovatum, intra centrum pericarpii.

669. CLEOME *. Sinapistrum *Tournef.* 116. *Riv.* IV: 89. 90.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, minimum, patens: *foliolo inferiori* magis dehiscente, deciduum.
COR. tetrapetala. *Petala* omnia sursum inclinata, patentia: quorum *intermedia proxima* reliquis minora.
Nectariferæ Glandulæ tres, subrotundæ, ad singulam divisuram calycis singulæ, exceptâ unicâ.
STAM. *Filamenta* sex, subulata, deorsum inclinata, incurva. *Antheræ* laterales, ascendentes.
PIST. *Stylus* simplex. *Germen* oblongum, situ & longitudine staminum. *Stigma* crassiusculum, assurgens.
PER. *Siliqua* longa, cylindracea, stylo insidens, unilocularis, bivalvis.
SEM. plurima, subrotunda.
OBS. *In quibusdam speciebus Stylus floris longior est, & tum Stamina ipsi Stylo insident ut in Gynandria.*
In alia specie stamina duodecim, erecta.

Clas-

Classis XVI.

MONADELPHIA.

MONADELPHIÆ Character Naturalis classicus.

CALYX. *Perianthium* semper præsens, persistens, in plurimis duplicatum.

COROLLA. *Petala* quinque verticaliter cordata, latere altero amplectente proximum contra motum Solis.

STAMINA. *Filamenta* inferne coalita, superne distincta si plura, exteriora breviora. *Antheræ* incumbentes.

PISTILLA. *Receptaculum fructificationis* in centro floris prominet. *Germina* erecta, rotato-articulatim ambientia apicem receptaculi. *Styli* omnes coaliti inferne in unum corpus cum receptaculo, superne distincti in tot, quot germina sunt, fila. *Stigmata* patentia, tenuia.

PERICARPIUM. *Capsula* in tot loculos, quot Pistilla, distincta, variæ in variis figuræ.

SEMINA. reniformia.

Obs. *Classis hæc naturalissima est, nec ullum genus ex datis est, quod addi vel demi potest.*

Corollam *huic classi plerumque monopetalam assignavit* Tournefortius: *omnia tamen petala basi distincta sunt, licet filamentis in unum corpus coalitis cohærentia, hinc* Pentapetala *rectius dicatur.*

Plantæ hæ omnes apud Medicos Emollientes & Mucilaginosæ dicuntur.

Divisa fuere Genera hujus classis a solo fructu, qui non sufficit: hinc ad folia confugere necesse visum fuit Plurimis. Nos genera distinguimus a Calyce, qui magni momenti est, nec tamen omnia naturalia promittimus, licet limites absolutos ponat Calyx, tamen ea retinere visum fuit, usque dum certiora innotescant.

I. PENTANDRIA.

670. HERMANNIA*. *Tournef.* 432. *Dill.* elth. 147.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, ſubrotundum, tumidum: *lacinulis* inflexis, perſiſtentibus.
COR. pentapetala, contra ſolem flexa: *ungues* longitudine calycis, utrinque aucti membranula connivente in tubum nectariferum. *Limbus* patens, latiuſculus, obtuſus.
STAM. *Filamenta* quinque, latiuſcula, inferne leviſſime in unum corpus coalita. *Antheræ* erectæ, acuminatæ, conniventes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, pentagonum, pentangulare. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* ſubrotunda, pentagona, quinquelocularis, apice dehiſcens.
SEM. plurima, parva.

671. WALTHERIA†. Monoſpermalthæa *Iſnard.* A. G. 1721.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, acutum, cyathiforme, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, verticaliter cordata, patentia.
STAM. *Filamenta* quinque, in cylindrum coalita. *Antheræ* ſolutæ, ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus fere longior. *Stigma* bifidum.
PER. *Capſula* verticaliter ovata, unilocularis, bivalvis.
SEM. unicum, obtuſum, ſuperne latius.

672. ME-

672. MELOCHIA *. *Dill.* elth. 176.

203

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſemiovatis, acutis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, verticaliter cordata, patentia, magna.
STAM. *Filamentum* tubus germen involvens. *Antheræ* quinque, ſimplices.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque ſubulati, erecti, longitudine ſtaminum, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* ſubrotunda, quinquangularis, quinquelocularis: *loculis* dehiſcentibus duobus roſtris cornutis.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, inde angulato-compreſſa.

2. *DECANDRIA.*

673. GERANIUM *. *Tournef.* 142. *Riv.* V: 99-116. Gruinalis *Riv.*

204

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, verticaliter cordata, vel ovata, patentia, magna.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, apice patentia, *alterna* longiora, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.
PIST. *Germen* ad baſin ſtyli, quinquangulare. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigmata* quinque, reflexa.
PER. *Cruſta* ſemina ſingula involvens, apice ſecundum longitudinem ſtyli extenſo, a baſi dehiſcens ad apicem uſque ſtyli.
SEM. ſolitaria, numero germinum, reniformia.
OBS. Geranium *Riv. Corolla gaudet irregulari.*
Gruinalis *Riv. Corolla gaudet æquali, & Filamentis vix manifeſte coalitis.*
Species ſunt, quarum Calyx, Corolla, Stamina, & Stylus omnia attributa gerunt floris diadelphi.
Species ſunt, quarum pericarpium vix diſcedit a ſemine, & aliæ quarum fructus caudæ barbatæ ſunt.
Calyx in aliis monophyllus eſt & baſi gibbus mellifer: Harum infinitæ ſoboles mille modis ludunt quoad partes florum.

3. PO-

3. *POLYANDRIA.*

674. SIDA *. Malvinda *Dill.* elth. 171. 172. Abutilon *Dill.* elth. 2. 5. 6. *Tournef.* 25.

Cal. *Perianthium* ſimplex, ſemiquinquefidum, erectum, cyathiforme, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, ſuperne latiora, emarginata, inferne auguſtiora, coalita.
Stam. *Filamenta* plurima, inferne in tubum coalita, ſuperne libera. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* ſemimultifidus, brevis. *Stigmata* obtuſa vel tenuia.
Per. *Capſula* ſubrotunda, acuminata, loculis conjunctis, loculamentis diſcedendo dehiſcentibus, cornutis.
Sem. ſubrotunda, acuminata, hinc convexa, inde angulata.
Obs. *Antherarum numero a* Melochia *primario differt hocce genus, cui in reliquis ſatis affine eſt.*
Malvindæ *D. Capſulæ quinque, Semina ſolitaria.*
Abutilon *T. D. Capſulæ plures, Semina ſæpius plura.*

675. URENA *. *Dill.* elth. 319.

Cal. *Perianthium* duplex: *exterius* monophyllum, ſemiquinquefidum, laciniis latioribus: *interius* pentaphyllum, *foliolis* auguſtis, angulatis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, apice latiora, obtuſa cum acumine, baſi auguſtiora, connata.
Stam. *Filamenta* plurima, inferne in cylindrum coalita, ſuperne libera. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, pentagonum. *Stylus* ſimplex, ſtaminum longitudine. *Stigmata* decem, capitata, piloſa, reflexa.
Per. *Capſula* ſubrotunda, echinata, quinquangularis, quinquelocularis, quinquevalvis.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda, inde a gulato-compreſſa.

676. MALVA *. *Malp.* 180. Abutilon *Dill.* elth. 1. 4.

Cal. *Perianthium* dnplex:
Exterius triphyllum, lanceolatum, laxum, perſiſtens.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, majus, latius, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, baſi coalita, verticaliter cordata, emorſa, plana.
Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* reniformes.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* plurima, ſetoſa, longitudine ſtyli.
Per. *Capſulæ* plures, articulatione conjunctæ orbiculum depreſſum referentes, diſcedentes, introrſum dehiſcentes. *Receptaculum* columnare, capſulas affigens.
Sem. ſolitaria, reniformia.
Obs. Malvæ *T. Folia fere integra, non villoſa.*
Alceæ *T. Folia multifida, non villoſa.*

677. LAVATERA *. *Tournef.* A. G. 1706. t. 3. *Dill.* gen. 10.

Cal. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum, ſemitrifidum, obtuſum, brevius, perſiſtens.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, acutius, erectius, perſiſtens.
Cor. *Petala* quinque, baſi coalita, verticaliter cordata, plana, patentia.
Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* reniformes.
Pist. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* plura (7 ad 14) ſetoſa, longitudine ſtyli.
Per. *Capſulæ* plures, articulatim orbiculum referentes, diſcedentes, introrſum dehiſcentes. *Receptaculum* columnare, capſulas affigens.
Sem. ſolitaria, reniformia.
Obs. Althææ ſp: *T. Fructus ſine umbraculo prodit.*
Lavateræ *T. fructus umbraculo obtuſo tegitur.*

678. GOS-

678. GOSSYPIUM *. Xylon *Tournef.* 27.

CAL. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum, ſemitrifidum, planum, majus.
Interius monophyllum, obtuſe quinquefariam emarginatum, cyathiforme.
COR. *Petala* quinque, baſi coalita, verticaliter cordata, plana, patentia.
STAM. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* reniformes.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* columnaris, longitudine ſtaminum. *Stigmata* quatuor, craſſiuſcula.
PER. *Capſula* ſubrotunda, acuminata, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. plurima, ovalia, lana involuta.

679. ALCEA *. Malva *Tournef.* 24.

CAL. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum, ſemiſexfidum, patentius, perſiſtens.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, majus, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, baſi coalita, verticaliter cordata, maxima, emarginata, patentia.
STAM. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum pentagonum, ſuperne laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* fere reniformes.
PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* numeroſa (20) ſetacea, longitudine ſtyli.
PER. *Capſulæ* articulatæ in orbiculum, ſubrotundum, depreſſum, diſcedentes, introrſum dehiſcentes. *Receptaculum* columnare, capſulas affigens.
SEM. ſolitaria, compreſſo-reniformia.
OBS. *Species hujus generis* Malvæ roſeæ *titulo vulgò indigitantur.*

680. ALTHÆA *.

206

CAL. *Perianthium* duplex:
Exterius monophyllum, inæqualiter novemfidum, *laciniis* angustissimis, minus, persistens.
Interius monophyllum, semiquinquefidum, *laciniis* latioribus, acutioribus, persistens.
COR. *Petala* quinque, basi coalita, verticaliter cordata, emorsa, plana.
STAM. *Filamenta* numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa, corollæ inserta. *Antheræ* fere reniformes.
PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* numerosa (viginti) setacea, longitudine styli.
PER. *Capsulæ* articulatæ in orbiculum subrotundum, depressum, discedentes, introrsum dehiscentes. *Receptaculum* columnare, capsulas affigens.
SEM. solitaria, compresso-reniformia.

681. HIBISCUS *. Malvaviscus *Dill.* elth. 170. Ketmia *Tournef.* 26.

207

CAL. *Perianthium* duplex:
Exterius octophyllum vel ultra: *foliolis* linearibus, persistentibus.
Interius monophyllum, semiquinquefidum, cyathiforme, acutum, persistens.
COR. *Petala* quinque, verticaliter cordata, prominentiâ apicis altera majore, ad basin coalita.
STAM. *Filamenta* plurima, inferne coalita in tubum, apicibus libera. *Antheræ* reniformes.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, staminibus longior, superne quinquefidus. *Stigmata* capitata.
PER. subrotundum, quinquelociulare.
SEM. reniformia.
OBS. Ketmiæ T. *Capsula ovata quinquelocularis (vel supra); semina copiosa.*
Malvavisci D. *Bacca globosa, quinquelocularis: semina solitaria.*

682. TRI-

682. TRIONUM *. Bammia *Rupp.*

CAL. *Perianthium* duplex:
Exterius dodecaphyllum: *foliolis* linearibus, perſiſtentibus.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, globoſum, inflatum, ſulcis exaratum, perſiſtens.
COR. Petala quinque, verticaliter cordata, patentia, baſi coalita.
STAM. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa. *Antheræ* reniformes.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* quinque, reflexa, obtuſa.
PER. *Capſula* ovata, quinquangularis, incluſa, quinquelocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima, reniformia.
OBS. Hibiſco *valde affinis.*

683. MALOPE *. Malacoides *Tournef.* 25.

CAL. *Perianthium* duplex:
Exterius triphyllum, latius: *foliolis* cordatis, acutis, perſiſtentibus.
Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, erectius, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, baſi coalita, verticaliter cordata, præmorſa, patentia.
STAM. *Filamenta* numeroſa, infernè coalita in cylindrum, ſupernè laxa. *Antheræ* ferè reniformes.
PIST. *Germina* ſubrotunda. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigmata* plura, ſimplicia, ſetacea.
PER. *Capſulæ* plurimæ, ſubrotundæ, conglomeratæ in capitulum.
SEM. ſolitaria, reniformia.

684. CAMELLIA. Tſubaki *Kæmpf.* jap. 850.

207

CAL. *Perianthium* polyphyllum, ſubrotundum, imbricatum, *ſquamis* ſubrotundis, internis gradatim majoribus, concavis, deciduis.

COR. *Petala* quinque, verticaliter ovata, baſi coalita.

STAM. *Filamenta* numeroſa, erecta, inferne coalita in coronam ſtylo ampliorem, ſuperne libera, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* acutum, reflexum.

PER. *Capſula* turbinata, lignoſa, ſulcis aliquot exarata.

SEM. Nuclei tot, quot ſtriæ capſulæ ſubrotundæ, ſeminibus minoribus ſæpe repletæ.

Classis XVII.

DIADELPHIA.

DIADELPHIA *. *Papilionacei* Tournef. 209. *Irregulares tetrapetali* Riv. *Leguminosæ* Raj.

CALYX. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, marcescens:

basi gibbâ, inferne pedunculo annexâ, superne obtusâ, melliferâ:

ore quinquedentato, acuto, erecto, obliquo, inæquali; *denticulo infimo impari* longiori, *pari supremo* breviori remotiori:

fundo melleo liquore madido, receptaculum includente.

COROLLA. *Papilionacea* dicta, inæqualis:

Petalis singulis distincto nomine insignitis.

Vexillum: Petalum reliqua tegens, incumbens, majus, plano-horizontale, ungue superiori margini receptaculi insertum, extra calycem ad subrotundam figuram accedens, fere integrum, lineâ longitudinali præsertim versus apicem, elevatâ, quasi deorsum compressum fuisset petalum. Pars petali basi proxima ad semicylindraceam accedens, subjecta amplectitur. Discus petali utrinque deprimitur, latera autem margini proxima sursum reflectuntur. Ubi dimidiatus tubus desinit ad explicationem dimidiati limbi fiunt a tergo duæ impressiones concavæ, subtus prominentes, quæ alas subjacentes comprimunt.

Alæ: Petala duo, paria, ad singulum latus floris singula, sub vexillo posita, margine incumbentia, latere perpendiculariter collocato, ex subrotundo-oblonga,

longa, extrorſum latiora, margine ſuperiori rectiori, inferiori ad rotunditatem magis dilatato; baſis bifida eſt in ſingulo, cujus pars inferior producitur in unguem, lateri receptaculi inſerto, longitudine circiter calycis; pars autem ſuperior brevior eſt, & inflexa.

Carina: Petalum infimum ſæpius bipartitum, ſub vexillo, intra alas collocatum, cymbæforme, concavum, lateribus compreſſum, ſitu natantis naviculæ, baſi mutilatum, cujus pars inferior extenditur in unguem, longitudine calycis, receptaculo inſertum: laciniæ autem laterales & ſuperiores breviores implicantur cum alarum parte conformi. Latera carinæ forma gaudent alis conſimili, & ſitu fere æquali, licet inferiore & interiore. Linea carinalis hujus petali ad medium uſque recta extenditur, deinde ſenſim aſcendit ad ſegmentum circuli; Linea vero marginalis recta excurrit ad apicem, ubi cum carinali linea obtuſe deliqueſcit.

STAMINA: *Diadelpha* dicta: *Filamenta*, duo, difformia, *alterum inferius* piſtillum involvens, *alterum ſuperius* piſtillo incumbens.

F. inferius germen involvens, infra medium membranaceum, cylindraceum, longitudinaliter ſurſum dehiſcens, inde definit in partes novem ſubulatas, longitudinem & flexuram carinæ ipſius corollæ imitantes, e quibus radii intermedii ſeu inferiores, per paria alterna longiores ſunt.

F: Superius ſubulato-ſetoſum, rimam filamenti prioris cylindracei tegens, incumbens, ſitu reſpondens, ſimplex, & ſecundum gradus, brevius exiſtens, baſi ſua dehiſcit a reliquis: & melli utrinque exitum parat.

Antheræ ſimul numeratæ decem ſunt: *unicum* in filamento ſuperiore: *novem* (ſingula antherâ ſingulo radio filamenti inferioris inſidente:) vero in inferiore. Singulæ parvæ, æquales magnitudine, terminatrices.

PISTIL-

PISTILLUM unicum, e receptaculo intra calycem enatum, cujus

Germen oblongum, teretiuſculum, leviter compreſſum, rectum, longitudine cylindri filamenti inferioris, a quo involvitur.

Stylus ſubulato-filiformis, aſcendens, longitudine & ſitu radiorum filamenti, inter quos collocatur, marceſcens.

Stigma pubeſcens, longitudinale ſtyli a parte ſurſum verſa, *Antheris* immediate ſubjectum.

PERICARPIUM. *Legumen* oblongum, compreſſum, obtuſum, bivalve, ſuturâ longitudinali ſupra & infra exiſtente, utraque recta, ſuperiore tamen prope baſin deſcendente, & inferiore prope apicem adſcendente, dehiſcens ſuturâ ſuperiore.

SEMINA nonnulla, ſubrotunda, glabra, carnoſa, pendula, embryone prominulo verſus inſertionis punctum notata: Excluſis ovis ſervant Cotyledones formam dimidiati ſeminis.

RECEPTACULA. *Seminalia propria* ſunt minima, breviſſima, baſi attenuata, diſco affigente obtuſa, oblonga, inſerta longitudinaliter ſuturæ (tantum ſuperioris leguminis) ſitu alterno, ut ſeparatis valvulis alterna ſemina valvulæ adhæreant ſingulæ.

OBSERVANDA.

Claſſis *hæc eſt Naturaliſſima, & inter omnes ſingularis ſtructuræ floris.*

FLORUM ſitus communis *eſt oblique pendulus ad angulum ſcilicet acutum a linea perpendiculari.*

Leguminis figura *non tanti eſt, ac a Syſtematicis facta fuit, nec adeo abſolute pro diſtinguendis generibus accipienda, ac hactenus recepta fuit.* Calyx *autem licet vulgo vili æſtimatus, magni in genere faciendus eſt: nec* Folia *pro characteribus unquam aſſumi debent.*

Magnoli *inventum*, *quod scilicet* Carina corollæ *sit* dipetala *& marginibus longitudinalibus inferioribus*, *apprime approximatis*, *non vero connatis*, *unicum petalum mentiens*, *in plurimis locum habet*; *in nonnullis videntur superne omnino integra.*

Stamina *in omnibus conveniunt*, *excepta Hexandria. Quod* Cercis *&* Sophora *huc referri debeant vix videtur*, *licet proximas esse agnoscam: tamen limites assumendi*, *ne cum Vaillantio etiam Cassias*, *Diptamnos*, *Tamarindos &c. adjungamus*, *sicque per gradus in infinitum descendamus.*

Stigmatis *consideratio majoris momenti in genere est*, *quam pars ulla fructificationis.*

Usus communis hujus classis *esculentus est. Folia armentis & jumentis grata pascua: Semina vero farinosa sunt*, *omnibus quadrupedibus* (*exceptis feris*) *grata*, *nisi amarities aliqua vetet*, *quæ digestione sæpius extrahitur.*

1. *HEXANDRIA.*

685. FUMARIA *. *Tournef.* 237. *Riv.* IV: 1. Capnoides *Tournef.* 237. Cysticapnos *Boerh.* 1. 310. Corydalis *Dill.* gen. 7. Pseudo-Fumaria *Riv.* IV: 86-88. Cucularia *Juss. A. G.*

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppositis, æqualibus, lateralibus, erectis, acutis, parvis, deciduis. *vel* nullum.
COR. oblonga, tubulata, ringens, palato prominente, faucem claudente.
Labium superius planum, obtusum, emarginatum, reflexum. (*Vexillum.*)
Nectarium est basis Lab. superioris, pene prominens, obtusa.
L. inferius superiori omnino simile versus basin carinatum. (*Carina.*)
Nectarium est basis carinata, licet minus prominens in hocce.
Faux tetragona, obtusa, perpendiculariter bifida. (*Alæ.*)
STAM. *Filamenta* duo, æqualia, lata, intra singulum labium singula, inclusa, acuminata. *Antheræ* tres in singulo filamento, terminatrices.
PIST. *Germen* oblongum, compressum, acuminatum. *Stylus* brevis. *Stigma* orbiculatum, erectum, compressum.
PER. *Silicula* unilocularis.
SEM. subrotunda.
OBS. Stamina *in hocce genere fere sola constantia observantur.*
Fumariæ *off. Silicula subrotunda, sæpe monosperma, decidua.*
Pseudo-fumariæ *Riv. Silicula ovato-acuminata, bivalvis, receptaculo fili instar futuris utrinque interjecto. Calyx nullus.*
Capnoides *T. Silicula longissima, fere cylindracea, bivalvis, receptaculo fili instar futuris utrinque interjecto.*
Cysticapnos *B. Pericarpium trivalve, absconditum intra Calycem inflatum maximum.*
Capnorchis *B. Nectarium labii inferioris prominet ut superioris*

2. *OCTANDRIA.*

686. POLYGALA *: *Tournef.* 79. *Malp.* 145. Chamæbuxus *Tournef.* A. G. 1705. Polygaloides *Dill.* gen. 9. Penæa *Plum.* 25.

Cal. *Perianthium* triphyllum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis, *duobus* infra corollam, *unico* ſupra eandem, perſiſtentibus.
Cor. Papilionacea ex figura, numero petalorum indeterminato exiſtente.
Alæ ſubovatæ, planæ, maximæ, extra reliquas corollæ partes poſitæ.
Vexillum fere cylindraceum, tubulatum, breve, *ore* reflexo, parvo, bifidum.
Carina concava, compreſſa, verſus apicem ventricoſa.
Appendix Carinæ Corpora duo, tripartita, penicilliformia, carinæ affixa.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (octo connata,) carinâ incluſa. *Antheræ* octo, ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, erectus. *Stigma* terminatrix, craſſiuſculum, bifidum.
Per. *Capſula* turbinato-cordata, compreſſa, *margine* acuta: bilocularis, bivalvis, *diſſepimento*: valvis contrario, *margine* utrinque dehiſcens.
Sem. ſolitaria, ovata.
Obs. *Appendix carinæ in diverſis diverſus eſt, nec omnibus penicilliformis.*

685. HEI-

687. HEISTERIA *.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, cuſpidatis, corollâ paulo brevioribus, perſiſtentibus.
COR. monopetala, ringens, diviſa fere ad baſin in duo labia.
Labium ſuperius (Vexillum) erectum, ſemibifidum: *laciniis* ovato-lanceolatis, dehiſcentibus.
Faux nectarifera (Carina) ſubcordata, concava, connivens, fere clauſa, recta, partem inferiorem labii inferioris conſtituens.
Lab. inferius (Alæ) impoſitum apici faucis, bipartitum, dependens: *laciniis* verticaliter cordatis.
STAM. *Filamenta* diadelpha (octo) inferne connata in membranam ovatam. *Antheræ* totidem, intra faucem.
PIST. *Germen* ovatum, quatuor acuminibus conniventibus terminatum: inter quæ oritur *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* compreſſum, obtuſum, oblique bifidum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, compreſſa: terminata ſetis quatuor, ſubulatis, diſtantibus: bilocularis: *diſſepimento* valvis contrario, margine undique dehiſcens.
SEM. ſolitaria, ſubovata.

3. *DECANDRIA.*

688. ERYTHRINA *. Corallodendron *Tournef.* 446. Coral *Dill.* elth. 20.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, bilabiatum, integrum, rectum.
Cor. papilionacea, tetrapetala.
Vexillum lanceolatum, lateribus deflexis, superne reclinatum, longissimum. *Alæ* subovatæ, calyce vix longiores, extra tubum vexilli vix eminentes, minimæ.
Carina recta, longitudine alarum.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (superius simplex, inferius novemfidum), parum incurva, longitudine dimidii vexilli, carinâ longiora. *Antheræ* decem, sagittatæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* longitudinale.
Per. *Legumen* longissimum, ad femina protuberans, acumine terminatum, uniloculare.
Sem. reniformia.

689. AMORPHA *. *Hort. Cliffort.*

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, cylindraceum, turbinatum: *ore* erecto, quinquedentato, obtuso: *dentibus superioribus duobus* majoribus: persistens.
Cor. *Petalum* verticaliter ovatum, concavum, calyce vix majus, erectum, insertim calyci intra dentes duos majores & superiores, ad latus superius collocatum.
Stam. *Filamenta* decem, basi levissime coalita, erecta, inæqualis longitudinis, corollâ longiora. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* simplex.
Per. *Legumen* lunulatum, reflexum, calyce majus, compressum, apice magis reflexo, uniloculare, tuberculatum.
Sem. duo, oblongo-reniformia.
Obs. *Ex dato charactere sequitur genus hocce sola corolla ab omnibus in universum plantis differre.*
Petalum est vexillum: *at* alæ & carina *deficiunt*, *quod in* Corolla papilionacea *omnino singulare est.*

690. SPAR-

690. SPARTIUM *. Genista *Tournef.* 411.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cordato-tubulatum: summo margine brevissimum, versus apicem quinque denticulis notatum, coloratum, parvum, sub floris latere inferiori extensum.
COR. papilionacea, pentapetala.
Vexillum ovato-cordatum, totum reflexum, maximum.
Alæ ovatæ, oblongæ, vexillo breviores, filamentis annexæ.
Carina dipetala, oblonga, alis longior, margine carinali villis connivente, filamentis inserta
STAM. *Filamenta* decem, connata, inæqualia, sensim longiora. *superius* brevissimum: *inferius* novemfidum. *Antheræ* oblongiusculæ.
PIST. *Germen* oblongum, hirsutum. *Stylus* subulatus, assurgens. *Stigma* adnatum, oblongum, villosum, inflexum.
PER. *Legumen* cylindraceum, longum, obtusum, uniloculare, bivalve.
SEM. plura, globoso-reniformia.

691. GENISTA *. Spartium *Tournef.* 412. Genistella *Tournef.* 413.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, tubulatum, fere bilabiatum: *labio superiori* bidentato, profundius diviso: *labio inferiori* tridentato, fere æquali.
COR. papilionacea. *Vexillum* ovato-acutum, â carina remotum, totum reflexum.
Alæ oblongæ, laxæ; reliquis breviores.
Carina recta, emarginata, vexillo longior.
STAM. *Filamenta* decem, connata, e carina emergentia. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* simplex, assurgens. *Stigma* acutum, involutum.
PER. *Legumen* subrotundum, turgidum, uniloculare, bivalve.
SEM. solitaria, sæpius reniformia.

692. GA-

692. GALEGA *. *Tournef.* 222. *Riv.* IV: 85.
220 Indigo *Isnard.* A. G.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, breve, semiquinquefidum: *dentibus* subulatis, æqualibus.
Cor. papilionacea.
Vexillum majus, ovatum, apice & lateribus reflexum.
Alæ oblongæ, appendice acuta, longitudine fere vexilli.
Carina oblonga, compressa, recta, versus apicem deorsum gibba, sursum acuta.
Stam. *Filamenta* diadelpha, ultra medietatem coalita. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* cylindraceum, teres, tenue, oblongum. *Stylus* tenuis, germine brevior, ascendens. *Stigma* terminatrix, punctum minimum.
Per. *Legumen* teres, longissimum, acuminatum, torulis ad semina incrassatum.
Sem. plura, oblongo-reniformia.

693. LUPINUS *. *Tournef.* 213. *Riv.* IV: 31. 34.
221

Cal. *Perianthium* monophyllum, bifidum.
Cor. papilionacea.
Vexillum cordato-subrotundum, emarginatum, lateribus reflexis, compressis. *Alæ* subovatæ, longitudine fere vexilli, carinæ non affixæ, inferne conniventes.
Carina basi bipartita, sursum falcata, acuminata, integra, longitudine alarum, angustior.
Stam. *Filamenta* diadelpha, coalita, parum ascendentia, superne distincta. *Antheræ* quinque subrotundæ, totidem oblongæ.
Pist. *Germen* subulatum, compressum, villosum. *Stylus* subulatus, ascendens. *Stigma* terminatrix, obtusum.
Per. *Legumen* magnum, oblongum, coriaceum, compressum, acuminatum, uniloculare.
Sem. plura, subrotunda, compressa.
Obs. Calyx *in diversis speciebus diversus est.*

694. BOR-

694. BORBONIA †.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, turbinatum, corollâ dimidio brevius: *laciniis* lanceolatis, acuminatis, rigidis, pungentibus, ferme æqualibus, *infima* longiore.
COR. pentapetala, papilionacea, extus hirſuta.
Vexillum reflexum, obtuſum, ungue calycis longitudinc.
Alæ ſemicordatæ, vexillo paulo breviores.
Carina dipetala, lunulata, obtuſa.
STAM. *Filamenta* novem, coalita in cylindrum ſuperne longitudinaliter dehiſcentem, apicibus aſſurgentia. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ſubulatum. *Stylus* breviſſimus, adſcendens. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
PER. *Legumen* ſubrotundum, acuminatum, uniloculare, ſpina terminatum.
SEM. reniforme.

695. CROTALARIA *. *Dill.* elth. *Riv.* IV: 28.

CAL. *Perianthium* tripartitum, magnum, corollâ paulo brevius: *laciniis duabus ſuperioribus* lanceolatis, vexillo incumbentibus: *tertia* lanceolata, concava, carinam fulciente, trifida.
COR. papilionacea. *Vexillum* cordatum, acutum, magnum, lateribus depreſſum. *Alæ* ovatæ, vexillo dimidio breviores.
Carina acuminata, longitudine alarum.
STAM. *Filamenta* diadelpha, connata, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, reflexum, hirſutum. *Stylus* ſimplex, infractus, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* breve, turgidum, uniloculare, bivalve.
SEM. unum alterumve, globoſo-reniforme.
OBS. Crotalariæ *cum* Ononide *ſumma affinitas.*

696. ONONIS *. Anonis *Tournef.* 408. *Riv.* IV: 81. Natrix *Riv.* IV: 82.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine fere corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, leviter ſurſum arcuatis: *infima* ſub carina.
Cor. papilionacea. *Vexillum* cordatum, lateribus depreſſum, magis reliquis *Alæ* ovatæ, vexillo dimidio breviores. *Carina* acuminata, alis fere longior.
Stam. *Filamenta* diadelpha, connata, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum, villoſum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* turgidum, villoſum, uniloculare, bivalve.
Sem. pauca, reniformia.

697. ACHYRONIA. auctore Cl. Royeno.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum: laciniis acuminatis æqualibus, ſuperiore longiore.
Cor. papilionacea.
Vexillum compreſſum, aſcendens, obverſe ovatum, externe ſæpius hirſutum, obtuſum cum acumine.
Alæ lunulatæ obtuſæ patulæ, vexillo breviores.
Carina bifida, alis conformis.
Stam. *Filamenta* decem, ſive novem, connata in vaginam ſuperne dehiſcentem longitudinaliter, adſcendentia. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, adſcedens. *Stigma* acutum.
Per. *Legumen* ovato-oblongum.
Sem. pauca ſive ſolitaria, reniformia.
Obs. *Singulare huic eſt folia ex eadem gemma plura in planta fruteſcente.*

698. SECURIDACA †.

Cal. *Perianthium* tripartitum: laciniis ovatis, quarum ſumma Vexillum, binæ Carinam reſpiciunt.
Cor. Papilionacea. *Vexillum* ſubrotundum, amplius. *Alæ* obtuſæ. *Carina* lunulata.
Stam. *Filamenta* inferne connata. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* ſubulatum. *Stigmatę* obtuſo.
Per. ſubrotundum, deſinens in *Membranam* perpendicularem, maximam, oblongam, obtuſam, ſuperne latiorem.
Sem. unicum, pericarpio toto veſtitum.

699. CYTISUS *. *Tournef.* 416. *Riv.* IV: 83. Laburnum *Riv.* IV: 73.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, breve, baſi obtuſa: *ore* bilabiato: *ſuperiore* bifido, acuminato: *inferiori* tridentato.
Cor. papilionacea. *Vexillum* ovatum, aſſurgens, lateribus reflexis.
Alæ longitudine vexilli, rectæ, obtuſæ.
Carina ventriculoſa, acuminata.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* oblongum, obtuſum, baſi anguſtum, rigidum.
Sem. nonnulla, reniformia, compreſſa.

700. ANAGYRIS *. *Tournef.* 647.

219

Cal. *Perianthium* campanulatum: *ore* quinquedentato, *supremo pari* profundius divisо.
Cor. papilionacea.
Vexillum obverse cordatum, rectum, emarginatum, reliquis latius, calyce duplo longius.
Alæ ovato-oblongæ, planæ, vexillo longiores.
Carina recta, alis longior.
Stam. *Filamenta* diadelpha, assurgentia. *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* simplex, assurgens. *Stigma* villosum.
Per. *Legumen* oblongum, magnum, teretiusculum, parum reflexum, obtusum.
Sem. sex vel plura, reniformia.
Obs. *Essentia consistit in Vexillo brevissimo, recto: Carina longissima.*

701. ULEX *. Genista-spartium *Tournef.* 112. Genistæ species *Riv.* IV: 77.

220

Cal. *Perianthium* diphyllum, persistens; *foliolis* ovato-oblongis, concavis, rectis, æqualibus, carina paulo brevioribus: quorum *superius* bidentatum, *inferius* tridentatum.
Cor. papilionacea, pentapetala.
Vexillum verticaliter cordatum, emarginatum, rectum, maximum.
Alæ oblongæ, obtusæ, vexillo breviores.
Carina dipetala, recta, obtusa, margine inferiore connivens.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum). *Antheræ* simplices.
Pist. *Germen* oblongum, cylindraceum, hirsutum. *Stylus* filiformis, assurgens. *Stigma* obtusum, minimum.
Per. *Legumen* oblongum, turgidum, calyce ferè totum, rectum, uniloculare, bivalve.
Sem. pauca, subrotunda, emarginata.

702. ROBINIA *. Pſeudoacacia *Tournef.* 417. *Riv.* IV: 74.

Cal. *Perianthium* monophyllum, parvum, campanulatum, quadridentatum: *denticulis tribus inferioribus* tenuioribus: *ſupremo quarto* duplo latiori, vix manifeſte emarginato, longitudine omnibus æqualibus.
Cor. papilionacea.
Vexillum ſubrotundum, majus, patens, obtuſum.
Alæ oblongæ, ovatæ, liberæ; appendice breviſſima, obtuſa.
Carina ferè ſemiorbiculata, compreſſa, obtuſa, longitudine alarum.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum), ſuperne aſcendentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* cylindraceum, oblongum. *Stylus* filiformis, ſurſum flexus. *Stigma* villoſum, antice ad apicem ſtyli.
Per. *Legumen* magnum, compreſſo-planum, gibbum, longum.
Sem. pauca, reniformia.

703. PHASEOLUS *. *Tournef.* 232. *Riv.* IV: 35-39.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *labio ſuperiore* emarginato, *inferiore* tridentato.
Cor. papilionacea.
Vexillum cordatum, obtuſum, emarginatum, reclinatum, lateribus reflexis.
Alæ ovatæ, longitudine vexilli, unguibus longis inſidentes.
Carina anguſta, ſpiraliter contra ſolem revoluta.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum), intra carinam, ſpiralia. *Antheræ* decem, ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, villoſum. *Stylus* filiformis, ſpiraliter inflexus, ſuperne pubeſcens. *Stigma* obtuſum, craſſiuſculum, villoſum.
Per. *Legumen* longum, rectum, coriaceum, obtuſum cum acumine.
Sem. reniformia, oblonga, compreſſa.
Obs. *Carina cum contentis genitalibus ſpiralis, eſſentialis eſt nota.* Calyx *alius exterior diphyllus ſubrotundus in multis ſpeciebus adeſt.*

1 222

704. DOLICHOS *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, quadridentatum, æquale: *denticulo ſupremo* emarginato.
COR. papilionacea.
Vexillum ſubrotundum, magnum, emarginatum, totum reflexum. *Calli* duo oblongi paralleli & longitudinales, vexillo ſubtus verſus baſin adnati, alas comprimentes, a tergo non excavati.
Alæ ovatæ, obtuſæ, longitudine carinæ.
Carina lunulata, compreſſa, inferne connivens arcte, longitudine alarum, apice aſcendens.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum), *ſimplici* ad baſin curvato. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* lineare, compreſſum. *Stylus* aſcendens. *Stigma* barbatum, introrſum â medietate ad apicem ſtyli excurrens, *apice Styli* antice calloſo obtuſo.
PER. *Legumen* acuminato-magnum, oblongum, bivalve, biloculare.
SEM. plura, elliptica, compreſſa ſæpius.
OBS. *Phaſeoli facies eſt*: *Carina quæ non ſpiralis diſtinguit genus.*

1 216

705. CLITORIA *. Ternatea *Tournef.* A. G. 1706. t. 1. *Dill.* gen. 10. Clitorius *Dill.* elth. 76. Phaſeoli ſpecies *Riv.* IV: 40.

CAL. *Perianthium* monophyllum, erectum, tubulatum, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. papilionacea.
Vexillum maximum, rectum, emarginatum, margine undulatum, patens.
Alæ oblongæ, rectæ, obtuſæ, vexillo breviores.
Carina alis brevior, ſubrotundo-falcata.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* aſcendens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* longiſſimum, lineare, compreſſum, unilociulare, bivalve, apice ſubulato.
SEM. plura, reniformia.

706. PI-

706. PISUM *. *Tournef.* 215. *Riv.* IV. 43-46. *Malp.* 140. 242. 248. Ochrus *Tournef.* 219. 220.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, persistens: *laciniis duabus superioribus* latioribus.
Cor. papilionacea, tetrapetala.
Vexillum latissimum, verticaliter cordatum, reflexum, emarginatum cum acumine.
Alæ duæ, subrotundæ, conniventes, vexillo breviores.
Carina compressa, semilunulata, alis brevior.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (*unicum* simplex superius, subulato-planum: & *novem* subulata infra medium in cylindrum, superne fissum) coalita. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, compressum. *Stylus* ascendens, triangulus, membranaceus, extrorsum flexis lateribus. *Stigma* angulo superiori adnatum, oblongum, villosum.
Per. *Legumen* magnum, longum, teretiusculum (vel compressum deorsum) apice sursum acuminato, uniloculare, bivalve.
Sem. plura, globosa.
Obs. Ochri T. *Semina puncto receptaculi oblongo notantur.*
Pisi T. *semina puncto insertionis subrotundo alligantur.*

707. LA-

707. LATHYRUS *. *Tournef.* 216. 217. *Riv.* IV: 47-57. Clymenum *Tournef.* 218. Aphaca *Tournef.* 223. Edit. prior. 576.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, campanulatum: *laciniis* lanceolatis, acutis: ſuperioribus duabus brevioribus, infima longiore.

COR. papilionacea.

Vexillum obverſe ſubcordatum, maximum, lateribus & apice reflexis.

Alæ oblongæ, lunulatæ, breves, obtuſæ.

Carina ſemiorbiculata, magnitudine alarum, iisque latior, in medio introrſum dehiſcens.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum), aſſurgentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* compreſſum, oblongum, lineare. *Stylus* ſurſum erectus, planus, ſuperne latior, apice acuto. *Stigma* villoſum, a medietate ſtyli ad apicem antice productum in diſco plano.

PER. *Legumen* longiſſimum, cylindraceum vel compreſſum, acuminatum, bivalve.

SEM. plura, cylindracea, globoſa, vel parum angulata.

OBS. Lathyri T. *folia conjugata cirrhifera.*

Clymenum T. *folia pinnata cirrhoſa gerit.*

Niſſoliæ T. *folia ſimplicia cirrhis carentia ferunt.*

Aphaca *Stipulas promit absque foliis.*

Piſum *admodum affine eſt Lathyro: differt tamen manifeſte Stylo.*

708. VI-

708. VICIA *. *Tournef.* 221. *Riv.* IV: 64-68. Cracca *Riv.* IV: 58-61. Faba *Tournef.* 212. *Riv.* IV: 29. 30. *Malp.* 179. 241.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, ſemiquinquefidum, acutum, ſurſum obliquum, *dentibus ſuperioribus* brevioribus, conniventibus: *omnibus* æqualis latitudinis.

Cor. papilionacea.

Vexillum ovale, ungue lato oblongo, apice emarginatum cum acumine, lateribus reflexum, linea longitudinali compreſſa elevata.

Alæ duæ, oblongæ, rectæ, ſemicordatæ, ungue oblongo, vexillo breviores.

Carina ungue oblongo, bipartito: ventriculo compreſſo, ſemiorbiculato, alis breviore.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum). *Antheræ* erectæ, ſubrotundæ, quadriſulcæ.

Nectarii glandula intra ſtamen compoſitum & germen e receptaculo oritur brevis, acuminata.

Pist. *Germen* lineare, compreſſum, longum. *Stylus* filiformis, brevior, ad angulum rectum aſcendens. *Stigma* obtuſum, inferne undique barbatum.

Per. *Legumen* longum, coriaceum, bivalve, uniloculare, acumine terminatum.

Sem. plura, ſubrotunda.

Obs. *Examinanti centies flores Viciæ & Fabæ, nulla apparuit nota qua ſeparari potuit in duo: plura enim attributa huic generi propria in utraque adſtant ſimillima. Sola ſemina modo parum differunt, at nec vidimus in hac claſſe unquam ſola ſemina genera determinare potuiſſe.*

Fabæ T. *Semina ovata, compreſſa.*

Viciæ *Riv.* *Semina ſubrotunda.*

709. OROBUS *. *Tournef.* 214. *Riv.* IV: 69-71.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, basi obtusum: *ore* obliquo, quinquedentato, brevissimo: *denticulis tribus inferioribus* acutioribus: *duobus superioribus* brevioribus, profundius & obtuse divisis: marcescens.

Cor. papilionacea.

Vexillum verticaliter cordatum, desinens in dimidiatum cylindrum, calyce longiorem.

Alæ duæ, oblongæ, longitudine fere vexilli, assurgentes, conniventes.

Carina inferne manifeste bifida, acuminata, assurgens: *marginibus* conniventibus, parallelis, compressis: *fundo* ventricoso.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum), ascendentia. *Antheræ* subrotundæ.

Pist. *Germen* cylindraceum, compressum. *Stylus* sursum flexus, erectus. *Stigma* lineare, pubescens, latere interiore a medietate ad apicem styli adnatum.

Per. *Legumen* teres, longum, apice acuminato ascendente, uniloculare, bivalve.

Sem. plurima, subrotunda.

710. LOTUS *. *Tournef.* 227. *Riv.* IV: 91-94.

Cal. *Perianthium* monophyllum, teres, semiquinquefidum, *dentibus* acutis, æqualibus, erectis, persistens.

Cor. papilionacea.

Vexillum subrotundum, deorsum flexum: ungue oblongo, concavo.

Alæ subrotundæ, vexillo breviores, latæ, sursum conniventes.

Carina inferne gibba, superne clausa, acuminata, ascendens, brevis.

Stam. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum), ascendentia, apicibus latiusculis. *Antheræ* parvæ, simplices.

Pist. *Germen* teres, oblongum. *Stylus* simplex, ascendens. *Stigma* punctum inflexum.

Per. *Legumen* cylindraceum, strictum, quasi transversaliter multiloculare, bivalve, uniloculare.

Sem. plura, subrotunda.

Obs. Loti *Kn.* Legumen *nudum æquale.*

Tetragonolobi *Kn.* Legumen *quatuor membranis longitudinalibus notatum.*

711. DO-

711. DORYCNIUM *. *Tournef.* 211.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, fere æquale, perſiſtens.
Cor. papilionacea.
Vexillum verticaliter cordatum, reflexum, majus.
Alæ oblongæ, longitudine carinæ.
Carina recta, brevis.
Stam. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum), aſcendentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, aſcendens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Legumen* ſubrotundum, acuminatum, bivalve, uniloculare, fere tectum.
Sem. unum, alterumve.

712. ANTHYLLIS *. *Riv.* IV: 23. 24. Vulneraria *Tournef.* 211.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ovato-oblongum, parum inflatum, villoſum, *ore* quinquedentato, inæquali; perſiſtens.
Cor. papilionacea.
Vexillum longius, lateribus reflexis, ungue longitudine calycis.
Alæ duæ oblongæ, vexillo breviores.
Carina compreſſa, longitudine alarum, alis ſimilis.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum). *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſcendens. *Stigma* obtuſum.
Per. *Legumen* ſubrotundum, tectum, intra calycem, minimum, bivalve.
Sem. unum, alterumve.

713. TRIFOLIUM *. *Tournef.* 228. *Riv.* IV: 12-19. Trifoliaſtrum *Mich.* 25. Triphylloides *Pont.* anth. Lupulinum *Riv.* IV: 11. Lagopus *Riv.* IV: 20-22. Melilotus *Tournef.* 229. *Riv.* IV: 7-10. Lupinaſter *Buxb*:

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. papilionacea, ſæpius perſiſtens, marceſcens.
Vexillum reflexum.
Alæ vexillo breviores.
Carina alis brevior.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum.) *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſubulatus, aſcendens. *Stigma* ſimplex.
PER. *Legumen* breve, univalve.
SEM. pauciſſima, ſubrotunda.
OBS. *Characterem hujus generis abſolutum cum nota ſua vera & eſſentiali, licet plures examinando ſpecies maximam impenderim operam, etiamnum me dare non poſſe fateor, nec dedit ullus alius hactenus, ne quidem a foliis.*
Genus hoc naturale eſſe docent facies & attributa varia ſpecierum; nec limites invenerunt, qui dilacerare tentarunt.
Triphylloides *Pont. Corolla monopetala, coalitis ſcilicet in unum vexillo, alis & carina, gaudet.*
Trifoliaſtri *Mich. Legumen calyce longius: Floſculi in capitulum congeſti.*
Lupulini *Riv. Corolla perſiſtens, Vexillo inflexo plano.*
Lagopi *Riv. Calyx longitudine corollæ villoſus.*
Meliloti *T: Legumen calyce longius.*
Lupinaſter *Legumina polyſperma. Folia quinata.*

714. ER-

714. ERVUM *. *Tournef.* 221. *Riv.* IV: 72.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine fere corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, fere æqualibus.
COR. papilionacea. *Vexillum* planum, leviter reflexum, ſubrotundum, majus.
Alæ obtuſæ, vexillo dimidio breviores.
Carina alis brevior, acuminata.
STAM. *Filamenta* diadelpha: (ſimplex & novemfidum), aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* oblongum, obtuſum, teres, ſeminibus protuberantibus, nodoſum.
SEM. quatuor, fere ſubrotunda.
OBS. *maximam cum Cicere habet affinitatem.*

715. CICER *. *Tournef.* 210. *Riv.* IV: 25. Lens *Tournef.* 210. *Riv.* IV: 41, 42. Craccæ ſp. *Riv.* IV: 62-63.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine fere corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, fere æqualibus.
COR. papilionacea. *Vexillum* planum, ſubrotundum, majus.
Alæ obtuſæ, vexillo dimidio breviores.
Carina alis brevior, acuminata.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum), aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* rhomboidale, turgidum.
SEM. duo, ſubrotunda.
OBS. *Semina capitis arietis forma non poſſunt diſtinguere Cicerem a Lente.*

716. PSORALIA *. *Roy. lugd. p.* 372.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tuberculis punctatum, quinquefidum: *laciniis* acutis, æqualibus, persistentibus: infima duplo longiore.
COR. papilionacea, pentapetala.
Vexillum subrotundum, emarginatum, assurgens.
Alæ lunulatæ, obtusæ, parvæ.
Carina dipetala, lunulata, obtusa.
STAM. *Filamenta* diadelpha (simplex, setaceum, novem coalita) adscendentia. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* lineare. *Stylus* subulatus, ascendens, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
PER. *Legumen* longitudine calycis, compressum, ascendens, acuminatum.
SEM. unicum, reniforme.
OBS. *Singulare in hoc genere calycem, uti tota planta, tuberculis esse punctatum & petala venis coloratis notata.*

717. ASTRAGALUS *. *Tournef.* 233. *Riv.* IV: 124-128. Glaux *Riv.* IV: 129-131.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, acutum, *denticulis inferioribus* gradatim minoribus.
COR. papilionacea.
Vexillum longius reliquis, lateribus reflexis, emarginatum, obtusum, rectum.
Alæ oblongæ, vexillo breviores.
Carina longitudine alarum, emarginata.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum), fere recta. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* teretiusculum. *Stylus* subulatus, ascendens. *Stigma* obtusum.
PER. *Legumen* biloculare: *loculis* ad alterum latus magis flexis.
SEM. reniformia.
OBS. Tragacantha *summam cum Astragalis habet affinitatem.*
Astragalus *Riv. Siliqua gaudet oblonga polysperma.*
Glaux *Riv. Siliculam gerit cordatam.*

718. BI-

718. BISERRULA *. Pelecinus *Tournef.* 234. Utrinque-ferrata *Riv.* IV: 122.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, femiquinquefidum, *dentibus* fubulatis, æqualibus, *fuperioribus duobus* remotioribus.
Cor. Papilionacea.
Vexillum majus, lateribus reflexum, afcendens, fubrotundum.
Alæ ovato-oblongæ, liberæ, vexillo breviores.
Carina longitudine alarum, obtufa, afcendens.
Stam. *Filamenta* diadelpha, afcendentia apicibus, carinâ inclufa. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* oblongum, compreffum. *Stylus* fubulatus, afcendens. *Stigma* fimplex.
Per. *Legumen* magnum, lineare, planum, biloculare: *diffepimento* valvis contrario.
Sem. plurima, reniformia, compreffa.

719. TRAGACANTHA *. *Tournef.* 234.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, fere æquale, quinquedentatum, *denticulis* remotioribus.
Cor. papilionacea.
Vexillum reliquis longe majus, ovatum, emarginatum, afcendens: *lateribus* reflexis.
Alæ duæ, rectæ, lineares, obtufæ, vexillo breviores.
Carina dipetala, deorfum connivens, obtufa, afcendens, alis brevior.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (fimplex & novemfidum), fere recta & fere æqualia. *Antheræ* fubrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, fuperne ad bafin perforatum, melliferum, definens in *Stylum* fubulatum, leviffime afcendentem. *Stigma* parvum, obtufum.
Per. *Legumen* breve, gibbum, ftylo acuminatum, biloculare.
Sem. pauciffima, reniformia.

720. GLY-

720. GLYCINE *. Apios *Boerh.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, compressum: ore bilabiato: *Labio superiore* emarginato, obtuso.
Lab. inferiore longiore, trifido, acuto: *dente intermedio* productiore.
COR. papilionacea.
Vexillum obverse cordatum, *lateribus* deflexis, *dorso* gibbo, *apice* emarginato, recto.
Alæ oblongæ, versus apicem ovatæ, parvæ, deorsum flexæ.
Carina linearis, falcata, sursum flexa, apice vexillum sursum premente obtusa, versus apicem latior.
STAM. *Filamenta* diadelpha (simplex & novemfidum,) apice parum divisa, revoluta. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* cylindraceus, in spiram revolutus. *Stigma* obtusum.
PER. *Legumen* oblongum, biloculare.
SEM. reniformia.

721. PHACA *. Astragaloides *Tournef.* 223. comm. Cl. Royeno.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum.
COR. papilionacea. *Vexillum* obverse ovatum, rectum, majus.
Alæ oblongæ, obtusæ, breviores.
Carina brevis, compressa, obtusa.
STAM. *Filamenta* diadelpha: simplex & novemfidum. *Antheræ* subrotundæ, adscendentes.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* subulatus, adscendens. *Stigma* simplex.
PER. *Legumen* oblongum, inflatum, sutura superiori depressa versus inferiorem, uniloculare.
SEM. plura, reniformia.
OBS. *Legumen in aliis rectum est, in aliis vero recurvum, ut apex ferme basin attingat.*
Cum in Astragalis quibusdam dissepimentum Leguminis non affigitur suturæ inferiori, licet approximatum sit, patet hinc affinitas summa Phacæ & Astragali.

722. CO-

722. COLUTEA *. *Tournef.* 481. *Riv.* IV: 26. 27.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, erectum, fere æquale, persistens.
COR. papilionacea.
Vexillum, *Alæ*, & *Carina* figurâ varia gaudent. *Alæ* appressæ, breves, lanceolatæ.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum, ascendentia. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* oblongum, compressum, utrinque attenuatum. *Stylus* ascendens. *Stigma* lineâ barbatâ ab apice styli ad ejus medium a parte superiori extensum.
PER. *Legumen* maximum, latissimum, inflatum, compressum, *sutura superiori* erecta, *inferiori* gibba, uniloculare, ad basin in sutura superiore dehiscens.
SEM. plura, reniformia.
OBS. Corolla *in hocce genere nihil omnino valet*, Fructus *verò essentiam exhibet.*

723. ARACHIS *. Arachidna *Plum.* 37. Arachidnoides *Niss. A. G.* 1723. *t.* 19.

CAL. *Perianthium* bipartitum, dehiscens: *Labium superius* ovatum, semitrifidum; *lacinula intermedia* fere majori, emarginata: *Lab: inferius* lanceolatum, concavum, acutum, ferè longius.
COR. papilionacea, tetrapetala.
Vexillum subrotundum, deflexo-planum, maximum, emarginatum, calyce longius.
Alæ liberæ, subovatæ, vexillo breviores.
Carina subulata, recurva, longitudine calycis, basi levissime bifida.
STAM. *Filamenta* diadelpha, coalita, superne divisa, subulata, longitudine carinæ. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* subulatus, longitudine germinis, ascendens. *Stigma* simplex.
PER. *Legumen* ovato-oblongum, teres, medio coarctatum, reticulatum, uniloculare.
SEM. duo, oblonga, obtusa, gibba.

724. TRIGONELLA *. Fœnum græcum *Tournef.* 270. *Riv.* IV: 97.

Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum; *denticulis* ſubulatis, fere æqualibus.
Cor. papilionacea, quaſi tripetala?
Vexillum ſubovatum, obtuſum, reflexo-patens.
Alæ duæ, ovato-oblongæ, extrorſum reflexo-patentes: ut vexillum cum alis quaſi conſtituat corollam tripetalam regularem.
Carina breviſſima, obtuſa, umbilicum floris occupans.
Stam. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum); brevia, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Legumen* ovato-oblongum, compreſſum, tectum.
Sem. plura, ſubrotunda.
Obs. *Sola Corollæ figura ab omnibus diſtinctum evadit genus.*

725. MEDICAGO *. *Tournef.* 231. Falcata *Riv.* IV: 100-103. Medica *Tournef.* 231. Cochleata *Riv.* IV: 104-109.

Cal. *Perianthium* monophyllum, rectum, campanulato-cylindraceum, ſemiquinquefidum, acuminatum, æquale.
Cor. papilionacea.
Vexillum ovatum, integrum, marginibus inflexis, totum reflexum.
Alæ ovato-oblongæ, appendice carinæ affixæ, lateribus conniventibus ſub carina.
Carina oblonga, bifida, patens, obtuſa, reflexa & hians à vexillo.
Stam. *Filamenta* diadelpha, coalita fere ad apices. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* oblongum, incurvatum, compreſſum, pedicello inſidens, filamentis involutum, e carina exeuns, vexillum reflectens, deſinens in *Stylum* brevem, ſubulatum, fere rectum. *Stigma* terminatrix, minimum.
Per. *Legumen* compreſſum, longum, inflexum.
Sem. plura, reniformia vel angulata.
Obs. Cochleatæ *R. Siliqua ſpiraliter cochleata.*
Falcatæ *R. Siliqua arcuata, falcata.*

726. GLY-

726. GLYCYRRHIZA *. *Tournef.* 210.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, bilabiatum, persistens.
labium superius tripartitum: *laciniis lateralibus* linearibus, *intermedia* latiore, bifida.
labium inferius simplicissimum, lineare.
COR. papilionacea, tetrapetala.
Vexillum ovato-lanceolatum, rectum, longius.
Alæ oblongæ, carina simillimæ, sed paulo majores.
Carina dipetala, acuta, ungue longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* diadelpha: simplex & novemfidum, carina abscondita, recta. *Antheræ* simplices, subrotundæ.
PIST. *Germen* calyce brevius. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, adscendens.
PER. *Legumen* ovatum vel oblongum, compressum, acutum, uniloculare.
SEM. paucissima, reniformia.

727. HEDYSARUM *. *Tournef.* 225. *Riv.* IV: 119-121. *Dill.* elth. 141-144 Onobrychis *Tournef.* 211. *Riv.* IV: 2. Alhagi *Tournef.* 439.

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiquinquefidum: *laciniis* subulatis, erectis, persistentibus.
COR. papilionacea, striata.
Vexillum reflexo-compressum, ovato-oblongum, emarginatum, longum.
Alæ oblongæ, reliquis angustiores, rectæ.
Carina recta, compressa, extrorsum latior, fere truncata, a basi ad gibbum bifida.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum) ad angulum rectum inflexa. *Antheræ* subrotundæ, compressæ.
PIST. *Germen* tenue, compressum, lineare. *Stylus* subulatus, ut stamina inflexus. *Stigma* simplicissimum.
PER. *Legumen* articulus subrotundus, compressus, monospermus, bivalvis.
SEM. reniforme, solitarium.
OBS. *Pericarpium in hoc genere parum differt, hinc varia facta genera.*
Onobrychis *T. Legumen unico articulo constans.*
Hedysari *T. Legumen articulis plurimis catenulatim affixis constans.*
Alhagi *T. foliis alternis ab Hedysaro T. distinguitur.*

728. ÆSCHYNOMENE*. Mimosæ spec. *Breyn.* cent. 52.

CAL. *Perianthium* monophyllum, bipartitum, ringens: *Labiis* æqualibus; *superiori* scilicet bifido; *inferiore* tridentato.
COR. papilionacea.
Vexillum subcordatum, vix dehiscens, majus.
Alæ subovatæ, obtusæ, vexillo breviores.
Carina lunulata, acuminata, longitudine alarum.
STAM. *Filamenta* decem, coalita ad basin in duo corpora, quinque & quinque simul, singula phalange staminum ad singulum latus germinis posita. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* oblongum, villosum, teres. *Stylus* subulatus, adscendens. *Stigma* simplex.
PER. *Legumen* longum, compresso-planum, articulatum, scabrum, uniloculare, articulis discedens.
SEM. solitaria intra singulum articulum, reniformia.
OBS. *Staminibus quinque & quinque coalitis differt notabile & a Genere* §. 727. *& reliquis diadelphis notis.*

729. HIPPOCREPIS *. Ferrum Equinum *Tournef.* 225. *Riv.* IV: 117. 118.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, *denticulis duobus superioribus* conjunctis, minusque divisis, persistens.
COR. papilionacea.
Vexillum cordatum, ungui longitudine calycis insidens.
Alæ ovato-oblongæ, obtusæ.
Carina lunulata, compressa.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (simplex & novemfidum) ascendentia. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* tenue, oblongum, desinens in *Stylum* subulatum, ascendentem. *Stigma* simplicissimum.
PER. *Legumen* compresso-planum, longissimum, reflexum, a sutura inferiori fere ad superiorem incisum multoties, sinubus subrotundis, hinc *articulis* constans obtuse trigonis, plurimis, sutura superiore connexis.
SEM. solitaria in singulo articulo, oblonga, incurva.
OBS. *Essentialis character in Legumine soleæ equinæ forma constat.*

730. SCOR-

730. SCORPIURUS *. Scorpioides *Tournef.* 226. Campoides *Riv.* IV: 115. 116.

Cal. *Perianthium* monophyllum, erectum, inflatum, leviſſime compreſſum, ſemiquinquefidum, acutum: *dentibus* fere æqualibus, *ſuperioribus* minus diviſis.
Cor. papilionacea.
Vexillum ſubrotundum, emarginatum, limbo reflexum, patens.
Alæ ſubovatæ, laxæ, appendice obtuſa.
Carina ſemilunulata, *ventre* gibba, acuminata, erecta, inferne bipartita.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum), aſcendentia. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* oblongum, teres, parum reflexum. *Stylus* ſurſum inflexus. *Stigma* punctum terminatrix.
Per. *Legumen* oblongum, teretiuſculum, coriaceum, ſtriatum, ſcabrum, revolutum, in plura loculamenta longitudinaliter poſita interne diviſum, externe obſcure articulis contractis nodoſum.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.

731. ORNITHOPUS *. Ornithopodium *Tournef.* 224. Scorpiurus *Riv.* IV: 114.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, *ore* quinquedentato, fere æquali, perſiſtens.
Cor. papilionacea.
Vexillum verticaliter cordatum, integrum.
Alæ ovatæ, rectæ, magnitudine vix vexilli.
Carina compreſſa, minima.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum). *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* lineare. *Stylus* ſetaceus, aſcendens. *Stigma* punctum terminatrix.
Per. *Legumen* ſubulatum, teres, incurvatum, articulis plurimis diſcedentibus connexum.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.
Obs. *Flores uno plures Receptaculo communi inſident.*

732. CORONILLA *. *Tournef.* 419. *Riv.* IV: 110-113. Emerus *Tournef.* 418. Securidaca *Tournef.* 224. *Riv.* IV: 99.

CAL. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, compreſſum, bifidum, erectum, *dentibus tribus inferioribus* minoribus, *duobus* coalitis, perſiſtens.
COR. papilionacea.
Vexillum cordatum, undique reflexum, alis vix longius.
Alæ ovatæ, ſurſum conniventes, deorſum dehiſcentes, obtuſæ.
Carina compreſſa, acuminata, aſcendens, alis ſæpius brevior.
STAM. *Filamenta* diadelpha (ſimplex & novemfidum), ad angulum fere rectum aſcendentia, apicibus latiuſculis. *Antheræ* ſimplices, parvæ.
PIST. *Germen* teres, oblongum. *Stylus* ſetaceus, aſcendens. *Stigma* parvum, obtuſum.
PER. *Legumen* longiſſimum, tenue, inter ſingula ſemina contractum, bivalve, uniloculare.
SEM. plura.
OBS. Coronillæ T. Legumen *teres quaſi articulatum*: Semina *oblongiuſcula*.
Securidacæ T. Legumen *compreſſum*, *ſutura altera plana*, *altera anguſta*; Semina *quadragona*.
Emeri T. Ungues corollæ *calyce longiores*: Legumen *tenue ſubulatum*: Semina *cylindracea*.

733. DALEA *.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, parvum.
COR. pentapetala, inæqualis. *Petala* quatuor, oblonga, obtuſa, recta, concava, æqualia; *quintum ſuperius* minus.
STAM. *Filamenta* diadelpha, decem, ſubulata, baſi leviſſime coalita ſunt novem, inæqualia, recta. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum, definens in *Stylum* ſubulatum, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Legumen* ovatum, acutum, bivalve, uniloculare.
SEM. unicum.

Claſ-

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

I. PENTANDRIA.

734. THEOBROMA †. Guazuma *Plum.* 18. Cacao *Tournef.* 444.

Cal. *Perianthium* triphyllum, reflexo-patens: *foliolis* ovatis, concavis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, erecto-patentia, concavo-galeata: *singula* seta bifida cornuta.

Nectarium campanulatum, erecto-patens, petalis minus; constans foliolis quinque, ovato-lanceolatis, connexis.

Stam. *Filamenta* subulata, longitudine nectarii, cui radiorum instar innata: *singula* apice quinquefida. *Antheris* in singulo stamine quinque, tectis petalo concavo.

Pist. *Germen* subovatum. *Stylus* subulatus, longitudine nectarii. *Stigma* simplex.

Per. *Cortex* lignosus, inæqualis, quinquefariam exasperatus, interne quinquefariam semina ferens.

Sem. plurima, carnosa, fere ovata.

Obs. Cacao *gaudet fructu oblongo quinquangulari, utrinque producto.*

Guazuma *verò fructu subgloboso, undique tuberculis scabro, cortice perforato cribriformi, quinqueloculari.*

2. *ICOSANDRIA.*

1 735. CITRUS *. Aurantium *Tournef.* 393. 394.
230 Citreum *Tournef.* 395. 396. Limon *Tournef.* 397.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, basi plana, minimum, marcescens.
COR. *Petala* quinque, oblonga, plana, patentia.
STAM. *Filamenta* viginti sæpius, subulata, compressa, erecta, in orbem vel cylindrum posita, inter se sæpius in plura vel pauciora corpora communiter connata. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* cylindraceus, longitudine staminum. *Stigma* globosum, interne novemloculare.
PER. *Bacca* cortice carnoso, pulpa vesiculis constante, novemlocularis.
SEM. bina, subovata, callosa.
OBS. Aurantii T. *Petiolus cordatus est.*
Citrei T. *Petiolus nudus & simplex.*
Limon T. *ab hortulanis facile distingui posse prætendit Tournefortius.*

3. *POLYANDRIA.*

1 736. HYPERICUM * *Tournef.* 131. Andro-
231 sæmum *Tournef.* 128. Ascyrum *Tournef.* 131.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* subovatis, concavis, persistentibus.
COR. *Petala* quinque, oblongo-ovata, obtusa, patentia, secundum motum solis notata.
STAM. *Filamenta* numerosa, longitudine ferme corollæ, capillaria, basi coalita in quinque corpora distincta. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* tres, duo, quinque, simplices, distantes, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* subrotunda, *loculis* numero styli.
SEM. plurima, oblonga.
OBS. Lasianthius *S. N. Pentagynia*, *Seminibus alatis.*
Ascyrum T. *Pentagynia*, *Seminibus simplicibus.*
Hypericum T. *Trigynia*, *Pericarpio membranaceo.*
Androsæmum T. *Trigynia*, *Pericarpio molli colorato.*
Spec: virgin. Gron. Digynia.

737. A-

737. ASCYRUM *. Hypericoides *Plum.* 7.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis exterioribus* oppositis minutissimis, linearibus: *interioribus* cordatis, magnis, planis, erectis: *omnibus* persistentibus.
Cor. *Petala* quatuor, ovata; *exteriora* opposita maxima: *interiora* minora.
Stam. *Filamenta* numerosa, setacea, basi levissime coalita in quatuor partes. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* simplex.
Per. *Capsula* oblonga, acuminata, bivalvis, calycis foliis majoribus inclusa.
Sem. numerosa, parva, subrotunda.
Obs. *Tot attributa, ab Hyperico differentia, prohibent quo minus conjungi possit, licet facies simillima sit.*

Classis XIX.

SYNGENESIA.

SYNGENESIA *. *Compositi* Tournef. Riv. Raj. Herm. &c.

FLOSCULI Character Naturalis.

CALYX. Corona feminis, apici germinis insidens. *vide seminis coronam.*

COROLLA monopetala, *Tubo* angustissimo, longo, germini insidens: *est vel*

α. TUBULATA: *Limbo* campanulato, quinquefido: *laciniis* reflexo-patentibus.

β. LIGULATA: *Limbo* lineari plano, extrorsum verso, apice integro, tridentato vel quinquedentato, truncato.

γ NULLA: *Limbo* destituta, *tuboque* sæpe carens.

STAMINA. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima, collo corollulæ inserta. *Antheræ* totidem, lineares, erectæ, lateribus coalitæ in cylindrum tubulatum, quinquedentatum, longitudine limbi.

PISTILLUM. *Germen* oblongum, receptaculo flosculi subjectum. *Stylus* filiformis, erectus, staminum longitudine, Antherarum cylindrum perforans. *Stigma* bipartitum, *laciniis* revolutis, patentibus.

PERICARPIUM verum nullum, licet in quibusdam *Crusta* coriacea.

SEMEN unicum, oblongum, sæpe quadragonum, basi sæpius angustiore.

Coronatum PAPPO *radiis* plurimis in orbem positis *simplicibus*, vel *radiatis*, vel *ramosis:* eoque pappo vel *sessili* vel *stipiti* insidente.

PERIANTHIO parvo, sæpe quinquedentato, persistente.

Coronâ destitutum.

OB-

OBSERVATIO.

Sexus vario modo ſeſe habet, hinc ſequentes ſpecies floſculorum.
Floſculus Tubulatus Hermaphroditus, *ſi ſtamina & piſtillum adſint.*
——— ——— Maſculus, *ſi ſtamina ſine ſtigmatibus exiſtunt.*
——— ——— Femineus, *ſi piſtillum ſine ſtaminibus exhibetur.*
——— ——— Neuter, *ſi neque ſtamina, neque ſtylus, vel ſtigma occurrunt.*
——— *Ligulatus* Hermaphroditus, Maſculus, Femineus, Neuter *ex prioribus patent.*

FLOSCULOSI Character.

FLOSCULOSUS flos, *Compoſitus* dicitur & eſt ex Floſculis pluribus.

RECEPTACULUM COMMUNE FRUCTIFICATIONIS plures Floſculos ſeſſiles recipit.

Diſco concavo, plano, convexo, pyramidato vel globoſo.

——— ſuperficie *nuda*, leviſſimis punctis inæquali, vel *villoſa*: villis erectis tecta, vel *paleacea*: paleis linearibus, ſubulatis, compreſſis, erectis, floſculis diſtinguentibus veſtita.

CALYX *Communis* eſt *Perianthium*, quod Receptaculum & floſculos continet, qui contrahitur abſoluta floreſcentia: expanſus reflectitur maturo ſemine: & eſt vel *Simplex*, dum ſerie unica ambit floſculos.

Imbricatus, dum ſquamæ numeroſæ exteriores gradatim breviores, incumbunt interioribus.

Auctus, dum unica ſeries laciniarum æqualis longior cin-

git flosculos, & alia minima cingit basin tantum simplicis interioris & majoris calycis.

SPECIES COMPOSITORUM Florum sequentes sunt: componuntur enim vel ex

1. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco; tubulosis hermaphroditis in radio.
2. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco; tubulosis femineis in radio.
3. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco; tubulosis neutris in radio.
4. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco, ligulatis hermaphroditis in radio.
5. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco; ligulatis femineis in radio.
6. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco; ligulatis neutris in radio.
7. Flosculis tubulosis hermaphroditis in disco; nudis femineis in radio.
8. Flosculis tubulosis masculinis in disco; nudis femineis in radio.
9. Flosculis ligulatis hermaphroditis in disco; ligulatis hermaphroditis in radio.

Ordines itaque nobis a recepto fructificationis Systemate erint

α. Polygamia æqualis. *species* 9. 1. 4.
β. Polygamia superflua. —— 2. 5. 7.
γ. Polygamia frustranea. —— 3. 6.
δ. Polygamia necessaria. —— 8.
ε. Monogamia. *Flosculis non composita sed simplex.*
Horum explicationem dedi in Systemate Naturæ.

OB-

OBSERVANDA.

Classis *hæc naturalis est, nisi ultimus accederet ordo, heic loci secundum assumta principia Systematica necessarius.*

Essentia floris flosculosi *consistit in Antheris in cylindrum coalitis, cum semine infra receptaculum flosculi unico.*

Calyx communis *deest in* Echinope, *adest in* Scabiosa, *&c.*

Receptaculum commune *deest in* Milleria, *adest in* Dipsaco. *ergo a Calyce & Receptaculo frustra petitur Essentia flosculi: & falsò ad Compositos referuntur* Scabiosa, Dipsacus, Gomphrena, *&c.*

Plumierum *nullum Compositorum florum genus statuisse notabile est.*

Tournefortius *in Compositis genera maxime naturalia quæsivit, observationibus licet destitueretur Recentiorum.*

Vaillantius *observationes plures in Compositis quam ullus alius investigavit: & inde genera nimium multiplicavit.*

Pontedera *methodum in hac classe difficillimam, facillimam reddidit.*

1. *POLYGAMIA ÆQUALIS.*

738. PRENANTHES *. *Vaill.* A. G. 1721. 2. 18.

CAL. *Communis* auctus, cylindraceus, glaber, *ore* patulo: *squamis* quinque, æqualibus cylindri; *tribus* inæqualibus brevissimis baseos.
COR. *Composita* non imbricata: *corollulis hermaphroditis* quinque, æqualibus, in orbem simplicem positis.
Propria monopetala, ligulata, truncata, quadridentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* bifidum, reflexum.
PER. nullum. *Calyx* cylindraceus, ore levissime connivens.
SEM. solitaria, cordata, coronata *Pappo* capillari. *Receptaculum* nudum.
OBS. *Datur species quæ pappum stipite sustentat.*

739. LACTUCA *. *Tournef.* 267. *Vaill.* A. G. 1721. 17.

CAL. *Communis* imbricatus, ovato-oblongus: *squamis* plurimis, acuminatis.
COR. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, æqualibus, calyce brevioribus.
Propria monopetala, ligulata, truncata, quadri-quinquevedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* connivens, ovato-cylindraceus.
SEM. solitaria, ovata, acuminata, compressa, terminata *Stipite* longo, inferne attenuato, superne crassiore, proferente *Pappum* simplicem.
REC. nudum.

740. CHON-

740. CHONDRILLA *. *Tournef.* 268. *Vaill.* A. G. 1721. 12.

Cal. *Communis* auctus, cylindraceus: *Squamis cylindri* plurimis, parallelis, linearibus, æqualibus. *S. baseos* paucis, brevissimis.
Cor. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quadriquinqueve-dentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* cylindraceus, oblongus.
Sem. solitaria, ovata, compressa, scabra, terminata *Stipite* longo, inferne crassiore, superne attenuato, proferente *Pappum* simplicem.
Rec. nudum.

741. HIERACIUM *. *Tournef.* 267. *Vaill.* A. G. 1721. 3. 46. 49. 57. 58. 59. 60. 61. Pilosella *Vaill.* A. G. 1721. 57.

Cal. *Communis* crassiusculus: *squamis* pluribus, linearibus, valde inæqualibus, longitudinalibus & incumbentibus.
Cor. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numerosis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, recurva.
Per. nullum. *Calyx* connivens.
Sem. solitaria, obtuse quadragona, brevia, coronata *Pappo* simplici.
Rec. nudum.
Obs. Hieracii *V. Caulis ramosus.*
Pilosellæ *V. Scapus simplex.*

742. CRE-

742. CREPIS *. Hieraciöides *Vaill.* A. G. 1721. 47. 52. 13. 17. 18.

Cal. *Communis* duplex:
Exterior breviſſimus, patulus, deciduus.
Interior ovatus, ſimplex, ſulcatus, perſiſtens; Squamis linearibus, conniventibus.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* ſubrotundus.
Sem. ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* longo, plumoſo, petiolato.
Rec. nudum.

743. ANDRYALA *. Eriophorus *Vaill.* A. G. 1721. 20.

Cal. *Communis* multifidus, brevis, rotundus, villoſus: *ſegmentis* plurimis, æqualibus, ſubulatis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numeroſis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* connivens, globoſus.
Sem. ſolitaria, ovata, coronata *Pappo* ſimplici, longitudine calycis.
Rec. villoſum, planiuſculum.

744. HY-

744. HYPOCHOERIS *. *Vaill.* A. G. 1721. 28. 21. Achyrophorus *Vaill.* A. G. 1721. 52. 28. 13. 21. 18.

Cal. *Communis* imbricatus, basi ventricosus: *squamis* lanceolatis, acutis.
Cor. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* æqualibus, numerosis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* connivens, globoso-acuminatus.
Sem. solitaria, oblonga, desinentia in stipitem subulatum pappigerum.
Rec. *Paleis* lanceolato-linearibus, seminum longitudine, seminibus interpositis.
Obs. Hypochœris V. Calyx *subrotundus*, *totus imbricatus*; Pappus *plumosus*.
Achyrophori V. Calyx *oblongus*, *basi modò imbricatus*; Pappus *simplex*.

745. PICRIS *. Helminthotheca *Vaill.* A. G. 1721. 48. 25. 26.

Cal. *Communis* duplicatus. *Exterior* maximus, pentaphyllus: *foliolis* cordatis, planis, laxis, conniventibus. *Interior* imbricatus, ovatus, *ore* dehiscens.
Cor. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numerosis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, vix notabilia. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyces* immutati.
Sem. solitaria, ventricosa, obtusa, coronata *Pappo* plumoso.
Rec. nudum.
Obs *in aliis* Semina inflexa *pappo* sessili *coronata*, *in aliis* regularia *pappum* stipite *brevi sustinentia*.

746. HYOSERIS *. Taraxaconaſtrum *Vaill.* A. G. 1721. 45. 31. 32. 24. Leontodontoides *Mich.* gen. 28.

Cal. *Communis* decaphyllus: *ſquamis* lanceolatis, erectis, æqualibus, baſi auctus ſquamis breviſſimis.
Proprius germini inſidens, quinquepartitus, breviſſimus, acutus, perſiſtens.
Cor. *Compoſita* imbricatiuſcula, uniformis: *corollulis hermaphroditis* decem, per orbem unum alterumve diſpoſitis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* intra receptaculum commune & proprium. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx comm.* rectus.
Sem. ſolitaria, oblongiuſcula, compreſſa, longitudine calycis, coronata *Calyculo* proprio & *Pappo* capillari pauco ſimul, vel ſolo.
Rec. nudum.
Obs. Taraxaconaſtri V. Semina extima calyce *tridentato*, media *calyce quinquefido & villis*, intermedia *ſolis villis coronata ſunt.*
Leontodontoidis Semina *fere nuda.*

747. LE-

747. LEONTODON *. Dens Leonis *Tournef.* 266. *Vaill.* A. G. 1721. 50. 12. Taraxaconoides *Vaill.* A. G. 1721. 21. 239

CAL. *Communis* imbricatus, oblongus: *Squamis interioribus* linearibus, parallelis, æqualibus, apice dehiscentibus. *S. exterioribus* paucioribus, sæpe reflexis ad basin.
COR. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numerosis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, vix notabilia. *Anthera* cylindracea, tubulata.
PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine ferme corollæ. *Stigmata* duo, revoluta.
PER. nullum. *Calyx* oblongus, rectus.
SEM. solitaria, oblonga, scabra, terminata *Stipite* longissimo, pappigero.
REC. nudum, punctatum.
OBS. Dens Leonis *V.* Pappo *simplici seu capillari gaudet*, & calycis *squamis exterioribus reflexis.*
Taraxaconoïdes *V.* Pappo *plumoso seu radiato*, & calycis *squamis omnibus erectis distinguitur.*

748. SCORZONERA *. *Tournef.* 269. *Vaill.* A. G. 1721. 53. 13. 16. 14. Scorzoneroïdes *Vaill.* A. G. 1721. *figuris iisdem.* 241

CAL. *Communis* imbricatus, longus, fere cylindraceus: *squamis* circiter quindecim.
COR. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, *exterioribus* paulò longioribus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* ovato-oblongus, connivens.
SEM. solitaria, oblonga, cylindracea, striata, calyce dimidio breviora, coronata *Pappo* plumoso.
REC. nudum.
OBS. Scorzonera *V. foliis integris gaudet.*
Scorzoneroïdes *V. foliis divisis & laciniatis est.*

1 749. TRAGOPOGON *. *Vaill.* A. G. 1721.
235 44. 13. 21. 14. *Tournef.* 270. Tragopogonoïdes *Vaill.* A. G. 1721. 43. 15. 14.

Cal. *Communis* ſimplex, octophyllus: *foliolis* acuminatis, æqualibus, *alternis* interioribus, *omnibus* coalitis baſi.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* multis, *exteriorlbus* paulo longioribus.
Propria monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* oblongum, infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, revoluta.
Per. nullum. *Calyx* connivens, acuminatus, longitudine ſeminum, ventricoſus.
Sem. ſolitaria, oblonga, utrinque attenuata, angulata, ſcabra, ſtipite ſubulato, longo, pappigero terminata. *Pappus* plumoſus, planus, radiis circiter triginta duobus.
Rec. *commune* nudum, planum, ſcabrum.
Obs. Tragopogonis *Vaill. Semina recta. Calyx cororollá longior.* Tragopogonoidis *Vaill. Semina incurvata, Calyx corollá brevior.*

1 750. SCOLYMUS *. *Tournef.* 273. *Vaill.* A.
237 G. 1721. 41. 42.

Cal. *Communis* imbricatus, ovatus: *ſquamis* numeroſis, lanceolatis, acutis, laxis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numeroſis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, tenuiſſime quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblongiuſcula, triangularia, baſi acuminata.
Rec. convexum: *Paleis* ſubrotundis, planis, apice tridentatis, longioribus quam ſemina, ſeminaque diſtinguentibus.

751. SON-

751. SONCHUS *. *Tournef.* 268. *Vaill.* A. G. 1721. 22. Crepis *Vaill.* A. G. 1721. 55. 23. 238

CAL. *Communis* ventricosus: *squamis* plurimis, linearibus, inæqualibus.
COR. *Composita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numerosis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. Calyx connivens in globum depressum, acuminatum.
SEM. solitaria, oblongiuscula, coronata *Pappo* simplici.
REC. nudum.

M. ed 1.

752. LAPSANA *. Lampſana *Vaill.* A. G. 1721. 8. 47. 48. *Tournef* 272. Hedypnois *Tournef.* 271. Rhagadioloides *Vaill.* 1721. 29. 30. Rhagadiolus *Vaill.* A. G. 1721. 1. 47. 37. 38. *Tournef.* 272. Zacintha *Vaill.* A. G. 1721. 48. 27. 33. 35. 36. *Tournef.* 269.

CAL. *Communis* auctus, ovatus, angulatus: *Squamis tubi* octo, æqualibus, linearibus, cavo-canaliculatis, carinatis, acutis: *S. baſeos* ſex, imbricatis, parvis, alternis, minimis.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* circiter ſedecim, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.

PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.

PER. nullum. *Calycis ſquamæ tubi* ſemina proxima amplectuntur.

SEM. ſolitaria, oblonga, cylindraceo-trigona.

REC. nudum, planum.

OBS. Lampſanæ T. V. Semina omnia *nuda*, *calycis ſquamis vero nulla obvoluta.*

Rhagadioli T. V. Semina ſingula *ſingula calycis ſquama involuta.*

Zacinthæ T. V. Semina marginalia *ſingula calycis ſquama involuta.*

centralia *coronata pappo brevi ſimplici.*

Hedypnois T. Semina marginalia *ſingula calycis ſquama involuta.*

centralia *coronata calyculo quinquedentato.*

753. CI-

753. CICHORIUM *. *Tournef.* 272. *Vaill.* A. G. 1721. 9. 10.

CAL. *Communis* (ante explicationem) cylindraceus: *ſquamis octo* anguſto-lanceolatis, æqualibus, cylindrum conſtituentibus; *quinque* verò incumbentibus, brevioribus.
COR. *Compoſita* plana, uniformis: *corollulis hermaphroditis* viginti in orbem poſitis.
Propria monopetala, ligulata, truncata, profunde quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindraceo-pentagona, tubulata.
PIST. *Germen* infra corollam propriam. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, revoluta.
PER. nullum. *Calyx* cylindraceus, apice connivens.
SEM. ſolitaria, compreſſa, angulis acutis, coronata *Margine* brevi, quinquedentato.
REC. *paleis* inſtructum.

754. CATANANCHE *. *Vaill.* A. G. 1721. 56. 11. Catanance *Tournef.* 271.

CAL. *Communis* imbricatus, turbinatus: *foliolis* plurimis, laxe incumbentibus, acutis, auctis *ſquamulâ* ovato-acuminata, concava, laxa, nitida, perſiſtente.
COR. *Compoſita* ſæpius imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* pluribus, *exterioribus* longioribus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, calyce longior, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
PIST. *Germen* infra receptaculum proprium. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. ſolitaria, turbinato-ovata, compreſſa, *coronata* calyculo quinque ſetarum.
REC. paleaceum.
OBS. *Datur ſpecies in qua corolla compoſita non imbricata eſt.*

755. E-

755. ELEPHANTOPUS *. *Vaill.* A. G. 1719. *f.* 11. 41. *Dill.* elth. 104.

CAL. *Involucrum* foliolis tribus latis acutis, multiflorum, magnum, persistens.
Perianthium commune quadriflorum, oblongum, imbricatum: squamis lanceolato-subulatis pungentibus, erectis, quarum quatuor longiores æquales.
COR. *Composita* tubulosa, *corollulæ hermaphroditæ* quinque aut quatuor, æquales.
Propria monopetala ligulata: *limbo* angusto, quinquepartito, fere æquali.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. *Germen* ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, tenuia, patentia.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. solitaria, compressa, corona *setis* constructa.
REC. nudum.
OBS. *Negat limites Flosculosis & Semiflosculosis Tournefortii intercedere.*

756. ATRACTYLIS *. Crocodilodes *Vaill.* 1718. f. 9.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus: *squamis* oblongis, plurimis, lanceolatis, conniventibus, inermibus.
Involucro foliorum, plurium, linearium, apice conniventium, lateribus exasperatorum, persistentium.
COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numerosæ, tubulosæ, in disco: *hermaphroditæ* ligulatæ, in radio.
Propria disci infundibuliformis, quinquefida.
radii ligulata, plana, quinquedentata.
STAM. Flosculis *disci*. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
Flosculis *radii*. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. Flosculis *disci*. *Germen* brevissimum, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum.
Flosculis *radii*. similimum radii sed obsoletum emarcidum.
PER. nullum. *Calyx* connivens.
SEM. Flosculis *disci* turbinato-compressa, coronata *Pappo* plumoso.
Flosculis *radii* prædictis similia.
REC. planum, villosum.

757. GER-

757. GERBERA †. Doronicis affinis petrea, aſplenii foliis æthiopica *Pluk. mant.* 65. Authore Cl: Gronovio.

CAL. *Perianthium commune* imbricatum: *foliolis* lanceolatis, longitudine calycis, erectis.
COR. *Univerſalis* radiata. *Corollulæ hermaphroditæ* in diſco, numeroſiſſimæ. *Femineæ* in radio, circiter viginti.
Propria Hermaphroditi monopetala, tubuloſa, erecta, trifida, *lacinia impari* duplo latiore.
Feminea lanceolata, longiſſima, tridentata, patens.
STAM. *Hermaphroditis*: *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* quinque, oblongæ, in cylindrum connatæ.
Feminis: *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, quorum anterius latius. *Antheræ* nullæ.
PIST. *Hermaphroditi*: *Germen* ſub receptaculo floſculi. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Feminis. ſimillimum hermaphroditis.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaproditis* ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* capillari, ſimplici, longo.
Feminis ſimillima Hermaphroditis.
REC. *commune* nudum.
OBS. *Eſſentialis ergo character in Corollarum hermaphroditarum figura & feminarum ſtaminibus.*

758. GUNDELIA. *Tournef.* 486. Hacub *Vaill.* A. G. 1718. f. 16.

1 242

CAL. *Communis* vix ullus præter folia cingentia.
COR. *Compoſita* tubulata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* æqualibus.
Propria monopetala, clavata: *limbo* ventricoſo, quinquefido, erecto.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, longa.
PIST. *Germen* ovatum, receptaculo immerſum, ſquamulis minimis coronatum, infra corollulam. *Stylus* filiformis, corollà longior. *Stigmata* duo, revoluta.
PER. nullum. *Semina* plane receptaculo immerſa abſcondunturſ.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, acuminata, coronata margine obſoleto.
REC. *Commune* conicum, tectum undique *receptaculis* partialibus, diviſis *paleis* tricuſpidatis.
Partiale conico-obtuſum, quadrangulare, truncatum, *foveolis* quinque, quarum *unica* in centro, *reliquæ* in ambitu excavatæ pro ſeminibus.

759. ECHINOPS*. Echinopus *Tournef.* 262. *Vaill.* A. G. 1718. f. 4. 5. 15.

1 242

CAL. *Perianthium* proprium, oblongum, imbricatum, angulatum: *foliolis* ſubulatis, ſuperne laxis, erectis, perſiſtentibus.
COR. monopetala, longitudine calycis, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo-patente.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, quinquedentata.
PIST. *Germen* oblongum, infra corollulam. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* duplex, oblongum, depreſſiuſculum, revolutum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus, major.
SEM. unicum, ovato oblongum, baſi anguſtius: apice obtuſo, villoſo.
OBS. *Species ſunt, quæ in* Receptaculo communi *globoſo numeroſos Floſculos deſcriptos cum perianthiis ſuis, undique in globum digeſtos affixoſque continent, Receptaculo eodem ad baſin cincto* Calyce *communi, ad pedunculum reflexo, & diſco* paleis *ſetaceis, floſculos diſtinguentibus, inſtructo.*

760. AR-

760. ARCTIUM *. Lappa *Tournef.* 256. *Vaill.* A. G. 1718. f. 20.

Cal. *Communis* globosus, imbricatus: *squamis* lanceolatis, desinentibus in *aculeos* subulatos, longos, apice inflexo hamatos.

Cor. *Composita* tubulata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* æqualibus.

Propria monopetala, tubulata: *tubo* tenui, longissimo: *limbo* ovato, erecto, quinquefido: *laciniis* linearibus, æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Antheræ* cylindracea, tubulata, longitudine corollæ, quinquedentata.

Pist. *Germen* oblongum, infra corollulam, apice villoso. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. solitaria, verticaliter pyramidata, *angulis* duobus oppositis obliteratis, extrorsum gibba: coronata *Pappo* simplici, semine breviore.

Rec. planum, *paleis* setaceis instructum.

761. SERRATULA *. *Dill.* giss. 8. elth. 261-264. Cirsii species *Dill.* elth. 82-84.

Cal. *Communis* oblongus, cylindraceo-levissime ventricosus, imbricatus: *squamis* lanceolatis, acuminatis, rectis, inermibus.

Cor. *Composita* tubulosa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* inflexo: *limbo* ventricoso, quinquefido.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Antheræ* cylindraceæ, tubulatæ.

Pist. *Germen* ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. solitaria, verticaliter ovata, coronata *Pappo*.

Rec. nudum vel paleis distinctum.

Obs. Pappus *in aliis plumosus*, *in aliis pilosus est*.

Carduus *a* Serratula *distinguitur receptaculo piloso*, *calyce ventricoso*, *ejusque squamis aculeatis*, *ac stigmate minus bifido*.

1 762. ONOPORDUM *. *Vaill.* A. G. 1718. f.
2 4 3 37. Cardui ſpecies *Tournef.* 253.

CAL. *Communis* ſubrotundus, ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, aculeo terminatis, undique prominentibus.
COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo: *limbo* erecto, ventricoſo, quinquefido: *laciniis* æqualibus, *unica* profundius ſeparata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ, quinquedentata.
PIST. *Germen* ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* coronatum.
PER. nullum. *Calyx* leviter connivens.
SEM. ſolitaria, coronata *Pappo* capillari.
REC. nudum, planum, punctatum, reticulatum.

1 763. CARDUUS *. *Vaill.* A. G. 1718. Polyacantha *Vaill.* A. G. 1718. Silybum *Vaill.* A. G. 1718. Cirſium *Tournef.* 255. *Vaill.* A. G. 1718. Eriocephalus *Vaill.* A. G. 1718.
2 4 4

CAL. *Communis* ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, lanceolatis, acuminatis, definentibus ſæpius in aculeum.
COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* fere æquales, reflexæ.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo, *limbo* erecto, baſi ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, æqualibus, *unica* profundius ſeparata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, longitudine corollulæ, ore quinquedentata.
PIST. *Germen* ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, ſubulatum, nudum, emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* parum connivens.
SEM. ſolitaria, verticaliter ovata, quadragona, obliteratis *angulis* oppoſitis duobus: coronata *Pappo* ſeſſili, longiſſimo.
REC. *commune* planum, villis tectum.
OBS. *Conjungo omnia hæcce Genera, cum limites naturales, quibus diſtingui poſſunt, deficiunt; niſi artificialia aſſumeremus, & ter plura Vaillantianis conficeremus.*

764. CY-

764. CYNARA *. *Vaill.* A. G. 1718. Cinara *Tournef.* 254.

Cal. *Communis* ventricosus, imbricatus: *squamis* numerosis, subrotundis, carnosis, auctis apice *appendiculo* patente, majori, subrotundo, emarginato cum acumine.
Cor. *Composita* tubulosa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* fere æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuissimo: *limbo* erecto, ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, *alterâ* profundius separata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa, longitudine corollulæ, quinquedentata.
Pist. *Germen* fere ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* simplex, oblongum, emarginatum.
Per. nullum. *Calyx* parum connivens.
Sem. solitaria, oblongo-ovata, quadragono-compressa, coronata *pappo* sessili, longo.
Rec. *commune* planum, setis tectum.

765. CARTHAMUS *. *Tournef.* 248. *Vaill.* A. G. 1718. Atractylis *Vaill.* A. G. 1718. Carthamoïdes *Vaill.* A. G. 1718.

Cal. *Communis* ovatus, imbricatus: *squamis* numerosis, inferne arctis, auctis apice *appendiculo* foliolaceo, subovato, plano, patente.
Cor. *Composita* uniformis, tubulosa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquepartito, erecto, fere æquali.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
Pist. *Germen* brevissimum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* simplex.
Per. nullum. *Calyx* connivens.
Sem. solitaria.
Rec. planum, *pilosum*, pilis semine longioribus.
Obs. Carthami *V. Semen fere nudum est.*
Atractylis *V. Semen coronâ obsoletâ gaudet.*
Carthamoïdis *V. Semen coronâ pilosâ instruitur.*

766. CARLINA *. *Tournef.* 285. *Vaill.* A. G. 1718. Carlinoides *Vaill.* A. G. 1718.

Cal. *Communis* ventricosus, imbricatus: *squamis* numerosis, acutis, quarum *interiores* in orbem positæ, longissimæ, nitidæ, coloratæ, coronantes florem compositum, patentes.
Cor. *Composita* uniformis, tubulosa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenui: *limbo* campanulato, quinquefido.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
Pist. *Germen* breve, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* oblongum, bifidum vel integrum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. solitaria, teretiuscula, villosa.
Rec. planum, *paleis* sive *setis* tectum.
Obs. Carlinæ *V. corona seminis Pappus ramosus & plumosus est.*
Carlinoïdis *V. corona seminis obsoleta est.*

767. STÆHELINA †.

Cal. *Perianthium* commune, oblongum, cylindraceum, imbricatum: *Squamis* lanceolatis, erectis, terminatis *Squamula* reflexa, breviore, colorata.
Cor. *universalis* composita ex flosculis uniformibus, vix calycem superantibus.
Propria monopetala, infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, æquali, acuto, campanulato.
Stam. singulis *Filamenta* quinque, capillaria. *Anthera* cylindracea.
Pist. singulis *Germen* brevissimum, coronatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* duplex, oblongum, obtusum, erectum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. solitaria, oblonga, brevissima, tetragona, coronata *Pappo* plumoso, longitudine calycis.
Rec. planum, distinctum *Paleis* longitudine seminum, persistentibus.

768. STOEBE †.

Cal. *universalis* subrotundus, imbricatus: *squamis* subulatis, persistentibus, receptaculum universale undique tegentibus.
Perianthium proprium, uniflorum, pentaphyllum, intra singulam squamam calycis communis solitarium, constans *foliolis* linearibus, acutis, æqualibus, erectis.
Cor. omnium flosculorum æqualis hermaphrodita. *Propria* monopetala; infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, patulo.
Stam *Filamenta* quinque, capillaria, brevia. *Anthera* cylindracea, quinquedentata
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* acutum, bifidum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. solitaria, oblonga, coronata *Pappo* plumoso, longo.
Rec. proprium, nudum.

769. SANTOLINA *. *Tournef.* 260. *Vaill.* A. G. 1719. Baccharis. *Vaill. A. G.* 1719.

Cal. *Communis* hemisphæricus, imbricatus: *squamis* ovato-oblongis, acutis, conniventibus.
Cor. *Composita* uniformis, calyce longior: *corollulæ hermaphroditæ* æquales, numerosæ.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, revoluto.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
Pist. *Germen* tetragonum, oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, oblonga, depressa, truncata.
Per nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. solitaria, oblonga, tetragona, nuda, e pappo brevissimo coronata.
Rec. planiusculum, *paleis* concavis tectum.

770. CHRY-

770. CHRYSOCOMA *. Chryſocome *Dill.* *gen.* 14. Coma aurea *Boerh*: 1: *p.* 121.

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* linearibus, hinc convexis, acuminatis.
Cor. *Compoſita* tubuloſa, calyce longior: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, æquales.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, revoluto.
Stam. *Filamenta* quinque, filiformia, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, depreſſa, involuta.
Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.
Sem. ſolitaria, ovato-oblonga, compreſſa, coronata *Pappo* capillari.
Rec. nudum, planum.
Obs. *Species datur ſquamis calycinis patulis.*

771. AGERATUM *. Carelia *Pont. Diſſ*:

Cal. *Communis* oblongus: *ſquamis* multis, lanceolatis, fere æqualibus.
Cor. *Compoſita* uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, æquales, vix calyce longiores.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, tenuiſſima, erecta.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, angulata, coronata *calyculo proprio*, quinquepartito, patente, in acumina ſubulata definente.
Rec. minimum, convexum, nudum.
Obs. *Ab* Eupatoriis *differt Corona ſeminum*, *a* Bidente *Receptaculo nudo.*
Aliud eſt Ageratum Boerhaavii, *quod partim ad Achillæas*, *partim ad Tanaceta ſpectat.*

772. EUPATORIUM *. *Tournef.* 259. *Vaill.* A. G. 1719. *Dill.* elth. 114.

Cal. *Communis* oblongus, imbricatus: *ſquamis* lineari-lanceolatis, erectis, inæqualibus.
Cor. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* minimum, coronatum. *Stylus* filiformis, longiſſimus, ad ſtamina uſque bifidus, ramis rectis erectisque. *Stigmata* tenuia.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. oblonga, coronata *Pappo* plumoſo.
Rec. nudum.

773. TANACETUM *. *Tournef.* 261. *Vaill.* A. G. 1719. Balſamita *Vaill.* A. G. 1719.

Cal. *Communis* hemisphæricus, imbricatus: *ſquamis* acutis, compactis.
Cor. *Compoſita* tubuloſa, convexa: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, uniformes.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* oblongum, parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, oblonga, nuda.
Rec. convexum, nudum.
Obs. *Alii Floſculos feminines in ambitu nudos huic generi adſcribunt, qui nobis hactenus obvii non fuere.*

774. TARCHONANTHUS*.

CAL. *Periantbium commune* turbinatum, monophyllum, ſemiſeptemfidum (ſæpius,) externe villoſum, corollâ brevius, acutiuſculum, perſiſtens.
COR. *Univerſalis* uniformis: floſculis circiter viginti.
Propria monopetala, infundibuliformis, quinquedentata.
STAM. ſingulis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, ſubulata, longiſſima, dehiſcentia.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* plumoſo.
REC. minimum, pappo plumoſo longitudine calycis refertum.

775. KLEINIA*. Cacalianthemum *Dill.* elth. 54. 55. An Tithymaloides? *Klein.* monagr. Porophyllum *Vaill.* A. G. 1719. t. 20. f. 39.

CAL. *Communis* oblongus, cylindraceus, auctus: *ſquamis* quinque ad decem, æqualibus, lanceolato-linearibus, tubum conſtituentibus; paucis breviſſimis, baſi incumbentibus.
COR. *Compoſita* tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* numero foliorum calycinorum longiorum, uniformes.
Propria infundibuliformis, in tubum ſenſim attenuata: *limbo* quinquefido, erecto.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. ſolitaria, oblonga, ovato-anguſta, coronata *Pappo* capillari, longiſſimo.
REC. nudum, planum, punctatum.

776. BIDENS *. *Tournef.* 262. *Dill.* elth. 43-47. Ceratocephalus *Vaill.* A. G. 1720. f. 47. 48. 49.

CAL. *Communis* erectus: *foliolis* sæpe æqualibus, oblongis, canaliculato-concavis.
COR. *Composita* uniformis, tubulosa: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ in disco. Interdum *Feminæ* nudæ in ambitu.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, erecto.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. Utrisque *Germen* oblongum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Utrisque* solitaria, obtusa, angulata, coronata sæpius *paleis* duabus pluribusve, oblongis, rectis, acutis.
REC. planum, *paleis* deciduis instructum.
OBS. *In pluribus speciebus involucrum patens pentaphyllum, calyci adnatum, cingit florem compositum.*

2. *POLYGAMIA SUPERFLUA.*

777. XERANTHEMUM *. *Tournef.* 284. *Dill.* gen. 8. *Vaill.* A. G. 1718. Xeranthemoides *Dill.* elth. 322.

Cal. *Communis* imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, quarum *intimæ* diſco longiores, membranaceæ, nitidæ, radium conſtituentes, coronantes florem compoſitum.

Cor. *Compoſita* inæqualis: *corollulæ hermaphroditæ* plurimæ, tubuloſæ, in diſco.

Femininæ pauciores, tubulatæ, in ambitu.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, calyce longe brevior: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminis tubuloſa, longitudine hermaphroditi, quinquefida, minus æqualis.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine fere corollulæ.

Pist. Hermaphroditis *Germen* breve. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum.

Feminis *Germen* ut in hermaphroditis.

Stylus filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. *Hermaphroditis* oblonga, coronata.

Feminis ſimilia Hermaphroditis.

Rec. nudum, planiuſculum, punctatum.

Obs. Xeranthemi *T. Corona ſeminis quinqueſeta, ſimplex. Receptaculum paleaceum.*

Xeranthemoidis *D. Corona ſeminis pappo plumoſo conſtans. Receptaculum nudum.*

778. GNAPHALIUM *. *Vaill.* A. G. 1719. Elichrysum *Tournef.* 259. *Dill.* elth. 107. 108. Helichrysum *Vaill.* A. G. 1719. 21 [illegible]7. 38. Filago *Vaill.* A. G. 1719. f. 6. 7. 38. *Tournef.* 259. Helichrysoides *Vaill.* A. G. 1719.

Cal. *Communis* rotundatus, imbricatus: *squamis* ovatis, conniventibus, superne laxioribus.

Cor. composita: *corellulæ hermaphroditæ* tubulosæ, interdum feminis apetalis mixtæ.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo.

Feminæ (si quæ) nulla corolla concessa.

Stam. Hermaphroditis *Filamentà* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum.

Feminis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. *Calyx* persistens, nitidus.

Sem. *Hermaphroditis* solitaria, oblonga, parva, coronata *Pappo*. *Feminis* similia hermaphroditis.

Rec. nuda.

Obs. *in aliis Corona feminis Pappus est capillaris, in aliis plumosus. Species est, quæ in alio individuo solos flores hermaphroditos a parte feminina abortientes, in alio vero solos femininos fæcundos profert.*

779. ARTEMISIA*. *Tournef.* 260. *Vaill.* A. G. 1719. f. 23. 31. 36. 45. Abrotanum *Tournef.* Abſinthium *Tournef.* 260. *Vaill.* A. G. 1719. f. 32.

Cal. *Communis* ſubrotundus, imbricatus: *ſquamis* rotundatis, conniventibus.

Cor. compoſita: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, plures, in diſco. *Femininæ* petalis ferme nudæ, in ambitu.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, quinquedentata.

Pist. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, revolutum.
Feminis *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, hermaphroditis longior. *Stigma* hermaphroditis ſimile.

Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.

Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, nuda.
Feminis ſolitaria, nuda.

Rec. planum, nudum, aut villoſum.

Obs. Abſinthium T. *Receptaculo villoſo gaudet, & calyce magis globoſo.*
Abrotonum T. *Receptaculo eſt nudo.*
Artemiſia T. *Receptaculo etiam eſt nudo.*
Seriphium Pn. *Receptaculo nudo; feminulis nullis.*
Breyniana Pt. *Calyce unifloro.*

780. CO-

780. CONYZA *.

Cal. *Communis* imbricatus, ſubrotundus: *ſquamis* acutis, apicibus patentiuſculis.
Cor. *Compoſita* tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, tubuloſæ, in diſco. *Femininæ* petalis nudæ, in ambitu.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Feminis nulla.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Feminis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi, tenuior. *Stigmata* duo, tenuiſſima.
Per. nullum. *Calyx* connivens.
Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* ſimplici.
Feminis ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* ſimplici.
Rec. nudum, planum.

781. BACCHARIS. *.

Cal. *Perianthium commune* cylindraceum, imbricatum: *ſquamis* linearibus, acutis.
Cor. *Univerſalis* æqualis, corollulis Hermaphroditis & Feminis mixtis.
Propria hermaphroditis monopetala, infundibuliformis, quinquefida.
Feminis vix manifeſta, fere nulla.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, minima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Hermaphroditis Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine floris.
Femininis ſimillimum hermaphroditis.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, breviſſima, oblonga, coronata pappo ſimplici.
feminis ſimillima.
Rec. nudum.
Obs. *Pappus in aliis longiſſimus, in aliis ſpeciebus vix calycem ſuperans.*

782. E-

782. ERIGERON *. Conyzoides *Dill.* gen. Senecionis ſpecies *Dill.* elth. 257. Conyzella *Dill. gen.*

CAL. *Communis* oblongus, cylindraceus, imbricatus: *ſquamis* ſubulatis, erectis, gradatim longioribus, ſubæqualibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido.

Feminæ ligulata, linearis, ſubulata, erecta, ſæpius integerrima.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditi *Germen* minimum, coronatum corollulâ ſua longiori. *Stylus* filiformis, longitudine pappi. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

Feminæ *Germen* minimum, pappo corollâ ſuâ longitudine fere æquali. *Stylus* capillaris, longitudine fere pappi. *Stigmata* duo, tenuiſſima.

PER. nullum. *Calyx* connivens.

SEM. *Hermaphroditis* oblonga, parva, coronata *Pappo* longo. *Feminis* ſimillima hermaphroditis.

REC. nudum, planum.

OBS. *Floſculos diſci intimos, ſeu intermedios, ſæpius maſculos eſſe obſervat Dillenius.*

Species datur floſculis femineis nudis.

783. TUS-

783. TUSSILAGO *. *Tournef.* 276. *Vaill.* A. G. 1720. f. 46. Cacalia *Vaill. A. G.* 1719. *Tournef.* 258. Petasites *Tournef.* 258. *Vaill.* A. G. 1719.

CAL. *Communis* cylindraceus : *squamis* lanceolato-linearibus (quindecim vel viginti), æqualibus.

COR. *Composita* varia. *Corollulæ* in aliis *Hermaphroditæ* tantum, tubulosæ.

Feminæ nullæ.

in aliis *Hermaphroditæ* tubulosæ in disco. *Feminæ* ligulatæ in ambitu.

in aliis *Hermaphroditæ* tubulosæ in disco. *Feminæ* nudæ, petalo mixtæ.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis : *limbo* quinquefido (vel quadrifido), acuto, reflexo, calyce longiore.

Feminæ nulla aut ligulata, angustissima, calyce longior, integra.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* breve, coronatum. *Stylus* filiformis, stamine longior. *Stigma* crassiusculum.

Feminis *Germen* breve, coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, crassiusculum.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* solitaria, oblonga, compressa, filo sustinentia *Pappum* pilosum.

Feminis, si quæ, simillima hermaphroditis.

OBS. Petasites *T. caret flosculis in radio, ligulatis, licet quibusdam feminæ nudæ adsint.*

Tussilago *T. instruitur semper feminis in radio, corolla ligulata præditis.*

Cacalia *T. caule ramoso est, & corollulis hermaphroditis quadrifidis, sine radio ligulato.*

784. DORONICUM *. *Tournef.* 277. *Vaill.* A. G. 1720. f. 41. 14. Bellidiaſtrum *Mich.* 29. Arnica *Rupp.*

Cal. *Communis* foliolis lanceolato-ſubulatis, viginti circiter, æqualibus, erectis, duplicis ſeriei.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Feminæ* ligulatæ, numero foliorum calycis, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminæ ligulata, lanceolata, tridentata.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* coronatum. *Stylus* filiſormis, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.

Feminis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* leviter connivens.

Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, verticaliter ovata, compreſſa, ſulcata, coronata *Pappo* piloſo.

Feminis ſolitaria, obverſe ovata, ſulcata, parum compreſſa, coronata *Pappo* piloſo.

Rec. nudum, planum.

Obs. Arnicæ Rp. *Calyx radio brevior*; *Semina radii nuda.*

785. SO-

785. SOLIDAGO *. *Vaill.* A. G. 1720. f. 5. 46. 18. Jacobææ ſpecies *Tournef. Vaill.* A. G. 1720. Jacobæoides *Vaill.* A. G. 1720. Virga aurea *Tournef.* 275. *Vaill.* A. G. 1720. Doria *Dill.* gen. 8. elth. 104. 105.

CAL. *Communis* oblongus, imbricatus: *ſquamis* oblongis, anguſtis, acuminatis, rectis, conniventibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, plurimæ, in diſco.

Feminæ ligulatæ, decem pauciores (ſæpius quinque), in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminæ ligulata, lanceolata, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Feminæ *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, ovato-oblonga, verticaliter inſidentia, coronata *pappo* capillari.

Feminis ſimillima hermaphroditis.

REC. planiuſculum, nudum.

786. SENECIO *. *Tournef.* 260. *Dill.* elth. 258. *Vaill.* A. G. 1719. Jacobææ ſpecies *Tournef.*

CAL. *Communis* conicus, truncatus: *ſquamis* ſubulatis, plurimis, in cylindrum ſuperne contractum parallelis, contiguis, æqualibus, paucioribus baſin imbricate tegentibus, apicibus emortuis.

COR. *Compoſita* calyce altior: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, in radio, ſi quæ adſit.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* reflexo, quinquefido.

Feminis (ſi quæ) oblonga, obſolete tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, minima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Utriſque *Germen* ovatum, pappo coronatum ſub corollula. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* conico-connivens.

SEM. *Utriſque* ſolitaria, ovata, *Pappo* crinito, longo, coronata.

REC. nudum, planum.

OBS. Senecio *T. caret Radio communi corollæ.*

Jacobæa *T. inſtruitur Radio communi corollæ.*

787. ASTER *. *Tournef.* 274. *Vaill.* A. G. 1720. *Dill.* elth. 36. f. 41. Helenium *Vaill.* A. G. 1720. Aſteropterus *Vaill.* A. G. 1720.

CAL. *Communis* imbricatus: *ſquamis* anterioribus apice prominulis.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, decem plures, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminæ ligulata, lanceolata, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Feminis *Germen* coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, verticaliter ovata, coronata *Pappo.*

Feminis ſimilia hermaphroditis.

REC. planiuſculum, nudum.

OBS. Pappus *communiter capillaris eſt, excepto* Aſteroptero *Vaill. ubi plumoſus.*

788. CHRY-

788. CHRYSANTHEMUM *. *Tournef.* 280. Leucanthemum *Tournef.* Bellidioides *Vaill.* A. G. 1720. f. 17. 23. 31.

CAL. *Communis* hemisphæricus, imbricatus: *squamis* arcte incumbentibus, *interioribus* per gradus majoribus, *intimis* in membranas pellucidas laxiores terminatis.

COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ, numerosæ, in disco. *Femininæ* duodecim plures, ligulatæ, in radio.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis, longitudine calycis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminis ligulata, oblonga, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Antheræ* cylindracea, tubulosa, corollâ fere brevior.

PIST. Hermaphroditis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigmata* duo, revoluta.

Feminis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, cum hermaphroditis æqualis. *Stigmata* duo, obtusa, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* solitaria, oblonga, nuda.

Feminis simillima hermaphroditis.

REC. nudum, punctatum, convexum.

OBS. Leucanthemi *T. Corollula feminina lanceolata est, & membranæ calycinæ angustæ.*

Chrysanthemi *T. Corollula feminina ovato-truncata est, & membranæ calycinæ ovatæ.*

789. MATRICARIA *. *Tournef.* 231. *Vaill.* A. G. 1720.

1 255

CAL. *Communis* hemiſphæricus, conſtans *ſquamis* linearibus, imbricatis, fere æqualibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco hemiſphærico. *Femininæ* ligulatæ, in radio. *Propria Hermaphroditi* infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patente.

Feminæ oblonga, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum, nudum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Feminæ *Germen* nudum. *Stylus* filiformis, longitudine fere hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, nuda.

Feminis ſimillima hermaphroditis.

REC. convexum, nudum.

790. BUPHTHALMUM *. *Tournef.* 282. Asterifcus *Tournef.* 283. *Vaill.* A. G. 1720. *Dill.* elth. 38. f. 44. Asteroides *Tournef.* 487. *Vaill.* A. G. Anthemis *Mich.* gen. 30.

CAL. *Communis* varius in diverfis, imbricatus.
COR. *Compofita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulofæ, numerofæ, difcum planum conftituentes. *Femininæ* ligulatæ, decem plures, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Feminæ ligulata, longior, patens, tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviffima. *Anthera* tubulofa, cylindracea.
PIST. Hermaphroditi *Germen* ovatum, compreffum. *Stylus* filiformis, longitudine ftaminum. *Stigma* craffiufculum, bifidum.
Feminæ *Germen* anceps. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigmata* duo, oblonga.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditi* folitaria, oblonga, margine obfoleto vixque manifefto coronata.
Feminæ folitaria, compreffa, margine utrinque fecante, coronata margine obfoleto.
REC. convexum, paleis obvallatum.
OBS. Divifionis *leges inter* Buphthalmos & Afterifcos *hactenus detectæ infufficientes funt.* Semina *enim margine laterali inftructa in radio, non vero in difco, notam conftituunt utrifque communem, licet minus evidentem in Buphthalmo, tamen præfentem.*
Afterifcus *V. fuit, cujus* femina *radii margine acuto membranaceo notata fuere.*
hujus fquamæ calycinæ *inferiores laxæ & patentes, nec interioribus breviores.*
hujus etiam folia *integra fuere.*
Buphthalmum *V. fuit, cujus* femina *radii, hermaphroditorum feminibus vix majora fuere.*
cujus fquamæ calycinæ *inferiores arctæ, gradatim breviores.*
cujus etiam folia *multifida fuere.*
Has non diftingui debere a pofteriori probant odor, facies, modus nafcendi fpeciei certæ.
Species datur, cujus ftigma hermaphroditorum fimplex, nec bifidum eft. Calyx *in hoc genere nil valet.* Paleæ *in aliis acutæ, in aliis obtufæ funt.*

791. ANACYCLUS *. Santolinoides *Vaill. A.* 256 *G.* 1719. *Mich.* gen. 31. Cotula *Tournef.* 282.

CAL. *Communis* hemisphæricus, imbricatus: *squamis* numerosis, ovatis, planis, acutis.

COR. *Composita* radiata, *corollulæ hermaphroditæ* numerosæ, in disco. *Feminnæ* quinque ad decem, in ambitu, disco vix altiores. *Propria Hermaphroditi* infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Feminæ ligulata: *tubo* compresso: *limbo* ovato, integro.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum, compressum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum.

Feminis *Germen* oblongum, membrana utrinque auctum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, tenuia, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* solitaria, oblonga, compressa.

Feminis solitaria, oblonga, ala latissima utrinque membranacea, apice emarginata.

REC. convexum, *Paleis* obtusis cum acumine obvallatum.

792. COTULA *. *Vaill.* A. G. 1719. f. 3. 21. 256 15. Ananthocyclus *Vaill.* A. G. 1719. f. 5. 24. *Dill.* elth. 23. f. 25. 26. Lancisia *Pont.* diss.

CAL. *Communis* convexus, divisus in sedecim circiter partes ovatas, quarum octo exteriores: harum inferiores interioribus fere majores.

COR. *Composita* longitudine calycis, parum convexa: *corollulæ hermaphroditæ* in disco, numerosæ. *Feminæ* in ambitu, viginti plures. *Propria Hermaphroditis* tubulosa: *limbo* quadrifido, inæquali: *lacinia* extima majori. *Feminis* nulla.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quatuor, minima. *Anthera* tubulosa, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, obtusa.

Feminis *Germen* verticaliter ovatum, compressum, anceps, majus. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditorum. *Stigmata* duo, simplicia.

PER. nullum. *Calyx* immutatus, persistens.

SEM. *Hermaphroditis* solitaria, minora, ovato-trigona, angulo interiore obsoleto.

Feminis solitaria, majora, cordata, hinc plana, inde gibba, margine obtuso cincta.

REC. nudum, planum.

793. AN-

793. ANTHEMIS *. Chamæmelum *Tournef.* 281. *Vaill.* A. G. 1720. f. 31. 33. 17.

CAL. *Communis* hemisphæricus: *squamis* linearibus, fere æqualibus.
COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ, numerosæ, in disco convexo. *Femininæ* ligulatæ, in radio.
Propriæ Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquedentato, reflexo.
Feminæ ligulata, lanceolata, interdum tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Feminis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi fere. *Stigmata* duo, revoluta.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditis* solitaria, oblonga, nuda.
Feminis simillima hermaphroditis.
REC. conicum, *paleis* instructum.

794. ACHILLEA *. *Vaill.* A. G. 1720. f. 2. 10. 36. Millefolium *Tournef.* 283. Ptarmica *Tournef.* 283.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus: *squamis* ovato-acutis, conniventibus.
COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ, plures, in disco.
Femininæ ligulatæ, quinque ad decem, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Feminæ ligulata, verticaliter cordata, patens, trifida: *lacinula intermedia* minore.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, emarginatum.
Feminis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, obtusa, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.
SEM. *Hermaphroditis* solitaria, ovata, *flocco* instructa, nuda.
Feminis similia hermaphroditis.
REC. *Paleis* lanceolatis, longitudine flosculorum, tectum.

795. BELLIS *. *Tournef.* 280. *Vaill.* A. G. 1720.

256 f. 16. 20. Bellis-Leucanthemum *Mich.* gen. 29.

CAL. *Communis* ſimplex, erectus: *foliolis* decem ad viginti, duplici ſerie poſitis, lanceolatis, æqualibus.
COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco.
Femininæ ligulatæ, calycis foliis plures, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido.
Feminæ ligulata, lanceolata, vix tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. Hermaphroditi *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* emarginatum.
Feminæ *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, patula.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, ovata, compreſſa, verticaliter poſita, nuda.
Feminis ſimilia hermaphroditis.
REC. nudum, conicum.

796. HELENIA *. Heleniaſtrum *Vaill.* A. G. 1720.

260

CAL. *Communis* ſimplex, patens, multifidus: *foliolis* circiter viginti, arctis, baſi latiuſculis.
COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, in diſco. *Femininæ* numero laciniarum calycis, in radio.
Hermaphroditi tubulata, calyce brevior, ore quinquedentata.
Feminæ ligulata, linearis, extrorſum latior, apice trifida, calyce duplo longior.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Feminis *Germen* oblongum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* bifidum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, verticaliter ovata, angulata, *coronata* calyculo quinquedentato, parvo.
Feminis ſimillima hermaphroditis.
REC. nudum, planiuſculum.

797. TRI-

797. TRIDAX †.

CAL. *Perianthium commune* cylindraceum, imbricatum: *ſquamis* ovato-oblongis, obſolete acutis, erectis.

COR. *Univerſalis* radiata, corollulis hermaphroditis in diſco; Femininis in radio.

Propria *Hermaphroditis* monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, erecta.

Feminis monopetala, plana, tripartita: *laciniis* æqualibus, *media* anguſtiore.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* connatæ in cylindrum.

PIST. *Hermaphroditis Germen* oblongum, coronatum. *Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

Feminis conſimile hermaphrodito.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* ſimplici, calyce paulo longiore.

Feminis ſimillima hermaphroditis.

REC. planum, *paleis* lanceolatis, ſemine brevioribus, diſtinctum.

798. SIGESBECKIA *.

1
352

CAL. *Involucrum proprium* floris compoſiti pentaphyllum: *foliolis* linearibus, teretibus, obtuſis, patentiſſimis, flore longioribus, perſiſtentibus.

Perianthium commune ſeſſile, polyphyllum, quinquangulare: *foliolis* ovatis, concavis, obtuſis, æqualibus, ſerie multiplici, perſiſtentibus; intra ſingulum foliolum continens floſculum.

COR. *Compoſita* radiata. *Corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, quinque (& infra); in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis, longitudine calycem ſuperans, *limbo* quinquedentato.

Feminæ ligulata, lata, breviſſima, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* in tubum coalitæ.

PIST. Hermaphroditi *Germen* oblongum, incurvum, magnitudine calycis. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Feminæ *Germen* oblongum, incurvum, magnitudine calycis. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus, ſingula ſua ſquama ſingulum ſemen amplectens.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, obtuſe tetragona, ſuperne craſſiora, obtuſa, nuda.

Feminis ſimillima hermaphroditis.

REC. *commune* nullum: *ſquamæ* calycinæ interiores diſtinguunt flores.

799. VERBESINA *. Eupatoriophalacron *Dill.* elth 113. *Vaill.* A. G. 1719. Ceratocephaloides *Vaill. A. G.* 1720.

CAL. *Communis* concavus: *foliolis* oblongis, canaliculato-concavis, erectis, sæpius æqualibus, duplicis ordinis.

COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* plures, tubulosæ, in disco.

Feminine ligulatæ, pauciores, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquedentato, erecto.

Feminæ ligulata, trifida & lata, vel simplex & angustissima.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.

PIST. Hermaphroditi *Germen* figuræ seminis. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.

Feminis *Germen* sub corollula. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* solitaria, crassiuscula, angulata, paucis corona paleacea tridentata.

Feminis simillima hermaphroditis.

REC. *paleis* deciduis instructum.

OBS. Involucrum *pentaphyllum*, *calyci communi subjectum*, *in his sæpius adest.*

Vaillantius Eupatoriophalacron *a* Ceratocephalo *distinguit seminibus non coronatis.*

Nos *verò* Verbesinam *a* Bidente *Feminarum corollulâ ligulatâ instructarum præsentia distinctam facimus*: *in* Bidentis *enim genere*, *licet feminæ interdum adsint*, *semper tamen nudæ sunt.*

800. TE-

800. TETRAGONOTHECA *. *Dill.* elth. 283.

Cal. *Communis* magnus, quadripartitus: *laciniis* triangulo-cordatis, planis, dehiscentibus.
Cor. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ, numerosæ, in disco. *Femininæ* ligulatæ, duodecim, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo.
Feminæ ligulata, extrorsum dilatata, trifida, æqualis, acuta.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
Pist. Hermaphroditis *Germen* nudum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Feminis *Germen* nudum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.
Per. nullum.
Sem. *Hermaphroditis* solitaria, subrotunda, nuda.
Feminis solitaria, subovata, nuda.
Rec. *paleis* distinctum.

801. TAGETES *. *Tournef.* 278. *Vaill.* A. G. 1720. 43. 15. *Dill.* elth. 280. 279.

Cal. *Communis* simplicissimus, monophyllus, erectus, oblongus, pentagonus, quinquedentatus.
Cor. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ, plures, in disco.
Femininæ ligulatæ, quinque, in radio.
Propria Hermaphroditi tubulosa, semiquinquefida, obtusa, calyce longior: laciniis linearibus, introrsum villosis.
Feminis ligulata, hermaphroditis longior, longitudine & latitudine fere æqualis, obtusissima, versus tubum angustior.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
Pist. Hermaphroditi *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, tenue, reflexum.
Feminæ *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, tenue, reflexum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus, leviter ore connivens major factus.
Sem. *Hermaphroditis* solitaria, linearia, compressa, calyce paulo breviora, coronata *squamis* quinque, erectis, acuminatis, inæqualibus.
Feminis similia hermaphroditis.
Rec. nudum, parvum, planum.

3. *POLYGAMIA FRUSTRANEA.*

802. HELIANTHUS *. Corona ſolis *Vaill.* A. G. 1720. f. 12. 45. *Tournef.* 279. *Dill.* elth. 94. Heliotropium *Malp.* 153.

CAL. *Communis* imbricatus, expanſus: *ſquamis* oblongis, acuminatis, baſi latiuſculis, dehiſcentibus undique apicibus.
Proprius diphyllus: *foliolis* lanceolato-acuminatis, minimis, germini inſidentibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſiſſimæ, in diſco. *Feminæ* pauciores, multo longiores, in radio.
Propria Hermaphroditis cylindracea, calyce communi brevior, *baſi* ventricoſa, orbiculata, depreſſa: *ore* quinquedentata, acuta, patens.
Feminis ligulata, lanceolata, integerrima, longiſſima.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, infra ventriculum corollulæ inſerta, longitudine tubi. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* intra calycem communem & proprium. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bipartitum, reflexum.
Feminis *Germen* infra receptaculum proprium. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, obtuſa, quadragona, angulis oppoſitis compreſſa, inferne anguſtiora, *coronata* calyce proprio, deciduo.
Feminæ abortiunt.

REC. magnum, planum, *paleis* lanceolato-acutis, duabus ſingulum ſemen diſtinguentibus, deciduis.

803. RUDBECKIA *. Obeliſcotheca *Vaill.* A. G. 1720. f. 44. *Dill.* elth. 218.

Cal. *Communis* gemino ordine foliolorum: *ſquamis* planis, latiuſculis, curtis, ſex in ſingulo ordine.
Proprius margo parvus.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, in diſco conico.
Feminæ duodecim (circiter) longiſſimæ, in radio.
Propria Hermaphroditi tubuloſo-infundibuliformis, *ore* quinquedentato.
Feminæ ligulata, lanceolata, bi-trive-dentata, plana, pendula.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* intra calycem communem & proprium. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bipartitum, revolutum.
Feminis *Germen* infra receptaculum proprium. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, exacte quadragona, coronata *calyculo* proprio, quadridentato.
Feminæ abortiunt.

Rec. conicum, calyce communi longius, *paleis* longitudine ſeminum, erectis, canaliculato-concavis, deciduis, ſemina diſtinguentibus.

804. COREOPSIS *. Bidentis ſpecies *Dill.* elth. 48.

CAL. *Communis* duplicatus: *exterior* foliolis ſæpius octo, rudibus, in orbem poſitis: *interior* totidem majoribus, membranaceis & coloratis.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femininæ* octo, ligulatæ, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquedentata.

Feminæ ligulata, quadridentata, patens, magna.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* compreſſum, bicorne. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum, tenue.

Feminis *Germen* conſimile hermaphroditis. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, orbiculata, hinc convexa, inde cava, cum protuberantia tranſverſali ad apicem ſcilicet & baſin, cincta margine membranaceo, apice bicorni.

Feminæ abortiunt.

REC. *paleis* inſtructum.

805. CENTAURIA *. Centaurium majus *Tournef.* 256. Jacea *Tournef.* 254. *Dill.* gen. 13. Cyanus *Tournef.* 254. *Malp.* 154. Vel ex A.G. 1718. *Vaillantii.* Calcitrapa *Vaill.* Calcitrapoïdes *Vaill.* Rhaponticum *Vaill.* Rhaponticoïdes *Vaill.* Jacea *Vaill.* Amberboï *Vaill.* Cyanus *Vaill.* Crocodilium *Vaill.*

CAL. *Communis* imbricatus, ſubrotundus: *ſquamis* ſæpius monſtroſe terminatis.
COR. *Compoſita* tubulata, difformis: *corollulæ hermaphroditæ* plurimæ, in diſco. *Feminæ* pauciores, majores, laxæ, in radio. *Propria Hermaphroditi* monopetala: *tubo* filiformi, *limbo* ventricoſo, oblongo, erecto, terminato *laciniis* quinque, linearibus, erectis.
Feminis monopetala: *tubo* tenui, ſenſim ampliato, recurvo: *limbo* oblongo, obliquo, inæqualiter diviſo.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, longitudine corollulæ.
PIST. Hermaphroditis *Germen* infra corollulam. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſiſſimum, acumine (multis bifido) prominens.
Feminis *Germen* infra corollulam minimum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus, connivens.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria.
Feminæ abortiunt.
REC. *Setis* refertum.
OBS. Calcitrapæ *Vaill. Calyx aculeis ſolitariis, rectis, magnis. Semina nuda vel coronata.*

Calcitrapoïdis	*V. Calyx aculeis confertis, parvis.*
Rhapontici	*V. Calyx membranis laxis, integris.*
Rhaponticoïdis	*V. Calyx ſquamis lanceolatis, acuminatis.*
Amberboï	*V. Calyx ſquamis obtuſis, ſimpliciſſimis.*
Jaceæ	*V. Calyx ſquamis ciliatis.*
Cyani	*V. Calyx ſquamis ciliatis.*
Crocodilii	*V. Calyx ſquamis aculeatis. Semina pappo plumoſo.*

806. CNICUS *. *Tournef.* 257. *Vaill.* A. G. 1718.
Acarna *Vaill.* A. G. 1718.

CAL. *Compositus* ovatus, imbricatus: *squamis* ovatis, arctis, terminatis versus apicem calycis in Spinas subulatas, ramosas.
COR. *Composita* difformis, tubulosa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales in disco. *Femineæ* pauciores in radio.
Propria hermaphroditi infundibuliformis, oblonga: *limbo* quinquefido, erecto, fere æquali.
Feminis infundibuliformis tenerior, longior.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. *Hermaphroditis Germen* breve coronatum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* oblongum, emarginatum.
Femineis Germen vix ullum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.
PER. nullum. *Calyx* clausus.
SEM. *Hermaphroditis* solitaria, coronata.
Feminæ abortiunt.
REC. planum, villosum.
OBS. Cnici *V. Corona feminis setacea est.*
Acarnæ *Corona feminis plumosa est.*

4. *POLYGAMIA NECESSARIA.*

807. CALENDULA *. Caltha *Tournef.* 284. *Vaill.* A. G. 1720. 27. Dimorphotheca *Vaill.* A. G. 1720. f. 22. 21. Cardiſpermum *Trant.* A. G. 1724. f. 2.

Cal. *Communis* ſimplex, multipartitus, erectiuſculus: *ſegmentis* lineari-lanceolatis, quatuordecim ad viginti, fere æqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* plurimæ, in diſco. *Feminæ* plurimæ, numero radiorum calycis, longiſſimæ, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, ſemiquinquefida, longitudine calycis.

Feminæ ligulata, longiſſima, tridentata, baſi villoſa, nervis diſtituta.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherа* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.

Pist. Hermaphroditis *Germen* infra corollulam. *Stylus* filiformis, vix ſtaminum longitudine. *Stigma* obtuſum, bifidum, rectum.

Feminis *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, acuminata, reflexa.

Per. nullum. *Calyx* connivens, ſubrotundus, depreſſus.

Sem. *Hermaphroditi centralia* diſci nulla, *peripheriæ propria* rarius ſolitaria, membranacea, cordato-compreſſâ ſubſtantiâ cincta, oblonga, ſuperne latiora. an ſubventanea?

Feminæ ſolitaria, majora, oblonga, incurva, triangularia, angulis membranaceis, externe longitudinaliter figura vegetabilis inſculpta.

Rec. nudum, planum.

Ons. Calthæ *Vaill. Semina feminarum alâ utrinque membranacea inflexa inſtructa.*

Dimorphothecæ *V. ſemina feminarum alâ laterali membranacea inflexa deſtituta.*

808. ARCTOTIS *. Arctotheca *Vaill.* A. G. 1720. f. 39. 40. Anemonoſpermos *Comm.* H. A. 2. p. 45.

Cal. *Communis* ſubrotundus, imbricatus: *ſquamis inferioribus* laxioribus, ſubulatis, *mediis* ovatis, *intimis* oblongis: apice rotundato, concavo, nitido, laxo.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, plurimæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, fere viginti, diſci diametro longiores.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *limbo* quinquefido, apicibus reflexis, æqualibus.

Feminis ligulata, lanceolata, tenuiſſime tridentata, *tubo* breviſſimo.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* longitudine corollulæ, cylindracea, tubuloſa, quinquedentata.

Pist. Hermaphroditis *Germen* vix manifeſtum. *Stylus* cylindraceus, corollâ paulo longior. *Stigma* ſimplex.

Feminis *Germen* ovato-quadragonum, villoſum, coronatum *perianthio* folioſo, ſquamis minimis: tribus exterioribus, majoribus, incumbentibus: reliquis minoribus, diſtantibus. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, ovato-oblonga, craſſiuſcula, erecta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Feminis* ſolitaria, ſubrotunda, villoſa, coronata perianthii proprii foliolis ovatis, in orbem poſitis.

Hermaphroditis abortiunt.

Rec. planiuſculum, *pilis* vel *paleis* inſtructum.

809. O-

809. OSTEOSPERMUM *. Monilifera *Vaill.* A. G. 1720. f. 28. Chryſanthemoides *Tournef.* A. G. 1705. f. 4. *Dill.* gen. 9. elth. 68.

CAL. *Communis* ſimplex, hemiſphæricus, multipartitus: *folioliis* ſubulatis, parvis.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* plurimæ, in diſco. *Feminæ* decem circiter, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquedentata, longitudine calycis.

Feminæ ligulata, linearis, tridentata, longiſſima.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longitudine vix ſtaminum. *Stigma* obſoletum.

Feminæ *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.

Feminæ ſolitaria, globoſa, colorata, tandem indurata, nucleum conformem includentia.

REC. nudum, planum.

810. CHRYSOGONUM †. *vide Pluk.* 84. 4. & 242: 3.

CAL. *Perianthium* cummune, pentaphyllum, planum, patens: *foliolis* lanceolatis, longitudine ferme floris.
COR. *Universalis* radiata: *corollulis hermaphroditis* plurimis in disco; *femininis* quinque, in radio.
Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquedentata, erecta.
Feminis plana, oblonga, truncata, tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, minima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. *Hermaphroditis Germen* minimum. *Stylus* setaceus, longitudine corollæ. *Stigma* obsoletum.
Feminis Germen majus, perianthio proprio obvolutum. *Stylus* brevior. *Stigmata* duo, revoluta.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.
Feminis solitaria, obverse cordata, depresso-quadrangula, lateribus latiusculis: *coronata* squamulâ tridentata introrsum dehiscente, versus basin contracta. Latet semen singulum intra *Glumam* propriam, tetraphyllam; squamâ exteriore ovata, latiore; squamis tribus reliquis angustissimis, arcte conniventibus, maturo fructu dehiscentibus.
REC. *commune* planum; *paleis* linearibus, obtusis.

811. MELAMPODIUM †.

CAL. *Perianthium* commune, pentaphyllum, planum: *foliolis* oblongo-ovatis, longitudine floris, patentissimis.
COR. *Universalis* radiata: *corollulis hermaphroditis* in disco; *femininis* quinque circiter in radio.
Propria Hermaphroditi monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, erecta.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque minima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. *Hermaphroditis Germen* minimum. *Stylus* setaceus, longitudine corollæ. *Stigma* obsoletum.
Feminis Germen subovatum, compressum, lateribus scabris, apice plano membranaceo. *Stylus* brevissimus. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.
Feminis solitaria, obverse ovata, compressa, tetragona, lateribus aculeata, *coronata* squamâ cordata, margine involuto connivente in formam vulvæ.
REC. *commune* conicum, *paleis* lanceolatis, coloratis, longitudine flosculorum.

812. SILPHIUM *. Asteriscus *Dill.* elth. 39: 42.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus, *squamis* ovato-oblongis, in medio reflexis, undique prominentibus, persistentibus.
COR. *Universalis* radiata ex flosculis *hermaphroditis* in disco pluribus, *femininis* in radio paucioribus.
Propria Hermaphroditi monopetala, infundibuliformis, quinquedentata, *tubo* vix limbo angustiore.
Feminæ lanceolata, longissima, sæpe tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* teres, tenuissimum. *Stylus* filiformis, longissimus, villosus. *Stigma* simplex.
Feminis *Germen* obverse cordatum. *Stylus* simplex, brevis. *Stigmata* duo setacea, longitudine styli.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.
Feminis solitaria, membranacea fere, obverse cordata, margine membranaceo bicorni emarginato cincta.
REC. *commune* paleis linearibus distinctum.

813. OTHONNA *. Jacobæastrum *Vaill.* A. G. 1720. 15.

CAL. *Communis* simplicissimus, monophyllus, basi obtusus, acutus, æqualis, in octo vel duodecim segmenta divisus.
COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulosæ, multæ, in disco. *Feminæ* octo, ligulatæ, in radio, numero segmentorum calycis.
Propria Hermaphroditi tubulosa, quinquedentata, calyce vix longior.
Feminæ ligulata, lanceolata, calyce longior, tridentata, reflexa.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa, longitudine corollulæ.
PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, staminibus fere longior. *Stigma* simplex.
Feminis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, reflexum, majus.
PER. nullum. *Calyx* immutatus, persistens.
SEM. *Hermaphroditis* raro ulla.
Feminis solitaria, oblonga, nuda aut papposa.
REC. nudum, punctatum.
OBS. *In aliis Semina pappo coronata sunt; in aliis Calyx ultra medium divisus; in aliis modo dentatus, figurâ tamen semper constanti. In aliis solus radius fertilis; in aliis etiam discus.* 814.

814. MILLERIA *. *Mart.* cent. 4.

266

CAL. *Communis* monophyllus, tripartitus, maximus, conniventis in formam plano-triquetram, persistens: *foliolis duobus interioribus* æqualibus, subovatis, acutis, planis: *exteriori* vero duplo majori, subrotundo, acuminato, plano, cordato, profundius a reliquis diviso.

COR. *Composita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* duæ, intra foliola calycina minora. *Feminina* unica, intra foliolum calycinum majus.

Propria Hermaphroditis monopetala, tubulosa, erecta, quinquedentata.

Feminæ monopetala, erecta, ligulata, obtusa, concava, emarginata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* totidem, erectæ, lineares, lateribus mediis connexæ, longitudine corollæ, acutæ.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum, tenuissimum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, linearia, debilia, obtusa, patentia.

Feminæ *Germen* magnum, trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, setacea, reflexa, longa.

PER. nullum. *Calyx* connivens in trigonam figuram.

SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.

Feminæ solitarium, versus basin angustius, obtusum, oblongum, triquetrum.

REC. *Commune* vix ullum.

OBS. *Species datur, cujus Corollula feminina trifida est, & Corollulæ tubulosæ quatuor, ut & Calyx minus manifeste trivalvis.*

815. E-

815. ERIOCEPHALUS *. *Dill.* elth. 110.

CAL. *Communis* erectus: *ſquamis* decem, ovatis, æqualibus, conniventibus, quarum *quinque exteriores* carinatæ, *interiores* planæ.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubulatæ, duplo plures, in diſco. *Feminineæ* ligulatæ, quinque, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.

Radii ligulata, verticaliter cordata: *apice* trilobo, æquali.

STAM. Hermaphroditi *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditi *Germen* minimum, nudum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* bifidum, acutum.

Feminæ *Germen* ovatum, nudum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* acuminatum, inflexum.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.

Feminis ſolitaria, ovata, verticaliter poſita, nuda.

REC. nudum, planum: at lanugo calycis duplicis ordinis & floſculis hermaphroditis ac femininis interjicitur.

OBS. Corpuſculum *compreſſum*, *rigidum*, *ſingulæ ſquamulæ calycis*, *ad baſin adhæret*.

816. MICROPUS *. Gnaphalodes *Tournef.* 439.

CAL. *Communis inferior* pentaphyllus: *foliolis* tenuibus, parvis, obſoletis.

Communis interior maximus, pentaphyllus: *foliolis* laxis, diſtinctis, galeatis, compreſſis, margine longitudinaliter conniventibus, deorſum duplici angulo longitudinali denticulato gibbis.

COR. *Communis* ex hermaphroditis decem in diſco, & Feminis quinque in ambitu.

Hermaphroditi monopetali, infundibuliformes, qninquedentati, erecti. *Feminini* nulla.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, ſetacea, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ.

PIST. *Hermaphroditis Germen* obſoletum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obſoletum.

Femininis. *Germen* obverſe ovatum, compreſſum, latens intra ſingulam ſquamam calycis communis interioris ſingulum. *Stylus* e latere germinis interiore, ſetaceus, hermaphroditos verſus inflexus, longitudine calycis. *Stigma* bipartitum, tenue, acuminatum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus, ſed communis interior major, induratus.

SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.

Femininis ſolitaria, obverſe ovata, proprio *foliolo* calycino incluſa.

REC. *paleis* acutis, minimis diſtinctum.

817. SPHÆRANTHUS †. *Vaill. A. G.* 1719. *t.* 20. *f.* 12.

CAL. *Universalis* globosus, imbricatus: *squamis* acuminatis, persistentibus, receptaculum universale undique vestientibus.
Perianthium partiale multiflorum, pentaphyllum, intra singulam squamam calycis communis solitarium, constans *foliolis* linearibus, æqualibus, erectis.
COR. constans corollulis *Hermaphroditis* in centro, *femineis* in ambitu.
Propria Hermaphroditis monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
Femineis vix ulla.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Anthera* cylindracea, tubulosa.
PIST. *Hermaphroditis. Germen* tabidum.
Femineis Germen oblongum. *Stylus* setaceus, longitudine staminum. *Stigma* bifidum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditi* abortiunt.
Feminei solitaria, oblonga, nuda.
REC. nudum.

5. *MONOGAMIA.*

818. CORYMBIUM †. Authore Cl. Gronovio.

CAL. *Perianthium* diphyllum, uniflorum, longum, prismaticum, sexangulare: *foliolis* erectis, conniventibus longitudinaliter, dorso triangularibus, truncatis, obsolete tridentatis, persistentibus: *foliolis* duobus minimis ad basin.
COR. monopetala, æqualis. *Tubus* brevissimus. *Limbus* quinquepartitus, patens: *laciniis* lanceolatis.
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia, erecta, tubo insidentia. *Antheræ* oblongæ, erectæ, corollâ breviores, connatæ in cylindrum.
PIST. *Germen* intra calycem, sub receptaculo corollæ, hirsutum. *Stylus* simplex, erectus, longitudine corollæ. *Stigma* oblongum, bipartitum, patens.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. unicum, oblongum, longitudine fere calycis, tectum lana pappi instar.
REC. nudum.

819. JASIONE *.

Cal. *Perianthium commune* decaphyllum: *foliolis alternis* inferioribus, flores plurimos pedunculi breviſſimis adnexos includens, perſiſtens.
Perianthium proprium quinquedentatum, germini inſidens, perſiſtens.
Cor. *Partialis* pentapetala: *petalis* lanceolatis, erectis, baſi connexis.
Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* quinque, oblongæ, baſi connexæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum, infra receptaculum proprium. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* bifidum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, coronata calyce proprio, bilocularis.
Sem. parva.

820. LOBELIA *. *Plum.* gen. 31. Dortmanna *Rudb.* A. S. 1720. Laurentia *Mich.* 14. Rapuntium *Tournef.* 51. *Dill.* elth. 242. Flos Cardinalis *Riv.* I: 160.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, minimum, germini circumnatum, marceſcens: *denticulis* fere æqualibus, *duobus ſuperioribus* magnis ſurſum ſpectantibus.
Cor. monopetala, leviter ringens. *Tubus* cylindraceus, calyce longior, ſuperne longitudinaliter diviſus. *Limbus* quinquepartitus, *laciniis* lanceolatis, quarum *ſuperiores duæ* minores, magis reflexæ, profundius diviſæ, conſtituentes labium ſuperius: *tres reliquæ inferiores* magis patentes, ſæpius majores.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine tubi petali. *Antheræ* connatæ in cylindrum oblongum, baſi quinquefariam dehiſcentem.
Pist. *Germen* acuminatum, infra receptaculum demerſum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, hiſpidum.
Per. *Capſula* ovata, apice dehiſcens, cincta calyce.
Sem. plurima, minima.
Obs. *Lobelia Plum. differt à congeneribus Pericarpio carnoſo, ſeu Bacca, quod in reliquis membranaceum eſt ſeu Capſula.*

821. VIOLA *. *Tournef.* 236. *Riv.* V: 120-130.

267

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, breve, persistens: *foliolis* ovato-oblongis, erectis, apice acutioribus, basi obtusis, supra basin affixis, æqualibus, sed dispositione variis: quorum duo fulciunt petalum α. singula singulum petalum β. γ. unicum duo petala δ. ε. simul.

Cor. pentapetala, ringens: *petalis* inæqualibus; quorum *Petalum α. supremum* rectum, deorsum spectans, latius, obtusius, emarginatum, desinens basi in *Nectarium* corniculatum, obtusum, inter calycis folia prominens.

β. γ. *lateralia* paria, opposita, obtusa, recta.

δ. ε. *infima* paria, majora, sursum reflexa.

Stam. *Filamenta* quinque, minima, quorum *duo* petalo α. proxima appendicibus annexis intrant nectarium. *Antheræ* sæpius connexæ, obtusæ, membranis ad apicem auctæ.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, extra antheras prominens. *Stigma* obliquum.

Per. *Capsula* ovata, trigona, obtusa, unilocularis, trivalvis.

Sem. plura, ovata, appendiculata. *Receptaculum* lineare, per singulam valvulam lineæ instar excurrit.

Obs. Stigma *vel* (*in* Martiis *dictis*) *in hamum simplicem reflectitur, vel est* (*in* Tricoloribus *dictis*) *capitulum, concavum, apice perforato.*

822. IM-

822. IMPATIENS *. *Riv. IV:* 146. Balſamina *Tournef.* 235. *Riv. IV:* 145.

CAL. *Perianthium* diphyllum, minimum: *foliolis* ſubrotundo-acuminatis, æqualibus, verſus latera floris poſitis, coloratis, deciduis.

COR. pentapetala, ringens: *Petalis* inæqualibus: quorum Petalum α. *ſummum* ſubrotundum, planum, erectum, leviter trifidum, apice acuminatum, *labium ſuperius* conſtituens.

β. γ. *infima* paria, reflexa, maxima, extrorſum latiora, obtuſa, irregularia, ſimilia, *labium inferius* conſtituentia.

δ. ν. *intermedia* paria, ſimilia, oppoſita; ad baſin α. exorta.

Nectarium monophyllum, cuculi inſtar fundum floris recipiens, ore obliquum, extrorſum aſſurgens, baſi in cornu definens.

STAM. *Filamenta* quinque breviſſima, verſus baſin anguſtiora, incurva. *Antheræ* totidem, connatæ, baſi diviſæ.

PIST. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſimplex, antheris brevius.

PER. *Capſula* unilocularis, quinquevalvis, elaſtice diſſiliens valvulis in ſpiram convolutis.

SEM. plura, ſubrotunda, receptaculo columnari affixa.

OBS. *Deficiunt in aliis Petala* δ. ν., *in aliis Cornu nectarii.*

Capſulæ *figura differt*: *hinc* Impatiens *Riv. capſula oblonga fuit*; & Balſamina *Riv. ſubrotunda.*

Classis XX.

GYNANDRIA.

GYNANDRIA dignoscitur a reliquis situ Staminum in ipso Stylo, vel receptaculo elongato in formam Styli, pistillum cum staminibus ferente.

Obs. *Primus Ordo hujus Classis, qui* Diandria *dicitur, Naturalis est, cujus genera, sola fere consideratione Nectarii, a se invicem differunt: quam notam Radici longe præferimus in constituendis generibus, licet à Botanicis antea non recepta fuerit.*

Structura fructificationis hujus Ordinis omnino singularis est. Germen *enim semper contortum est.* Petala *quinque, quorum* duo exteriora *connivent sæpius in galeam, cujus labium inferius Nectarium evadit, quod locum pistilli & petali sexti occupat.* Stylus *adnascitur margini interiori nectarii, ut cum stigmate suo vix distingui possit.* Staminum *Filamenta semper duo sunt, brevissima, ferentia totidem* Antheras, *inferne angustiores, nudas seu tunica carentes, pulpæ citri instar divisibiles. Hæ teguntur* Cellulis *totidem deorsum apertis, ipsi margini interiori nectarii innatis. Fructus* Capsula *est unilocularis, trivalvis, dehiscens angulis sub costis carinatis.* Semina *scobiformia, numerosa, affixa receptaculo lineari in singula valvula.* Vires *aphrodisiacæ omnibus his plantis ab omnibus Medicis adscribuntur.*

Lector in examinando & conferendo Characteres nostros semper in hac Classe tradat Pistillum ante Stamina, si alias distinctam idæam situs Staminum habere velit; nos enim ne ordinem semel receptum mutaremus, Stamina ante Pistilla descripsimus.

Po-

Potuiſſem, ſi non debuiſſem, *Callam*, *Arum* & *Ruppiam* ad alias demandare Claſſes. Quum autem difficillime, nec ulla ratione certum numerum Staminum ſingulo piſtillo adſignare aliquem poſſe puto in his Generibus, hic conſultius duxi ea inſerere, quam tædium examinanti procreare.

Singulares ſunt Flores hujus Claſſis & monſtroſam ac inadſuetam præ ſe ferunt faciem, quæ ſola a ſitu partium fructificationis inſolito, reſpectu ad reliquas plantas, oritur.

I. DIANDRIA.

823. ORCHIS *. *Tournef.* 247. Limodorum *Tournef.* 250.

270

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtinens.
Cor. *Petala* quinque: *tria* exteriora, *duo* interiora, ſurſum conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, â latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo affixum. *Labio ſuperiore* erecto, breviſſimo: *inferiore* magno, patente, lato. *Tubo* pendulo, corniformi, pone prominente.
Stam. *Filamenta* duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* verticaliter, ovatæ, erectæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii.
Pist. *Germen* oblongum, contortum, infra receptaculum floris. *Stylus* adnatus labio ſuperiori nectarii, breviſſimus. *Stigma* compreſſum, obtuſum.
Per. *Capſula* oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.
Sem. numeroſa, minima, ſcobiformia.

824. SATYRIUM *.

270

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtinens.
Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, *tria* exteriora, *duo* interiora, ſurſum conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, â latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo adnexum: *labio ſuperiore* erecto, breviſſimo: *inferiore* plano, pendulo, baſi burſam ſcrotiformem pone exhibente.
Stam. *Filamenta* duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* ovatæ, verticales, tectæ duplicaturâ biloculari labii ſuperioris nectarii.
Pist. *Germen* oblongum, contortum, infra receptaculum floris. *Stylus* labio ſuperiori nectarii adnatus, breviſſimus. *Stigma* compreſſum, obtuſum.
Per. *Capſula* oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.
Sem. numeroſa, minima, ſcobiformia.

825. SE-

825. SERAPIAS *. Helleborine *Tournef.* 249.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtinens.
Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, erecto-patula, ſurſum conniventia.
Nectarium longitudine petalorum, baſi excavatum, melliferum, ovatum, inferne gibbum, trifidum, acutum, intermedia cordata obtuſa, baſi cicatrice bifida tridentata.
Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, ſub labio ſuperiore nectarii collocatæ.
Pist. *Germen* oblongum, contortum, ſub receptaculo floris. *Stylus* labio ſuperiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.
Per. *Capſula* ovata, verticalis, obtuſe trigona, tribus carinis armata, trivalvis, ſub carinis dehiſcens, unilocularis.
Sem. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii adnatum.

826. HERMINIUM *. Monorchis *Mich.* 26.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtinens.
Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, conniventia ſurſum: *duo* horum exteriora breviora.
Nectarium baſi concavum, carinulatum, trifidum: *lacinulis lateralibus* brevioribus.
Stam. *Filamenta* duo, minima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, tectæ margine ſuperiore nectarii.
Pist. *Germen* oblongum, contortum, ſub receptaculo floris. *Stylus* adnatus parieti ſuperiori nectarii. *Stigma* obſoletum.
Per. *Capſula* ovato-oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis dehiſcens.
Sem. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, adnatum ſingulæ valvulæ pericarpii.

827. NEOTTIA *. Corallorrhiza *Rupp.* Nidus avis *Tournef.*

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtentans.
Cor. *Petala* quinque, ovato-oblonga, ſurſum conniventia: *duobus* horum exterioribus longioribus.
Nectarium longitudine petalorum, planum, reflexum, obtuſum, oblongum, integrum, ad baſin utrinque denticulo inſtructum.
Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, ſub margine interiore nectarii reconditæ.
Pist. *Germen* oblongum, contortum, ſub receptaculo floris. *Stylus* margini interiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.
Per. *Capſula* oblonga, ſuperne craſſior, parum incurvata, rugoſa, trivalvis, unilocularis, ſub carinis tribus dehiſcens angulis.
Sem. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, adnatum ſingulæ valvulæ pericarpii.

828. OPHRYS *. Ophris *Tournef.* 250.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem proferens.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, ſurſum conniventia, æqualia: *duo* horum exteriora.
Nectarium petalis longius, dependens, ſemibifidum, ad baſin utrinque denticulo inſtructum.
Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, tectæ margine interiore nectarii.
Pist. *Germen* oblongum, contortum, ſub receptaculo floris. *Stylus* margini interiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.
Per. *Capſula* ſubovata, trigona, obtuſa, ſtriata, trivalvis, unilocularis, angulis carinatis dehiſcens.
Sem. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, adnatum ſingulæ valvulæ pericarpii.

829. LIMODORUM †. *Gron.* Virg. 110. *Roy.* Lugdb. 16.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.
COR. *Petala* quinque, ovato-oblonga, ſubæqualia, patentia: ſuperioribus conniventibus.
Nectarium monophyllum, concavum, longitudine petalorum.
STAM. duo. *Filamenta* corpus oblongum, aſcendens, longitudine corollæ. *Antheræ* binæ ovatæ, antrorſum ſpectantes.
PIST. *Germen* columnare, longitudine corollæ, ſub receptaculo floris. *Stylus* filiformis, adnatus filamentorum corpori. *Stigma* infundibuliforme.
PER. *Capſula* columnaris, trivalvis, unilocularis, angulis dehiſcens.
SEM. numeroſa, ſcobiformia.

830. CYPRIPEDIUM *. Calceolus *Tournef.* 249.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtinens.
COR. *Petala* quatuor vel quinque, lanceolato-linearia, longiſſima, patentia, erecta.
Nectarium intra petalum infimum, calceiforme, inflatum, obtuſum, cavum, petalis brevius, latius; *labio* ſuperiore ovato, plano, inflexo, parvo.
STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Anthera* erectæ, tectæ labio ſuperiori nectarii.
PIST. *Germen* tenue, longum, contortum. *Stylus* breviſſimus, labio ſuperiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.
PER. *Capſula* ovata, verticalis, obtuſe trigona: tribus ſuturis, ſub quibus dehiſcit angulis ſuis, inſtructa: trivalvis, unilocularis.
SEM. numeroſa, minima. *Receptaculum* lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii longitudinaliter adnatum.

831. EPIDENDRUM *. *H. P. B.* 207. Angurek *Kæmpf.* Jap. 868. Vanilla *Plum.* 28.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum. *Germen* florem ſuſtinens.
COR. *Petala* quinque, oblonga, longiſſima, patentiſſima.
Nectarium baſi tubulatum, turbinatum, intra petala deorſum poſitum, ore obliquo, bifido: *ſuperiori labio* breviſſimo, trifido; *inferiori* in acumen producto.
STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* tectæ labio ſuperiore nectarii.
PIST. *Germen* tenue, longum, contortum, infra receptaculum floris. *Stylus* breviſſimus, adnatus labio ſuperiori nectarii. *Stigma* obſoletum.
PER. *Siliqua* longiſſima, teres, carnoſa.
SEM. numeroſa, minutiſſima.

2. *TRIANDRIA.*

832. SISYRINCHIUM *. Bermudiana *Tourneſ.* 208. *Dill.* elth. 41. *f.* 49. 48.

CAL. *Spatha* univerſalis anceps, diphylla: *valvulis* compreſſis, carinatis, acuminatis.
COR. *Petala* ſex, oblonga, verticaliter ovata cum acumine, erecto-patentia, plana.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* inferne bifidæ, ſtylo ad baſin ſtigmatis affixæ.
PIST. *Germen* verticaliter ovatum, ſub receptaculo poſitum. *Stylus* ſubulatus, rectus, corollâ brevior. *Stigma* trifidum, reflexum.
PER. *Capſula* verticaliter ovata, triquetra, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda.

3. TE-

3. *TETRANDRIA.*

833. NEPENTHES †.

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *laciniis* ſubrotundis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* quatuor, apici ſtyli adnatæ.
Pist. *Germen* tenuiſſimum. *Stylus* ſubulatus, longitudine calycis. *Stigma* obtuſiuſculum.
Per. *Capſula* oblonga, columnaris, truncata, obſolete quadrangularis, quadrilocularis, quadrivalvis, longitudinaliter dehiſcens.
Sem. numeroſa, aceroſa, acuminata, capſula breviora.

4. *PENTANDRIA.*

834. PASSIFLORA *. Granadilla *Tournef.* 124. *Dill.* elth. 137. 138. Murucuja *Tournef.* 125. Clematis *Plum.* rar. 79 90.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, planum, coloratum, petalis conforme.
Cor. *Petala* quinque, ſemilanceolata, plana, obtuſa, magnitudine & figura calycis.
Nectarium corona triplex, *exterior* longior, intra petala ſtylum cingens, ſuperne magis coarctata.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, ad baſin germinis ſtylo columnari annexa, patentia. *Antheræ* incumbentes, oblongæ, obtuſæ.
Pist. *Stylus* columnaris, cylindraceus, rectus: cujus apici inſidet *Germen* ovale. *Styli* tres, ſuperne craſſiores, patuli. *Stigmata* capitata.
Per. *Bacca* carnoſa, ſubovata, unilocularis, ſtylo elongato inſidens.
Sem. plurima, ovata, membranula veſtita ſingula.
Receptaculum ſeminum triplex, cortici pericarpii longitudinaliter adnatum.
Obs. Granadillæ *T. Nectarium fibris in orbem poſitis conſtat.* Murucujæ *T. Nectarium membrana conica, truncata conſtat.*

5. *HEXANDRIA.*

835. ARISTOLOCHIA *. *Tournef.* 71. *Riv.* 1: 168-170. *Malp.* 135. 172.

Cal. nullus.
Cor. *Petalum* unicum, inæquale: *basi* ventricosa, subgibbosa, sexpuculata: *Tubo* oblongo, hexagono-cylindraceo: *Limbo* dilatato, inferne extenso in linguam longam, integram.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* sex, infra stigmata adnatæ, quadriloculares.
Pist. *Germen* oblongum, sub receptaculo, angulatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* subglobosum, sexpartitum, concavum.
Per. *Capsula* magna, sexangularis, sexlocularis.
Sem. plura, depressa, incumbentia.
Obs. *Fructus figura variat, aliis subrotundus, aliis longus.*

836. PISTIA †. Kodda-pail *HM.* XI: 32. *Plum.* 39.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, inæqualis. *Petalum* cuculatum, turbinatum: *labio* unico, obliquo, longo, latere plica flexo.
Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* sex, didymæ, pistillo sub stigmate adnatæ.
Pist. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* corollâ brevior, rectus. *Stigma* peltatum, obtuse sexfidum.
Per. *Capsula* ovata, basi attenuata, sexlocularis.
Sem. nonnulla, truncata.
Obs. *Cum Aristolochiâ plurima habet communia.*

6. DE-

6. DECANDRIA.

837. HELICTERES *. Isora *Plum.* 37. *HM.* VI: 30.

1
275

CAL. *Perianthium* monophyllum, semiovatum, inferne angustum, oblique patens, (ut auris quadrupedis), apice tridentatum, lateribus unidentatum, coriaceum.
COR. *Petala* quinque, oblonga, latitudine æqualia, receptaculo affixa, calyce longiora.
Nectarium foliolis quinque, petaliformibus, lanceolatis, minimis, germen tegentibus.
STAM. *Filamenta* decem, brevissima, ad basin germinis. *Antheræ* oblongæ, laterales.
PIST. *Stylus* filiformis, longissimus, recurvus, apice gerens *Germen* subrotundum. *Stigma* simplex, acutum.
PER. *Capsulæ* quinque, spiraliter intortæ, uniloculares.
SEM. plurima, reniformia.

7. POLYANDRIA.

1
276

838. GREWIA *. H. M. V: 46.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, erectis, coriaceis, interne coloratis, patentibus.
COR. *Petala* quinque, figura calycis, sed minora, basi emarginata.
Nectarium fit e squamula, singulo petalo ad basin inserta, crassiuscula, incurva, inclinata ad marginem, stylum cingentem.
STAM. *Filamenta* numerosissima, longitudine petalorum, setacea, ad basin germinis inserta. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Receptaculum* columnare, erectum, elongatum, cinctum margine pentagono, terminatum *Germine* subrotundo. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum, quadrifidum.
PER. *Bacca* quadrangularis, quadrilocularis.
SEM. nonnulla, globosa.

839. CALLA *. Provenzalia *Petit.* gen. p. 45. Arisarum *Riv.* Anguina *Trew.*

Cal. *Spatha* monophylla, ovato-cordata, acuminata, superne colorata, maxima, patens, persistens.
Spadix digitiformis, simplicissimus, erectus, fructificationibus tectus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* nonnulla, germinibus intermixta, longitudine pistillorum, persistentia, compressa, truncata. *Antheræ* simplices, truncatæ, sessiles.

Pist. singula constant *Germine* subrotundo, obtuso. *Stylo* simplici, brevissimo. *Stigmate* acuto.

Per. *Baccæ* totidem, tetragono-globosæ, pulposæ, uniloculares.

Sem. plura (6 ad 12), oblonga, cylindracea, utrinque obtusa.

Obs. *Cum in singula Bacca plura sint Semina, sequitur quod singula Pistilla ad totidem pertineant Flosculos, nec unius ejusdemque floris partes sint; cum autem Perianthium & Corolla deficiens non distinguat Stamina, difficile est singulo flosculo certum eorum numerum assignare. Conjecturando ab analogia Palmarum crederem Stamina sex in singulo flosculo esse numerum appropriatum.*
In aliis Speciebus Spadix *tegitur totus Staminibus & Pistillis mixtis. In aliis vero inferius tantum, superius autem solis Staminibus tectus.*

840. ARUM *. *Tournef.* 69. *Riv.* 1. 178. 179. Malp. 184. Arisarum *Tournef.* 70. Colocasia *Boerh.* 2. *p.* 73. Dracunculus *Tournef.*

CAL. *Spatha* monophylla, maxima, oblonga, basi convoluta, apice connivente, ventre compressa, interne colorata, decidua.

Spadix clavatus, simplicissimus, Spatha paulo brevior, coloratus, marcescens supra germina.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla, nisi Nectaria basi crassa, desinentia in *Cirros* filiformes duorum ordinum e medio spadice egredientium dicas. *Antheræ* plurimæ, sessiles, quadragonæ, cirrorum duplici ordini interjectæ, spadici adnatæ.

PIST. *Germina* plurima basin spadicis vestientia, infra stamina collocata, verticaliter ovata. *Styli* nulli. *Stigma* villis barbatum.

PER. *Baccæ* totidem, globosæ, uniloculares.

SEM. plura, subrotunda.

OBS. *Mira floris structura & sine pari, quæ Botanicis Summis disputandi materiem præbuit. Vide Tournef. Malpig. Dillen. Rivin. &c.*

Receptaculum elongatum in clavam nudam, germina ad basin retinens, Stamina intra germina, miraculo naturæ, receptaculo affixa, filamentorum elevantium ope minus indigentia: hinc flos inversus dici potest. Quid sunt cirri isti sub filamentis commemorati?

Arum *T. Foliis sagittatis integris a Dracunculo separatum fuit.*

Dracunculus *T. Foliis multifidis ab Aro distinctus fuit.*

Arisarum *T. Spatha apice bifido, incurvo. Spadice incurvato.* Antheræ *filamentis innixæ sunt. his leviter recedit ab Aro, distinctum tamen non constituit genus.*

841. DRACONTIUM *.

CAL. *Spatha* cymbæformis, coriacea, univalvis, maxima. *Spadix* ſimpliciſſimus, cylindraceus, breviſſimus, tectus fructificationibus in capitulum digeſtis, quarum ſingularum *Perianthium proprium* nullum, niſi corollam dicas.
COR. *Propria* pentapetala, concava: *Petala* ovata, obtuſa, fere æqualia, colorata.
STAM. ſingulis *Filamenta* ſeptem, linearia, depreſſa, erecta, æqualia, corollula longiora. *Antheræ* quadrangulæ, didymæ, oblongæ, obtuſæ, erectæ.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* teres, rectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* obſoletum, trigonum.
PER. ſingulis *Bacca* ſubrotunda.
SEM. plurima.

842. RUPPIA †. Bucca ferrea *Mich.* 35.

1 277

CAL. *Spatha* præter vaginas foliorum vix ulla. *Spadix* ſubulatus, ſimpliciſſimus, rectus, matureſcente fructu incurvatus, fructificationibus diſtice obvallatus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* reniformes, bivalves, plures, longitudinaliter affixæ.
PIST. *Styli* tenues, capillares, ſinguli gerentes *Germen* ovatum. *Stigmate* ſimplici.
PER. *Cortex* ovatus, acuminatus, obliquus, ſtylo elongato inſidens, numero piſtillorum.
SEM. ſolitarium, ſubrotundum.

Claſ-

Classis XXI.

MONOECIA.

1. *MONANDRIA.*

843. NAJAS †. Fluvialis *Vaill.* A. G. 1719. t. 1. f. 2. *Mich.* 8.

*. *Masculus Flos.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, basi truncatum, cylindraceum, superius attenuatum, ore laciniis duabus, oppositis, reflexis.
COR. monopetala, æqualis. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* oblongis, revolutis.
STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* oblonga, erecta.

*. *Femineus.*
CAL. nullus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum, in *Stylum* attenuatum desinens. *Stigmata* simplicia, persistentia.
PER. *Capsula* ovata.
SEM. ovato-oblonga.

1 844. ZANNICHELLIA. *Mich.* 34. Algoides
278 *Vaill.* A. G. 1719. t. 1. f. 1. Aponogeton *Pont.* anth. Graminifolia *Dill. gen.* 169.

*. *Masculus Flos.*
CAL. nullus.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, simplex, longum, erectum. *Anthera* ovata.

*. *Femineus* juxta masculum florem.
CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, bidentatum.
COR. nulla.
PIST. *Germina* nonnulla, corniculata. *Styli* totidem, simplices, patentiusculi. *Stigmata* ovata, plana, patentia.
PER. nullum.
SEM. totidem, oblonga, utrinque acuminata, hinc gibba, cortice tecta.

1 845. CYNOMORIUM. *Mich.* 12.
279

*. *Masculi Flores* in amentum cum femineis digesti.
CAL. *Amentum* erectum, undique imbricatum, compositum *Squamis* unifloris, oblongis, erectis, truncatis, inferne angustatis, hinc gibbis, inde cavis.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, firmum, rectum, squama calycina longius. *Anthera* didyma.

*. *Feminei Flosculi* masculis mixti, in eadem planta, vixque ab iis remoti.
CAL. *Amentum* commune cum masculis.
Squamula nulla excepti, præterquam a foliis plantæ, vices squamæ gerentibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* globosum. *Stylus* unicus, erectus, firmus, patens, longitudine squamæ calycinæ. *Stigma* obtusum.
PER. nullum.
SEM. unicum, subrotundum.

2. TRI-

2. TRIANDRIA.

846. ZEA *. Mays *Tournef.* 303. 304. 305.

*. *Mascuſi* in ſpicas laxas diſpoſiti.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *valvulis* ovato-oblongis, muticis.

COR. *Gluma* bivalvis: *valvulis* oblongis, muticis; longitudine calycis.

Nectaria duo, compreſſa, breviſſima.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* quadrangulæ, quadriloculares, apice dehiſcentes.

*. *Feminei* in ſpica denſiſſima infra maſculos, in eadem planta, foliis obtecta.

CAL. *Gluma* propria bivalvis: *ſquamis* ſubrotundis, craſſis, breviſſimis, *exteriore* craſſiore.

COR. bivalvis: *valvulis* membranaceis, latis, breviſſimis, perſiſtentibus.

PIST. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, omnium longiſſimus. *Stigma* ſimplex, verſus apicem pubeſcens.

PER. nullum. *Receptaculum commune* maximum, longum, excavatum, in quo ad dimidiam partem dimerſi ſunt fructus, calyce & corolla propria cincti.

SEM. ſolitaria (poſt ſingulos flores), ſubrotunda, baſi angulata compreſſa.

847. COIX *. Lacryma Job *Tournef.* 306.

*. *Maſculi* in ſpicam laxam digeſti.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *valvulis* oblongo-ovatis, obtuſis, muticis; *exteriore* craſſiore.

COR. bivalvis: *valvulæ* ovato-lanceolatæ, longitudine calycis, tenuiſſimæ, muticæ.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, quadragonæ.

*. *Feminei* pauciores ad baſin ſpicæ maſculæ, in eadem planta.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *valvulis* rotundatis, craſſis, nitidis, duris; *exteriore* majore, nitida.

COR. bivalvis: *valvula exterior* ovata, major; *interior* anguſtior, minor; *utraque* mutica.

PIST. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* brevis, bipartitus. *Stigmata* duo, corniculata, flore longiora, undique pubeſcentia.

PER. nullum. *Gluma exterior calycina* arcte adnaſcitur, increſcit, nitet, decidit, non dehiſcit.

SEM. ſolitarium, ſubrotundum, tectum.

848. CAREX *. Cyperoides *Tournef.* 299. *Scheuch.* 10. 11. *Mich.* 32. Scirpoides *Mont.* 17. Carex *Dill.* gen. 13. *Mich.* 33.

*. *Mascuſi Flores* in ſpicam digeſti.

CAL. *Amentum* oblongum, imbricatum, conſtans *Squamis* unifloris, lanceolatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, ſetacea, erecta, calyce longiora. *Antheræ* erectæ, longæ, lineares.

*. *Feminei Flores* in eadem vel (paucis) in diſtincta planta.

CAL. *Amentum* ut in maſculis.

COR. *Petala* nulla.

Nectarium inflatum, ovato-oblongum, apice bidentatum, ſuperne contractum, ore dehiſcens, perſiſtens.

PIST. *Germen* triquetrum, intra nectarium. *Stylus* breviſſimus. *Stigmata* tria vel duo, ſubulata, incurva, longa, acuminata, pubeſcentia.

PER. nullum. *Nectarium* majus factum ſemen fovet.

SEM. unicum, ovato-acutum, triquetrum, altero angulo ſæpius minore.

OBS. Scirpoides *Juſſ. Mont.* Carex *Rupp. Dill. Mich. flores maſculos & femineos in eadem ſpica gerit.*

Cyperoides *Juſſ. Mont. Rupp. Dill. Mich. flores maſculos & femineos in diſtincta ſpica.*

849. SPARGANIUM *. *Tournef.* 302.

*. *Mascuſi* numeroſi, in capitulum collecti.

CAL. *Amentum commune* ſubrotundum, undique denſiſſime imbricatum, conſtans *Perianthiis* triphyllis, linearibus, deciduis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ.

*. *Feminei.*

CAL. ut in mare. *Receptaculum commune* ſubrotundum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* brevem, ſubulatum. *Stigmata* duo acuta, perſiſtentia.

PER. *Drupa* exſucca, turbinata cum acumine, inferne angulata.

SEM. *Nuces* duæ, oſſeæ, oblongo-ovatæ, angulatæ. *Receptaculum commune* ſubrotundum.

OBS. *Semen in aliis uniloculare, in aliis biloculare obſervat Tournefortius*

850.

850. TYPHA *. *Tournef.* 301.

*. *Mascuſi* numeroſi in amento culmum terminante.
CAL. *Amentum commune* cylindraceum, denſiſſimum, conſtans *Perianthiis* triphyllis, ſetaceis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, pendulæ.

*. *Feminei* numeroſi in amento, culmum eundem cingente, compactiſſimo digeſti.
CAL. *Capilli* pappoſi.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſetæ inſidens, ovatum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* capillare, perſiſtens.
PER. nullum. *Fructus* numeroſi cylindrum conſtituunt.
SEM. unicum, ovatum, ſtylo inſtructum, ſetæ inſidens. *Pappus* capillaris, ſetæ ſeminiferæ quaſi affixus, longitudine piſtilli.

851. PHYLLANTHUS *. Niruri HM. X. 27. *Mart.* cent. 1. p. 9.

*. *Mascuſi* in eadem planta cum femineis.
CAL. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, campanulatum, coloratum: *laciniis* ovatis, patulis, obtuſis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* nulla: niſi Calycem dicas.
STAM. *Filamenta* tria, calyce breviora, baſi approximata, apicibus diſtantia. *Antheræ* didymæ.

*. *Feminei* ut maſculi poſiti.
CAL. *Perianthium* ut in maſculis.
COR. *Petala* nulla.
Nectarium margo duodecim angulorum, germen cingens.
PIST. *Germen* ſubrotundum, obtuſe trigonum. *Styli* tres, patuli, ſemibifidi. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* ſubrotunda, triſulca, trilocularis: *loculis* bivalvibus.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda.
OBS. *Characterem ſubminiſtravit Niruri flos. Niruri & Phyllanteæ ejuſdem generis eſſe plantas fidæ relationi Cl. Dillenii debetur.*

852. TRA-

852. TRAGIA †. *Plum.* gen. 12.

*. *Mascuſi Flores.*

CAL. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovatis, acutis, planis, patentibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

OBS. *Calycem hunc eſſe petalum infundibuliforme ſtatuit Plumier.*

*. *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* ovatis, concavis, acutis, perſiſtentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum, triſulcum. *Stylus* unicus, erectus, calyce longior. *Stigma* trifidum, patens.

PER. *Capſula* tricocca, ſubrotunda, trilocularis, maxima.

SEM. ſolitaria, globoſa.

3. *TETRANDRIA.*

853. URTICA *. *Tournef.* 308. *Malp.* 216. Ceratoides *Tournef.* cor.

*. *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis.

COR. *Petala* nulla.

Nectarium in centro floris, urceolatum, integrum, inferne anguſtius, minimum.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine calycis, patentia, intra ſingulum folium calycinum ſingula. *Antheræ* biloculares.

*. *Feminei Flores* vel in eadem, vel in diſtincta planta.

CAL. *Perianthium* bivalve, ovatum, concavum, erectum, perſiſtens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* villoſum.

PER. nullum. *Calyx* connivens.

SEM. unicum, ovatum, obtuſo-compreſſum, nitidum.

OBS. Urtica *T. eſt, dum calyx femineus obtuſus eſt.*

Ceratoides *T. eſt, cum calyx femineus ſingula valvula acuminatus eſt.*

Urticoides *Pont. androgyna eſt.* Urtica *Pont. vero ſexu diſtincta eſt.*

854. BU-

854. BUXUS *. *Tournef.* 345.

Mascuſi Flores ex gemmis plantæ prominentes.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, patentibus.

COR. *Petala* duo, ſubrotunda, concava, ſimillima calyci, calyce majora.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecto-patentia, calyce fere majora. *Antheræ* erectæ, didymæ.

PIST. *Germinis* rudimentum absque ſtylo vel ſtigmate.

*. *Feminei* in eadem gemma cum maſculis ſedentes.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, patentibus.

COR. *Petala* tria, ſubrotunda, concava, ſimillima calyci, calyce majora.

PIST. *Germen* ſubrotundum, obtuſe trigonum, deſinens in *Stylos* tres, breviſſimos, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa, hispida.

PER. *Capſula* ſubrotunda, triroſtris, trilocularis, trifariam elastice dehiſcens.

SEM. gemina, oblonga, hinc rotundata, inde plana.

855. ALNUS *. *Tournef.* 359.

*. *Masculi Flores* in Amenta cylindracea digesti.

CAL. *Amentum commune* undique imbricatum, cylindraceum, constans *Squamis* trifloris, crassiusculis, truncatis, peltatis, pedicello minimo affixis.

Singulæ Squamæ apici, a parte anteriore, adnectuntur *Squamulæ* quatuor, minutissimæ, quarum mediæ duæ versus squamam premunt laterales.

COR. *Composita* flosculis tribus, æqualibus, disco singulæ squamæ calycinæ singulæ affixis.

Propria monopetala, quadripartita, patens, minima: *laciniis* ovatis, fere æqualibus, oppositis longioribus.

STAM. *Filamenta* (Corollulæ) quatuor, minima, patentia. *Antheræ* didymæ, vix corollulâ longiores.

*. *Feminei Flores* in Amenta ovata digesti in eadem planta.

CAL. *Conus* communis, subovatus, imbricatus: *squamis* tribus oppositis ubique, rachi affixis, persistentibus post maturitatem: singulis his *squamis* bifloris, reniformibus obtusissimis, apice quinquelobis, compressis.

COR. nulla.

PIST. *Germina* (sub singula squamula calycina duo) parva. *Styli* duo, subulati, squama calycina longiores, colorati. *Stigmata* simplicia.

PER. nullum. *Conus* sub singula squama duorum florum semina ferens.

SEM. solitaria, angulata.

OBS. Betulæ *valde affinis*.

856. BETULA. *. *Tournef.* 350.

*. *Mascuſi Flores* in Amenta cylindracea digeſti.

CAL. *Amentum* commune, undique imbricatum, laxum, cylindraceum: conſtans *Squamis* trifloris, ſubovatis, planis, peltatis, pedicello minimo affixis, ſub quibus ſingulis *ſquamulæ* duæ, minutiſſimæ, ad latera poſitæ.

COR. *Compoſita* floſculis tribus, æqualibus, diſco ſquamæ ſingulæ calycinæ affixis.

Propria monopetala, quadripartita, patens, minima: *laciniis* ovato-anguſtis, duabus exterioribus longioribus.

STAM. *Filamenta* (Corollulæ) quatuor, minima. *Antheræ* didymæ, magnæ.

*. *Feminei Flores* in Amenta cylindracea ejuſdem plantæ.

CAL. *Amentum commune* cylindraceum, imbricatum, *ſquamis* tribus ubique oppoſitis, rachi affixis, maturo fructu deciduis: ſingulis his *ſquamis* bifloris, cordatis cum acumine, a mucrone verſus apicem ſinu parum diſſectis, concavis, brevibus.

COR. nulla manifeſta.

PIST. *Germen* ovatum, minimum. *Styli* duo, ſetacei, longitudine ſquamæ calycinæ, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Amentum* ſub ſingula ſquama trium florum ſemina fovens.

SEM. ſolitaria, ovata, compreſſa, acuta: *ala* membranacea, lata, obtuſa, utrinque inſtructa.

857. MORUS *. *Tournef.* 362. *Malp.* 215.

CAL. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, concavis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, calyce longiora, intra ſingulum folium calycinum ſingula. *Antheræ* ſimplices.

*. *Feminei Flores* congeſti vel in eadem, vel diverſa planta à maſculis.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, perſiſtentibus, oppoſitis duobus exterioribus incumbentibus alternatim reliquis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* cordatum. *Styli* duo, ſubulati, longi, reflexi, ſcabri. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Calyx* maximus, carnoſus, ſucculentus factus *Bacca*.

SEM. unicum, ovato-acutum.

OBS. *Dantur* & Mares & Feminæ *in dioecia*.

4. PENTANDRIA.

1 858. XANTHIUM *. *Tournef.* 252.
2 8 6

*. *Mascuſi Flores* compoſiti.

CAL. *Perianthium commune* plurium floſculorum, polyphyllum, imbricatum *ſquamis* tenuibus, longitudine floſculorum, æqualibus.

COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa, æqualis, in hemiſphærium digeſta.

Propria monopetala, tubuloſa, infundibuliformis, erecta, quinquefida.

STAM. *Filamenta* (Corollulæ) quinque, minima. *Antheræ* erectæ, parallelæ, diſtinctæ.

REC. *commune* vix ullum, paleis diſtinguens floſculos.

*. *Feminei Flores* infra maſculos, in eadem planta, duplicati.

CAL. *Involucrum* biflorum, diphyllum: *foliolis* oppoſitis, trilobis (Lobis acutis, medio productiori) aculeis uncinatis obvallatum, undique tegentibus & adnatis germinibus: *lacinulis* liberis.

COR. nulla.

PER. *Bacca* ſicca, ovato-oblonga, undique aculeis uncinatis tecta, apice bifida, bilocularis.

SEM. ſolitaria, oblonga, hinc convexa, inde plana.

OBS. *Difficile intelligitur fructus Xanthii antequam notus ſit Ambroſiæ.*

859. AM-

859. AMBROSIA *. *Tournef.* 252.

*. *Mascuſi Flores* compoſiti.

CAL. *Perianthium commune* plurium floſculorum, monophyllum, planum, *ore* octifido, longitudine floſculorum.

COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa, æqualis, in hemiſphærium digeſta.

Propria monopetala, tubuloſa, infundibuliformis, erecta, quinquefida.

STAM. *Filamenta* (Corollulæ) quinque, minima. *Antheræ* erectæ, parallelæ, diſtinctæ.

REC. *commune* vix ullum, nudum.

*. *Feminei Flores* infra maſculos, in eadem planta duplicati.

CAL. *Involucrum* biflorum, diphyllum: *foliolis* oppoſitis, trilobis, (lobis acutis, medio productiori), lævibus, liberis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſingulum lacinulatum. *Styli* duo, ſetacei, erecto-patentes. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* lateribus dentata, ſubovata, unilocularis, non dehiſcens.

SEM. unicum, ſubrotundum.

OBS. *Maxima gaudet hoc Genus affinitate cum Xanthio.*

860. PARTHENIUM*. Partheniaſtrum *Niſſ.* A. G. 1711. *Dill.* gen. 13. elth. 225. Hyſterophorus *Vaill.* A. G. 1720. f. 4. 8. 34. 35. 42. Tarchonanthus *Vaill.* A. G. 1719. f. 16. 17.

Cal. *Communis* ſimpliciſſimus, pentaphyllus, patens: *foliolis* ſubrotundis, planis, æqualibus.

Cor. *Compoſita* convexa: *corollulæ hermaphroditæ* plures, in diſco. *Feminæ* hermaphroditos vix ſuperantes, quinque, in radio. *Propria Hermaphroditis* monopetala, tubuloſa, erecta, *ore* quinquefido, longitudine calycis.

Feminis monopetala, tubuloſa, ligulata, obliqua, obtuſa, ſubrotunda, longitudine hermaphroditi.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* totidem, craſſiuſculæ, vix cohærentes.

Pist. Hermaphroditi *Germen* infra receptaculum proprium, vix notabile. *Stylus* capillaris, ſtaminibus fere brevior. *Stigma* nullum.

Feminæ *Germen* turbinato-cordatum, compreſſum, magnum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigmata* duo, filiformia, longitudine ſtyli, patentiuſcula.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Hermaphroditis* abortiunt.

Feminis ſolitaria, turbinato-cordata, compreſſa, nuda.

Rec. fere nullum, planum. *Paleæ* floſculos diſtinguunt ut ſingula femina a tergo duos obtineat hermaphroditos.

861 AMARANTHUS *. Amaranthi ſpecies *Tournef.* 118. *h. i. k. l.*

*. *Maſculi Flores* in eadem planta cum femineis.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum vel triphyllum, erectum, coloratum, perſiſtens: *foliolis* lanceolato-acutis.

Cor. nulla. niſi Calycem ſumas.

Stam. *Filamenta* quinque vel tria capillaria, erecto-patula, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

*. *Feminei Flores* in eodem cum maſculis racemo.

Cal. *Perianthium* omnino ut in mare.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, breves, ſubulati. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

Per. *Capſula* ovata, parum compreſſa, ut calyx cui inſidet colorata, ejusque magnitudine, triroſtris, unilocularis, horizontaliter in medio dehiſcens.

Sem. unicum, globoſum, compreſſum, magnum.

862. AN-

862. ANDRACHNE *. Telephioides *Tournef.* 365. *Dill.* elth. 282.

*. *Masculi Flores.*
CAL. *Perianthium* pentaphyllum, maximum, marcescens.
COR. *Petala* quinque, emarginata, tenuia, calyce breviora.
Nectarium foliolis quinque, semibifidis, herbaceis, singulo intra singulum petalum, petalis minoribus.
STAM. *Filamenta* quinque, parva, styli cujusdam basi inserta. *Antheræ* simplices.

*. *Feminei Flores* in eadem planta cum masculis.
CAL. *Perianthium* pentaphyllum, maximum persistens.
COR. *Petala* nulla.
Nectarium ut in masculis omnino.
PIST. *Germen* globosum. *Styli* tres, filiformes, semibifidi. *Stigmata* globosa.
PER. *Capsula* globoso-triloba, trilocularis, *loculis* bivalvibus, magnitudine calycis.
SEM. bina, hinc rotunda, inde angulosa, obtusa, trigona.
OBS. Clutiæ *affinis est.*

5. *HEXANDRIA.*

863. ZIZANIA authore D. Gronovio.

*. *Masculi* Flores intra femineos.
CAL. nullus.
COR. *Gluma* bivalvis: *foliolis* lanceolatis, muticis, æqualibus, amplexantibus.
STAM. *Filamenta* sex, minima. *Antheræ* oblongæ, simplices.

*. *Feminei* flores in superiori parte paniculæ.
CAL. nullus.
COR. *Gluma* monophylla, sexnervis, convoluta, in aristam longam desinens.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* plumosa.
PER. *Corolla* convoluta, non dehiscens, horizontaliter basi discedens.
SEM. unicum, oblongum, tectum.

6. PO-

6. POLYANDRIA.

864. THELIGONUM. Cynocrambe *Tournef.* 485.

357

*. *Masculus flos.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, semibifidum: *laciniis* revolutis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plurima (duodecim & supra) erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.

*. *Femineus flos* in eadem planta.
CAL. *Perianthium* monophyllum, minimum, patens, bifidum, persistens.
COR. nulla.
PIST. *Germen* globosum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum.
PER. *Capsula* coriacea, globosa, unilocularis.
SEM. unicum, globosum.

865. ACALYPHA *Roy.* *. Ricinocarpos *Boerh. Burm.* 92.

*. *Masculi flores* conferti supra femineos.
CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* subrotundis, concavis, æqualibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* octo ad sedecim, brevia, conferta. *Antheræ* subrotundæ.

*. *Feminei flores* parciores inferius positi, *involucro* diviso magno excepti.
CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* subovatis, concavis, conniventibus, parvis, persistentibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* tres ramosi (tripartiti sæpius) longi. *Stigmata* simplicia.
PER. *Capsula* subrotunda, trisulca, trilocularis, *valvulis* bifariam dehiscentibus.
SEM. solitaria, subrotunda, maxima.

866. CROTON *. Ricinoides *Tournef.* 423. Bernhardia *Houſt.* A. A.

*. *Maſculi Flores* minores femineis.
CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, erectis.
COR. *Petala* quinque, vix calyce majora, oblonga, obtuſa.
Nectarium Glandulæ quinque, receptaculo affixæ, parvæ.
STAM. *Filamenta* decem vel quindecim, ſubulata, longitudine floris. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

*. *Feminei Flores* à maritis remoti in eadem planta.
CAL. *Perianthium* ut in maſculis.
COR. *Petala* ut in maſculis, (quibuſdam vix manifeſta).
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, reflexo-patentes, longitudine floris, ſemibifidi. *Stigmata* reflexa, bifida.
PER. *Capſula* ſubrotunda, lateribus triloba, trilocularis, *loculis* ſingulis bivalvibus, magnitudine calycis.
SEM. ſolitaria, ovata, magna.
OBS. *In plurimis flores maſculi in eadem planta cum femineis prodeunt.*
Bernhardiæ *dictæ fuere ſpecies, quæ maſculos flores & femineos in diſtincta & diverſa planta exhibent.*

867. JATROPHA *. Manihot *Tournef.* 438. *Dill.* elth. 173. Juſſievia *Houſt.* A. A.

*. *Maſculi Flores.*
CAL. *Perianthium* vix manifeſtum.
COR. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* ſubrotundis, patentibus, convexis, ſubtus concavis.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, in medio approximata, quinque alterna breviora, erecta, corollâ breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, verſatiles.
PIST. *Rudimentum* debile in fundo floris latet.

*. *Feminei Flores* in eadem umbella cum maſculis.
CAL. nullus.
COR. pentapetala, roſacea.
PIST. *Germen* ſubrotundum, triſulcatum. *Styli* tres, dichotomi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* ſubrotunda, tricocca, trilocularis: *loculis* bivalvibus.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda.
OBS. *Juſſieviæ Stamina novem, erecta, quorum Tria interiora reliquis longiora, quibus (tribus) ſetæ totidem reſpondent, ſingulæ ſingulo filamento prope baſin inſertæ.*

868. POTERIUM *. Pimpinella *Tournef.* 68.

*. *Masculi Flores* in spicam positi.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, coloratis, caducis.

COR. quadripartita. *Petala* ovata, concava, patentia, basi coalita, persistentia.

STAM. *Filamenta* plurima (triginta ad quinquaginta) capillaria, longissima, flaccida. *Antheræ* subrotundæ, didymæ.

*. *Feminei Flores* in eadem spica cum masculis, supra masculos.

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. monopetala, rotata. *Tubus* brevis, subrotundus, ore connivens. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* ovatis, planis, reflexis, persistentibus.

PIST. *Germina* duo, ovato-oblonga, intra tubum corollæ. *Styli* duo, capillares, colorati, flaccidi, longitudine corollæ. *Stigmata* penicilliformia, colorata.

PER. *Bacca* fit e tubo corollæ, indurato, incrassato, clauso.

SEM. duo.

OBS. *Species* 1. *Bacca carnosa, globosa, feminibus oblongis teretibus.*
Species 2. *Bacca exsucca angulata, feminibus octandris utrinque acuminatis.*
Species 2. *pistilla duo debilia flori masculo inserit.*

869. SAGITTARIA *. Sagitta *Dill.* Gen. 4. *Vaill.* A. G. 1719.

*. *Masculi Flores* plures.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, persistentibus.

COR. *Petala* tria, subrotunda, obtusa, plana, patentia, calyce triplo majora.

STAM. *Filamenta* plurima (viginti quatuor sæpe) subulata, in capitulum congesta. *Antheræ* erectæ, longitudine calycis.

*. *Feminei Flores* pauciores, infra masculos.

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. *Petala* tria, ut in mare.

PIST. *Germina* numerosa, compressa, in capitulum congesta, extrorsum gibba, desinentia in *Stylos* brevissimos. *Stigmatibus* acutis, persistentibus.

PER. nullum. *Receptaculum* globosum semina in globum colligit.

SEM. numerosa, oblonga, compressa, cincta longitudinaliter *margine* membranaceo, lato, hinc gibbo, utrinque acuminato.

870. MY-

870. MYRIOPHYLLUM *. *Pont.* anth. *Vaill.* A. G. 1719. t. 2. f. 3. Pentapterophyllum *Dill.* gen. 7. 1 290

*. *Mascuſi Flores.*
CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* oblongis, erectis: horum *extimum* majus, *intimum* minus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* octo, capillaria, calyce longiora, flaccida. *Antheræ* oblongæ.

*. *Feminei Flores* infra maſculos in eadem planta.
CAL. *Perianthium* ut in mare.
COR. nulla.
PIST. *Germina* quatuor, oblonga. *Styli* nulli. *Stigmata* pubeſcentia.
PER. nullum.
SEM. quatuor, oblonga.

871. CERATOPHYLLUM *. Hydroceratophyllon *Vaill.* A. G. 1719. t. 2. f. 2. Dichotophyllum *Dill.* gen. 3. 1 290

*. *Maſculi Flores.*
CAL. *Perianthium* multipartitum: *laciniis* ſubulatis, æqualibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* duplo plura quam ſegmenta calycis (ſedecim ad viginti), vix conſpicua. *Antheræ* oblongæ, erectæ, calyce longiores.

*. *Feminei* in eadem planta cum maſculis.
CAL. *Perianthium* multipartitum: *laciniis* ſubulatis, æqualibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, obliquum.
PER. nullum.
SEM. *Nux* ovata, unilocularis, acuminata.
OBS. *Vaillantius in altera ſpecie ſemen tribus ſpinis inſtruit, quarum unica ex apice recta, duæ ad baſin retro vergunt.*

872. QUERCUS *. *Malp.* 222. *Tournef.* 394. Ilex *Tournef.* 350. Suber *Tournef.*

*. *Mascuſi Flores* in Amentum laxum digeſti.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum vel quadrifidum: *lacinulis* acutis, ſæpe bifidis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* plura (5. 8. 10.) breviſſima. *Antheræ* magnæ, didymæ.

*. *Feminei* in gemma ſeſſiles, in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, hemiſphæricum, ſcabrum, integerrimum, in flore vix manifeſtum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, minimum. *Styli* duo vel quinque, ſetacei, calyce longiores. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

PER. nullum.

SEM. *Nux* ovalis, cruſtâ coriacea univalvi, baſi deraſa, affixa brevi calyci, teres, glabra.

OBS. Quercus *T. folia ſinuoſa habet.*
Ilex *T folia dentato-ſerrata.*
Suber *T cortice fungoſo lævi gaudet.*

873. JUGLANS *. Nux *Tournef.* 346. *Boerh.* II. p. 175.

*. *Mascuſi Flores* in Amentum oblongum digeſti.

CAL. *Amentum commune* undique imbricato-ſparſum, cylindraceum; conſtans *Squamis* unifloris, ſingulis ſingulæ corollæ affixis in centro exteriore, extrorſum verſis.

COR. ſexpartita, elliptica, æqualis, plana: *laciniis* erecto-concavis, ſingulâ affixa pedicello, centro corollæ interiori & rachi inſerto.

STAM. *Filamenta* plura (octodecim) breviſſima. *Antheræ* erectæ, acuminatæ, longitudine calycis.

*. *Feminei Flores* obſque Amento, altero vel tertio ſociati, ſeſſiles in eadem planta.

CAL. *Perianthium* quadrifidum, erectum, breviſſimum, germen coronans, evaneſcens.

COR. quadripartita, acuta, erecta, calyce paulo major.

PIST. *Germen* ovale, magnùm, ſub receptaculo floris. *Styli* duo, breviſſimi. *Stigmata* maxima, clavata, reflexa, ſuperne lacerata.

PER. *Bacca* ſicca, ovalis, magna, unilocularis.

SEM. *Nux* maxima, ſubrotunda, ſulcis reticulata, ſemiquadrilocularis. *Nucleo* quadrilobo, varie ſulcato.

874. FA-

874. FAGUS *. *Tournef.* 351. Castanea *Tournef.* 352. *Malp.* 227. 228. 245. 281.

*. *Masculi Flores* receptaculo amentaceo communi affixi.
CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquefidum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plura (duodecim circiter), longitudine calycis, setacea. *Antheræ* oblongæ.

*. *Feminei Flores* in gemma ejusdem plantæ sedentes.
CAL. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, erectum, acutum.
COR. nulla.
PIST. *Germen* a calyce tectum. *Styli* tres, subulati. *Stigmata* simplicia, reflexa.
PER. *Capsula* subrotunda (quæ calyx fuit), maxima, spinis mollibus obsita, unilocularis, quadrivalvis.
SEM. *Nuces* duæ, ovatæ, triquetræ, trivalves, acuminatæ.
OBS. Fagi *T. Flores masculi in globum digesti.*
Castaneæ *T. Flores masculi in cylindrum dispositi.*

875. CORYLUS *. *Tournef.* 347. *Malp.* 220. 221. 224.

*. *Masculi Flores* in Amentum longum digesti.
CAL. *Amentum commune* undique imbricatum, cylindraceum, constans
Squamis unifloris, basi angustioribus, apice latioribus, obtusioribus, inflexis, trifidis: *lacinula media* longitudine cum reliquis æquali, duplo vero latiore, reliquasque tegente.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plura (octo), brevissima, lateri interiori squamæ calycinæ adnexa. *Antheræ* ovato-oblongæ, calyce breviores, erectæ.

*. *Feminei Flores* remoti â masculis in eadem planta, sessiles, gemmâ inclusi.
CAL. *Perianthium* diphyllum, coriaceum, margine laceratum, erectum, longitudine fructus, sub florescentia præ parvitate vix manifestum.
COR. nulla.
PIST. *Germen* subrotundum, minimum. *Styli* duo, setacei, calyce multum longiores, colorati. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum.
SEM. *Nux* subovata, basi derasa, apice parum compressa, parum acuminata.

876. CARPINUS *. *Tournef.* 348. Oſtrya *Mich.* 104.

*. *Maſculi Flores* in Amentum cylindraceum digeſti.
CAL. *Amentum commune* undique laxe imbricatum; conſtans *Squamis* unifloris, ovatis, concavis, acutis, ciliatis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* (ſquamæ) plura, (viginti ſæpius) minima. *Antheræ* didymæ, compreſſæ, apice villoſæ.

*. *Feminei Flores* in Amentum oblongum digeſti in eadem planta.
CAL. *Amentum commune* laxe imbricatum; conſtans *Squamis* bifloris, lanceolatis, villoſis, apice reflexis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* (ſingulis) breve, oblique a latere externo aſſurgens cornu. *Styli* duo, capillares, cornu germinis tenuiores. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Amentum* maximum evadens, ad baſin ſingulæ ſquamulæ ſemen condens.
SEM. *Nux* ovata, anguloſa. . .
OBS. Carpinus *T. ſemen intra baſin ſquamæ calycinæ concavæ gerit.* Oſtrya *M. ſemen intra ſquamam calycinam inflatum.*

877. PLATANUS *. *Tournef.* 363.

*. *Maſculi Flores* compoſiti, in *Amentum* globoſum digeſti.
CAL. Lacinulæ nonnullæ minimæ.
COR. vix manifeſta.
STAM. *Filamenta* oblonga, ſuperne craſſiora, colorata. *Antheræ* tetragonæ, filamento circumnatæ a parte inferiore.

*. *Feminei Flores* in globum digeſti, numeroſi, in eadem arbore.
CAL. *Squamæ* plures minimæ.
COR. *Petala* plura, concava, oblonga, clavata.
PIST. *Germina* plura, ſubulata, deſinentia in *Stylos* ſubulatos, *Stigmate* recurvo.
PER. nulla. *Fructus* plures in globum congeſti.
SEM. ſubrotundum, ſtylo ſetaceo inſidens, ſtyloque ſubulato terminatum, *pappo* capillari baſi ſeminis adhærente.
OBS. *Partes florum examinent attentiori oculo lyncei.*

878. LI-

878. LIQUIDAMBAR. *Clayt.*

*. *Mascuſi Flores* numeroſi in Spicam compoſitam.
CAL. *Perianthium commune* tetraphyllum: *Foliolis* ovatis, concavis, caducis, alternis brevioribus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* numeroſa, breviſſima, in corpus hinc convexum inde planum. *Antheræ* erectæ, didymæ, quadriſulcatæ.

*. *Feminei Flores* ad baſin ſpicæ maſculæ, in globum congeſti.
CAL. ut in maſculis.
COR. nulla.
PIST. *Germina* plurima oblonga, in globum congeſta. *Styli* duo, ſubulati. *Stigmata* hinc adnata longitudine Styli, recurva.
PER. *Capſulæ* totidem oblongæ, uniloculares, apice bivalves, acutæ, in globum congeſtæ.
SEM. numeroſa, oblonga, nitida, acumine membranula aucto.

7. *MONADELPHIA.*

879. PINUS *. *Tournef.* 355.

*. *Maſculi Flores* in racemos diſpoſiti.
CAL. *Perianthium* tetraphyllum, caducum: *foliolis* oblongis, oppoſitis longioribus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plurima, connata inferne in *columnam* erectam, calyce longiorem, apice diviſam. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

*. *Feminei Flores* in globos diſpoſiti, in eadem planta.
CAL. *Conus communis* ſubovatus, inæqualis, conſtans *Squamis* biſloris, oblongis, apice latioribus, craſſioribus, obtuſis, gibbis, imbricatis, perſiſtentibus, rigidis.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
PER. nullum. *Conus* calycinus, antea clauſus, nunc connivens.
SEM. *Nux* aucta ſuperne ala membranacea, ſemine majore, ſquamâ coni minore, oblonga, hinc recta, inde gibba.
OBS. *Pinus polycotyledon eſt, contra ac aliæ plantæ.*

1 294

880. ABIES *. *Tournef.* 353. Larix *Tournef* 357.

*. *Mascuſi Flores* in Amentum racemoſum diſpoſiti.
CAL. vix ullus, præter ſquamas gemmæ.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* numeroſa, connata inferne in columnam, ſuperne undique diſtincta. *Antheræ* oblongæ, ſubtus canaliculatæ, ſummo ſquamâ membranacea auctæ, quæ ſurſum tendit, & reliquis incumbit.

*. *Feminei Flores* in eadem planta.
CAL. *Conus communis* ovato-oblongus, conſtans
Squamis unifloris, ovatis, undique ſquamatim imbricatis, perſiſtentibus, tenuibus, flexilibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum. *Stylus* brevis, ſubulatus. *Stigma* ſimplex.
PER. nullum. *Conus* calycinus, prius connivens, nunc dehiſcens.
SEM. *Nux* aucta ſuperne ala membranacea, ſemine majore, ſquama coni minore, hinc recta, inde dilatata.

1 294

881. CUPRESSUS *. *Tournef.* 358.

*. *Mascuſi Flores* in Amentum ovatum congeſti.
CAL. *Amentum commune* ovatum, ſparſis floribus compoſitum; conſtans
Squamis unifloris, ſubrotundis, antice acuminatis, peltatis, oppoſitis, circiter viginti.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla, quorum vices gerit ſquamula calycina, cui inferne adnaſcuntur *Antheræ* quatuor.

*. *Feminei Flores* in cono ſubrotundo congeſti in eadem planta.
CAL. *Conus communis* ſubrotundus, octo ad decem floſculis compoſitus, conſtans
Squamis unifloris, oppoſitis, ovatis, ſubtus convexis, dehiſcentibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* vix conſpicuum. Puncta numeroſa intra calycinam ſingulam ſquamam, truncata, apice concava. an Styli?
PER. nullum. *Conus* ſubgloboſus, clauſus, dehiſcens ſquamis orbiculatis, angulatis, peltatis, ſub quibus
SEM. *Nux* angulata, acuminata, parva.

882. THU-

882. THUYA *. *Tournef.* 358. 1 3 7 8

*. *Masculus flos.*

CAL. *Amentum* ovatum, constans rachi communi, cui flores duo oppositi, triplici oppositione apponuntur. *Singulus flos* pro basi agnoscit

Squamam subovatam, concavam, obtusam.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* (in singulo flosculo) quatuor, vix manifesta. *Antheræ* totidem, basi squamæ calycinæ adnatæ.

*. *Femineus Flos* in eadem planta.

CAL. *Conus* communis subovatus, *flosculis* oppositis compositus: constans *Squamis* bifloris, ovatis, convexis, longitudinaliter conniventibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minimum. *Stylus* subulatus. *Stigma* simplex.

PER. *Conus* ovato-oblongus, obtusus, longitudinaliter dehiscens squamis oblongis, fere æqualibus, extrorsum convexis, obtusis.

SEM. oblonga, longitudinaliter cincta ala membranacea emarginata.

OBS. *Cupresso maxime adfine videtur hoc Genus.*

8. *POLYADELPHIA.*

883. RICINUS *. *Tournef.* 307. 1 2 9 5

*. *Masculi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, concavis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* numerosissima, filiformia, inferne ramose coalita in varia corpora. *Antheræ* didymæ, subrotundæ.

*. *Feminei* in eadem planta cum masculis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tripartitum: *laciniis* ovatis, concavis; deciduum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, tectum corpusculis subulatis. *Styli* tres, bipartiti, erecto-patentes, hispidi. *Stigmata* simplicia.

PER. *Capsula* subrotunda, trisulca, undique aculeata, trilocularis, trivalvis.

SEM. solitaria, subovata.

9. *SYNGENESIA.*

884 TRICHOSANTHES *. Anguina *Mich.* 9.
295 vid. *Plum.* rar. 100. *HM.* VIII. 15-17.

*. *Mascuili Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, clavatum, longissimum, glabrum: *ore* quinquedentato, reflexo, parvo.

COR. quinquepartita, calyci adnata, plana, patens: *laciniis* ovato-lanceolatis, ciliatis: *crinibus* longissimis, ramosis.

STAM. *Filamenta* tria, brevissima, ad apicem calycis. *Anthera* est corpus cylindraceum, erectum, undique tectum linea sursum deorsumque repente farinifera.

PIST. *Styli* tres, minimi, tubo calycis adnati, vani.

*. *Feminei* in eadem planta cum masculis.

CAL. *Perianthium* ut in mare, germini insidens, deciduum.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* oblongum, tenue, sub receptaculo. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigmata* tria, oblonga, subulata, dehiscentia.

PER. *Pomum* longissimum, triloculare, *loculis* remotis.

SEM. plura, compressa, obtusa, tunicata.

885. MOMORDICA *. *Tournef.* 29. 30. Luffa
296 *Tournef.* A. G. 1709. *Dill.* gen. 11. elth. 165. Elaterium *Boerh.*

*. *Mascuili Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavum, quinquefidum: *laciniis* lanceolatis, patulis.

COR. quinquepartita, calyci adnata, patentior, magna, venosa, rugosa.

STAM. *Filamenta* tria, subulata, brevia. *Antheræ* in duobus filamentis bifidæ, lateribus utrinque auritæ, in tertio simplex, hinc tantum aurita, constans corpore compresso, & linea farinifera semel reflexa.

*. *Feminei Flores* in eadem planta cum masculis.

CAL. *Perianthium* ut in mare, germen coronans, deciduum.

COR. ut in mare.

STAM. nulla. *Filamenta* tria, brevissima, absque antheris.

PIST. *Germen* sub receptaculo floris, magnum. *Stylus* unicus, teres, trifidus, columnaris. *Stigmata* tria, gibba, oblonga, extrorsum spectantia.

PER. *Pomum* siccum, oblongum, vi elasticâ dissiliens, triloculare: *loculis* membranaceis, mollibus, distantibus.

SEM. plura, compressa. 886.

886. CUCUMIS *. *Tournef.* 31. Melo *Tournef.* 32. Colocynthis *Tournef.* Auguria *Tournef.*

*. *Mascuſi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, margine terminato *ſetis* quinque, ſubulatis.

COR quinquepartita, calyci adnata, campanulata, *laciniis* ovatis, venoſo-rugoſis.

STAM. *Filamenta* tria, breviſſima, calyci inſerta, conniventia, quorum *duo* apice biſida. *Antheræ* ſunt lineæ ſurſum & deorſum repentes, extrorſum adnatæ.

Receptaculum trigonum, truncatum, in centro floris.

*. *Feminei Flores* in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* ut in maſculis, deciduum.

COR. ut in maſculis.

STAM. nulla. *Filamenta* tria, acuminata, minima, ſine antheris.

PIST. *Germen* ſub receptaculo floris, magnum. *Stylus* cylindraceus, breviſſimus. *Stigmata* tria, craſſa, gibba, bipartita, extrorſum verſa.

PER. *Pomum* triloculare: *loculamentis* membranaceis, mollibus, ſeparatis.

SEM. numeroſa, ovato-acuta, compreſſa, gemino ordine poſita.

887. CUCURBITA *. *Tournef.* 36. Pepo *Tournef.* 33. Melopepo *Tournef.* 34.

*. *Mascuſi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, margine terminato *ſetis* quinque, ſubulatis.

COR. quinquefariam diviſa, calyci adnata, campanulata: *laciniis* venoſo-rugoſis.

Nectarium Glandula in centro floris, concava, triangularis.

STAM. *Filamenta* tria, conniventia, ſuperne connexa, inferne diſtincta, calyci adnata. *Antheræ* reptatrices ſurſum deorſumque, lineares.

*. *Feminei Flores.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, deciduum.

COR. ut in mare.

Nectarifera glandula concava, patens.

STAM. *Margo* cingens, in tres cuſpides breviſſimas deſinens.

PIST. *Germen* magnum, infra receptaculum floris. *Stylus* conicus, apice trifidus. *Stigma* unicum; margine craſſo, convexo; ſurſum deorſumque repens, trifidum.

PER. *Pomum* triloculare: *loculis* membranaceis, mollibus, diſtinctis.

SEM. plurima, compreſſa, tumida, obtuſa, gemino ordine poſita.

OBS. Cucurbita *T. feminibus emarginatis.*
Pepo *T. feminibus margine tumido cinctis.*

888. SICYOS *. Sicyoides *Tournef.* 28. Bryonioides *Dill.* elth. 51.

*. *Mascuſi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *denticulis* ſubulatis.

COR. quinquepartita, campanulata, calyci adnata: *laciniis* ovatis.

STAM. *Filamenta* tria, ſuperne coalita. *Antheræ* connatæ in capitulum.

*. *Feminei Flores* in eadem planta.

CAL. *Perianthium* ut in mare, germini inſidens, deciduum.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* ovatum, infra receptaculum floris. *Stylus* cylindraceus. *Stigma* craſſiuſculum, trifidum.

PER. *Bacca* ovata, ſpinis obſita, unilocularis.

SEM. unicum, ſubovatum.

889. BRY-

889. BRYONIA *. *Tournef.* 28.

*. *Mascuſi Flores.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *denticulis* ſubulatis.
COR. quinquepartita, campanulata, calyci adnata: *laciniis* ovatis.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* quinque, quarum *duæ* in ſingulo filamento connatæ, *unica* in tertio filamento.

*. *Feminei* in eadem planta cum maſculis.
CAL. *Perianthium* ut in maſculis, germini inſidens, deciduum.
COR. ut in maſculis.
PIST. *Germen* ſub receptaculo floris. *Stylus* trifidus, longitudine corollæ patentis. *Stigmata* emarginata, patula.
PER. *Bacca* ovalis, lævis.
SEM. nonnulla, cortici adnata, fere ovata.

890. FEVILLEA. Nhandiroba *Plum.* 27.

*. *Maſculus Flos.*
CAL. *Perianthium* campanulatum, monophyllum, ſemiquinquefidum, inferne rotundatum, ſuperne patens.
COR. monopetala, rotata. *Limbo* ſemiquinquefido: *laciniis* convexis, rotundatis; umbilico clauſo *ſtellula* duplici, motum ſolis reſpiciente, radiisque alternis longioribus. . . . .
STAM. *Filamenta* tria.

*. *Femineus Flos* in eadem planta.
CAL. *Perianthium* ut in maſculo flore.
COR. ut in maſculo flore: umbilici *ſtella* ex quinque lamellis cordatis conſtructa.
PIST. . . . . .
PER. *Bacca* maxima, carnoſa, cortice duro, ovata, obtuſa, cincta calyce.
SEM. compreſſa, orbicularia.

Classis XXII.

DIOECIA.

Dioeciæ *Character* consistit in Floribus Masculis & Femineis in distincta planta positis.

Plantæ omnes hujus classis sunt vel mares vel feminæ.

Ergo in omni specie hujus classis mas est & femina.

Hic sexus differentia individualis omnino ut in animalibus.

Mares itaque enascuntur e seminibus feminarum in hac classe.

Feminæ itaque absente mare speciem suam per semina propagare nequeunt, ut de exoticis in hortis manifesta exempla.

Si plantæ in eadem specie altera mas vel femina, altera vero hermaphrodita, ad sequentem classem spectant.

Sunt quidem plures species mares & feminæ, licet hic locum habere nequeant, cum non omnes ejusdem generis sexu distinctæ sint. E. gr. *Morus*, *Urtica*, *Croton*, *Rumex*, *Silene*, *Carex*, *Rhus*, *Laurus*, *Valeriana*, *Rhamnus*, *Cucubalus*.

Nullam dari sexu distinctam speciem, (quantum etiamnum notum sit) inter Asperifolias Raj., Stellatas Raj., Umbellatas, Didynamas, Tetradynamas, Monadelphas puras, Diadelphas aut Syngenesiæ naturalis Classem, curiosum est videre. Ratio cur, patet inspicienti.

I. DIANDRIA.

891. VALLISNERIA. *Mich.* 10. Vallisneroides *Mich.* 10.

*. *Mas.*

CAL. *Spatha communis* bipartita: *laciniis* oblongis, bifidis, reflexis.

Spadix communis undique floribus in spicam digestis tectus.

COR. monopetala, tripartita. *Tubus* nullus: *laciniæ* verticaliter ovatæ, patentissimæ, ac reflexæ.

STAM. *Filamenta* duo, erecta, longitudine corollæ. *Antheræ* simplices.

*. *Femina.*

CAL. *Spatha* uniflora, cylindracea, longa: *ore* bifido, erecto.

Perianthium tripartitum, patens, germen coronans: *laciniis* ovatis.

COR. tripartita: *laciniis* ovatis, convexis, calyci impositis, emarginatis, vix calyce majoribus.

Nectarium Cuspis patens, singulæ laciniæ petali imposita.

PIST. *Germen* spatham replens; sub calyce, longum. *Styli* tres, reflexi. *Stigmata* pubescentia.

PER. *Capsula* cylindracea, longa, unicapsularis, unilocularis.

SEM. numerosa, ovata, lateri capsulæ affixa.

OBS. Mas (Vallisneroides M.) *scapo brevissimo, sub aqua, spicam floralem aperit: mox sejunguntur flosculi a planta, natant, aperiuntur, vagantur per aquæ superficiem florentes a planta remoti.*

Femina (Vallisneria M.) *scapo spiraliter contorto brevi sub aqua condit fructificationem: relaxata spira aquæ superficiem petiit flos florens.*

892. SA-

892. SALIX *. *Tournef.* 364.

*. *Mas.*

CAL. *Amentum commune* oblongum, undique imbricatum (involucro e gemmâ instructum): constans
Squamis unifloris, oblongis, planis, patentibus.

COR. *Petala* nulla.
Nectarium Glandula cylindracea, minima, truncata, mellifera, in centro floris.

STAM *Filamenta* duo, recta, filiformia, calyce longiora. *Antheræ* didymæ, quadriloculares.

*. *Femina.*

CAL. *Amentum* ut in mare.
Squamæ ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovato-attenuatum in *Stylum* vix distinctum, squamis calycinis paulo longiorem. *Stigmata* duo, bifida, erecta.

PER *Capsula* ovato-subulata, unilocularis, bivalvis: *valvulis* revolutis.

SEM numerosa, ovata, minima, coronata *Pappo* simplici, hirsuto.

OBS. *Species datur cujus mas staminibus quatuor, quinqueve, inæqualis longitudinis, instruitur.*
Salices individue mutare sexum, alteroque anno masculos, alteroque femineos flores producere, figmentum est.

2. TRIANDRIA.

893. OSYRIS *. Casia *Tournef.* 488.

*. *Mas.*

CAL *Perianthium* monophyllum, trifidum, concavum: *laciniis* æqualibus, ovato-acutis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, brevissima. *Antheræ* simplices.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, germini insidens, persistens, minimum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* subrotundum.

PER. *Bacca* globosa, unilocularis, umbilicata triangulo.

SEM. *Osiculum* globosum.

TE-

3. TETRANDRIA.

894. HIPPOPHAE *. Rhamnoides *Tournef.* 481.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, bipartitum, fundo integro: *laciniis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, erectis, apicibus conniventibus; lateribus dehiſcentibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quatuor, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, angulatæ, longitudine calycis.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ovato-oblongum, tubulatum, clavatum, ore bifido, deciduum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ſubrotundum, parvum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* craſſiuſculum, oblongum, erectum, calyce duplo longius.

PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.

SEM. unicum, ſubrotundum.

895. VISCUM *. *Tournef.* 380.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, æqualibus.

COR. nulla.

STAM. quatuor. *Filamenta* nulla. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, ſingulæ ſingulo foliolo calycino adnatæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *Foliolis* ovatis, parvis, ſeſſilibus, deciduis, germini inſidentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongum, tetragonum, margine obſolete quadrifido coronatum, ſub receptaculo floris. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, vix emarginatum.

PER. *Bacca* globoſa, unilocularis, lævis.

SEM. unicum, obverſe cordatum, compreſſum, obtuſum, carnoſum.

1 896. MYRICA *. Gale *Tournef.* A. G. 1706. t. 3. *Dill.* gen. 10.
302

*. *Mas.*

CAL. *Amentum* ovato-oblongum, undique imbricatum, laxum, constans *Squamis* unifloris, lunulatis, obtuse acuminatis, concavis. *Perianthium proprium* nullum.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quatuor (raro sex), filiformia, brevia, erecta. *Antheræ* magnæ, didymæ, lobis bifidis.

*. *Femina.*

CAL. ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* subovatum. *Styli* duo, filiformes, calyce longiores. *Stigmata* simplicia.

PER. *Bacca* unilocularis.

SEM. unicum.

OBS. *Est huic Generi cum Pistacia summa affinitas.*

Gale *T.* Stamina *quatuor.* Bacca *sicca seu crusta coriacea, apice compressa, triloba.*

Ambulon *J. B.* Stamina *sæpius sex.* Fructus *Bacca succulenta globosa.*

4. *PENTANDRIA.*

1 897. PISONIA. *Plum.* 11. *Houst.* gen. Pentagonotheca *Vaill. A. G.*
42

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, minimum.

COR. infundibuliformis. *Tubus* brevis. *Limbus* sensim ampliatus, semiquinquefidus, acutus, patulus.

STAM. *Filamenta* quinque, subulata, corolla longiora. *Antheræ* simplices.

*. *Femina.*

CAL. ut in mare germini insidens.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* sub receptaculo floris. *Stylus* simplex, cylindraceus, corolla longior, erectus. *Stigmata* quinque oblonga, patentia.

PER. *Capsula* ovalis, quinquangularis, unilocularis, quinquevalvis.

SEM. unicum, glabrum, ovato-oblongum.

OBS. Houstonus *numeris partium unitatem addit.*

898. PISTACIA *. Terebinthus *Tournef.* 345.

*. *Mas.*
CAL. *Amentum* laxum, ſparſum, conſtans *ſquamulis* parvis, unifloris.
Perianthium proprium, quinquefidum, minimum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, minima. *Antheræ* ovatæ, quadragonæ, erectæ, patulæ, magnæ.

*. *Femina.*
CAL. *Amentum* nullum. *Perianthium* trifidum, minimum.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum, calyce majus. *Styli* tres, reflexi. *Stigmata* craſſiuſcula, hiſpida.
PER. *Drupa* ſicca, ovata.
SEM. *Nux* ovata, glabra.
OBS. Terebinthus *T. gaudet foliis pinnatis cum impari.*
Lentiſcus *T. gaudet foliis pinnatis abſque impari.*

899. CERATONIA *. Siliqua *Tournef.* 344.

*. *Mas.*
CAL. *Perianthium* quinquepartitum, maximum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longiſſima, patentia. *Antheræ* magnæ, didymæ.

*. *Femina.* Dill.
CAL. *Perianthium* monophyllum, tuberculis quinque diviſum.
COR. nulla.
PIST. *Germen* intra receptaculum carnoſum deliteſcens. *Stylus* tandem longus, filiformis. *Stigma* capitatum.
PER. *Legumen* maximum, obtuſum, compreſſum, diſſepimentis plurimis transverſis iſtmis pulpa repletis.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, dura, nitida.

1 900. SPINACIA *. *Tournef.* 308.
303

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* concavis, oblongis, obtusis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, didymæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, acutum: *laciniis* duabus oppositis minimis, persistens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* rotundo-compressum. *Styli* quatuor, capillares. *Stigmata* simplicia.

PER. nullum. *Calyx* coalescit, induratur.

SEM. unicum, subrotundum, tectum.

OBS. *Fructus nunc rotundus, nunc bicornis, nunc quadricornis est.*

1 901. CANNABIS *. *Tournef.* 308.
304

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* oblongis, acuminato-obtusis, concavis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Antheræ* oblongæ, quadragonæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, oblongum, acuminatum, latere altero longitudinaliter dehiscens, persistens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minimum. *Styli* duo, subulati, longi. *Stigmata* acuta.

PER. minimum. *Calyx* arcte clausus.

SEM. *Nux* globoso-depressa, bivalvis.

OBS. Cannabina *T.* 488. *e facie omnino hujus generis videtur, licet stamina in ea decem sint. Si vero fructus, ut Tournefortius depinxerit, sit capsula multis seminibus referta, eget fructus examine attento.*

902. HU-

902. HUMULUS *. Lupulus *Tournef.* 309.

*. *Mas.*
CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, obtusis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, brevissima. *Antheræ* oblongæ.

*. *Femina.*
CAL. *Involucrum universale* quadrifidum, acutum: *partiale* tetraphyllum, ovatum, octiflorum, cujus singuli floris *Perianthium* monophyllum, ovatum, maximum, extrorsum hinc planum, basi connivens.
COR. nulla.
PIST. *Germen* minimum. *Styli* duo, subulati, reflexo-patuli. *Stigmata* acuta.
PER. nullum. *Calyx* basi semen includens.
SEM. subrotundum, tunica obtectum.

903. ZANONIA †. *vide H. M.* VIII: 47. 48. 49.

*. *Mas.*
CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, patulis, corollâ brevioribus.
COR. monopetala, quinquepartita, patens: *laciniis* acuminatis, inflexis, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, patentia, longitudine calycis. *Antheræ* simplices.

*. *Femina* in distincta planta.
CAL. *Perianthium* ut in mare, germini insidens.
COR. ut in mare.
PIST. *Germen* oblongum, sub receptaculo. *Styli* tres, patentes, conici, reflexi, persistentes. *Stigmata* bifida, crispa.
PER. *Bacca* longa, maxima, truncata, basi attenuata, sutura crispa versus apicem cincta, trilocularis.
SEM. bina, oblongo-rotunda, plana, in centro squamæ lanceolatæ.

5. HEXANDRIA.

904. SMILAX *. *Tournef.* 421.

1 305

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* hexaphyllum, campanulato-patens: *foliolis* oblongis, basi approximatis, apice reflexis, patulis.

COR. nulla: nisi Calycem sumas.

STAM. *Filamenta* sex, simplicia. *Antheræ* oblongæ.

*. *Femina.*

CAL. ut in mare, deciduus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* tres, minimi. *Stigmata* oblonga, reflexa, pubescentia.

PER. *Bacca* globosa, trilocularis.

SEM. bina, globosa.

905. TAMUS *. Tamnus *Tournef.* 28.

1 305

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* sexpartitum: *foliolis* ovato-lanceolatis, superne patentioribus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* sex, simplicia, calyce breviora. *Antheræ* erectæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, sexpartitum, campanulatum, patens: *laciniis* lanceolatis: germini insidens, deciduum.

COR. *Petala* nulla.

Nectaria: Punctum oblongum, singulæ laciniæ calycinæ ad basin interne adnatum.

PIST. *Germen* ovato-oblongum, magnum, glabrum, infra calycem.

Stylus cylindraceus, longitudine calycis. *Stigmata* tria, reflexa, emarginata, acuta.

PER. *Bacca* ovata, trilocularis.

SEM. bina, globosa.

906. RA-

906. RAJANIA †. Jan. Raja *Plum.* 29. Bryoniæ ſpecies *Plum.* rar. 98.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* ſexpartitum, campanulatum: *foliolis* oblongis, acuminatis, ſuperne patentioribus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* ſex, ſetacea, calyce breviora. *Antheræ* ſimplices.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſexpartitum, campanulatum; germini inſidens, perſiſtens, marceſcens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* compreſſum, latere altero margine prominente auctum. *Styli* tres, longitudine calycis. *Stigmata* obtuſa.

PER. *Fructus* ſubrotundus, auctus *ala* maxima, obtuſa, ab uno latere affixa, at inflexa ut totum fructum fere ambiat.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

907. DIOSCOREA †. *Plum.* gen. 26.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſexpartitum; *laciniis* lanceolatis, ſuperne patentibus.

COR. nulla: niſi Calycem velis.

STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* ſimplices.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minimum, trigonum. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* magna, triangularis, trilocularis, trivalvis.

SEM. bina, compreſſa, margine membranaceo magno cincta.

OBS. *Calycem quem Plumier depinxit, reperire nequeo in plantis ſiccis; at flores maſculos & femineos in diverſa planta remotos noto.*

908. GLEDITSIA *authore Claytono.* Cæſalpinoides *H. Cliff.* 489.

*. *Mas.* Amentum longum compactum pendulum.
CAL. *Perianthium proprium* quadrifidum, erecto-patens; laciniis concavis.
COR. *Petala* quatuor, ovato-linearia, concava.
STAM. *Filamenta* ſex, filiformia, corolla longiora. *Antheræ* incumbentes.

*. *Femina.* Amentum laxum, pendulum ut in mare.
CAL. *Perianthium proprium* ut in mare.
COR. *Petala* quatuor (ut in mare) ſed majora.
Nectaria duo, brevia, inſtar filamentorum.
PIST. *Germen* latum, compreſſum, corolla longius. *Stylus* longus. *Stigma* incumbens, recurvum, magnum.
PER. *Legumen* maximum, latum, compreſſiſſimum, diſſepimentis plurimis, tranſverſis: iſtmis pulpa repletis.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, dura, nitida.
OBS. *Dantur flores ſæpe pauci feminei in amentis maſculorum.* Hinc *Ceratoniæ affinis.*

6. *OCTANDRIA.*

909. POPULUS *. *Tournef.* 365.

*. *Mas.*
CAL. *Amentum commune* oblongum, laxe imbricatum, cylindraceum, conſtans
Squamis unifloris, oblongis, planis, margine laceris.
COR. *Petala* nulla.
Nectarium monophyllum, inferne turbinatum, tubulatum, ſuperne oblique in ovatum limbum terminatum.
STAM. *Filamenta* octo, omnium breviſſima. *Antheræ* tetragonæ, magnæ.
*. *Femina.*
CAL. *Amentum* ut in mare.
Squamæ ut in mare.
COR. *Petala* nulla.
Nectaria ut in mare.
PIST. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* vix manifeſtus. *Stigma* quadrifidum.
PER. *Capſula* ovata, bilocularis, bivalvis: *valvulis* reflexis.
SEM. numeroſa, ovata, pappo capillari volatilia.

7. EN-

7. *ENNEANDRIA.*

910. MERCURIALIS *. *Tournef.* 308. Ricinocarpos *Boerh.*

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovato-lanceolatis, concavis, patentibus.

COR. nulla: nisi Calycem velis.

STAM. *Filamenta* novem vel duodecim, capillaria, recta, longitudine calycis. *Antheræ* globosæ, didymæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. nulla.

Nectaria: Acumina duo, subulata, ad singulum latus germinis singula, sulco germinis impressa.

PIST. *Germen* subrotundum, compressum, latere utrinque sulco exaratum, hispidum. *Styli* duo, reflexi, cornuti, hispidi. *Stigmata* acuta, reflexa.

PER. *Capsula* subrotunda, scrotiformis, didyma, bilocularis.

SEM. solitaria, subrotunda.

OBS. Ricinocarpos Boerh. *in eadem planta flores masculos & femineos simul gerit.*

911. HYDROCHARIS *. Stratiotes *Dill.* gen. 9. Morſus Ranæ *Tournef.* A. G. 1705. t. 4. Microleuconymphæa *Boerh. h. p.* 232.

*. *Mas.*

CAL. *Spatha* triflora, diphylla, oblonga.

Perianthium proprium, triphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, margine membranaceis.

COR. *Petala* tria, ſubrotunda, plana, magna.

STAM. *Filamenta* novem, ſubulata, erecta, in tres ordines diſpoſita, quorum intermedius ordo ſtipitem ſubulatum e baſi ſua interiore, ſtyli ad inſtar, exſerit, & in centro collocat. Duo reliqui ordines baſi connectuntur, ut internum & externum cohæreat filamentum. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germinis* rudimentum in centro.

*. *Femina.*

CAL. *Spatha* nulla, flores ſolitarii.

Perianthium ut in mare.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* ſubrotundum, ſub receptaculo floris. *Styli* ſex, longitudine calycis, compreſſi, bifido-canaliculati. *Stigmata* bifida, acuminata.

PER. *Capſula* coriacea, ſubrotunda, ſexlocularis.

SEM. numeroſa, minima, ſubrotunda.

8. *DECANDRIA.*

912. NYSSA †. *Gronovii.* Virgin. 121.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, patens.

COR. quinquepartita, magnitudine & figura calycis.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, corolla longiora. *Antheræ* didymæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, germini inſidens.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* ovatum, ſub receptaculo. *Stylus* ſimplex, filiformis, corolla longior. *Stigma* oblongum, compreſſum, incurvum.

PER. *Drupa* ovata, unilocularis.

SEM. *Nux* ovalis, acuta, ſulcis longitudinalibus exarata, angulata, irregularis.

913. CA-

913. CARICA *. Papaya *Tournef.* 441. vide *HM.* I: 15.

*. *Mas.*

CAL. vix manifestus.

COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* tenuis, longissimus, inferne sensim angustior. *Limbus* quinquepartitus: *laciniis* lanceolato-linearibus, obtusis, revolutis oblique in spiram.

STAM. *Filamenta* decem, in summo tubo corollæ, quorum *quinque* alterna inferiora. *Antheræ* oblongæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, persistens.

COR. pentapetala: *Petala* lanceolato-linearia, utrinque obtusa, longissima, infra medium erecta, supra medietatem extrorsum deorsumque retro-flexa.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* quinque, oblonga, plano-patentia, extrorsum latiora, apice truncata, crenata.

PER. *Bacca* maxima, sulcis quinque angulata, unilocularis.

SEM. numerosa, ovata, sulcis exarata, tunicata.

914. KIGGELARIA *. Lauri species *Sterb.* citr. 12.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, concavum: *laciniis* lanceolatis, concavis.

COR. *Petala* quinque, lanceolata, concava, calyce paulo longiora, cumque eo figuram urceolatam formantia.

Nectarium: Glandulæ obtuse trilobæ, *lobo* medio majore, depressæ, coloratæ, ungui singuli petali adnatæ singulæ.

STAM. *Filamenta* decem, minima. *Antheræ* oblongæ, calyce breviores, apicibus dehiscentes duobus foraminibus.

*. *Femina.*

CAL. ut in mare.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* quinque, simplices. *Stigmata* obtusa.

PER. *Capsula* coriacea, globosa, scabra, unilocularis, quinquevalvis.

SEM. plurima, subrotunda, inde angulata, tunicâ propria vestita.

9. *ICOSANDRIA.*

915. ARUNCUS*. Barba Capræ *Tournef.* 141.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, baſi planiuſculum: *laciniis* erectiuſculis, coloratum.

COR. *Petala* quinque, ovata, vix calyce majora, calyci inſerta.

STAM. *Filamenta* viginti (circiter), capillaria, erecta, corollâ duplo longiora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germinum* trium rudimenta.

*. *Femina.*

CAL. ut in mare.

COR. ut in mare.

PIST. *Germina* tria, ovata, deſinentia ſenſim in *Stylum* brevem, *Stigmatibus* ſimplicibus.

PER. nulla, niſi Cruſtæ ſeminum.

SEM. tria, acuminata, Cruſtâ tecta.

OBS. *Hinc in quantum a Filipendula differat, patet.*

10. *POLYANDRIA.*

916. CLIFFORTIA *. Arbuſculæ ſp. *Dill.* elth. 31. f. 5.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, concavis, patentibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* triginta (circiter) capillaria, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, oblongæ, obtuſæ, erectæ, compreſſæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* triphyllum, æquale, erectum, germini inſidens, perſiſtens: *foliolis* acutis, lanceolatis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongum, ſub receptaculo. *Styli* duo, filiformes, longi, plumoſi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* oblonga, teretiuſcula, bilocularis, coronata calyce.

SEM. ſolitaria, teretiuſcula, linearia.

OBS. *Ergo a Mercuriali diverſiſſima, uti vel e ſolo calyce fructui inſidente conſtat.*

11. *MO-*

II. *MONADELPHIA.*

917. JUNIPERUS *. *Tournef.* 361. Sabina *Boerh.* 2. *p.* 207. Cedrus *Tournef.* 361.

*. *Mas.*

CAL. *Amentum* conicum, conſtans rachi communi, cui tres flores oppoſiti, triplici oppoſitione apponuntur, terminante decimo amentum: ſingulus flos pro baſi agnoſcit *Squamam* latam, brevem, incumbentem pedicello columnæ affixo.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* (*in floſculo terminatrice*) tria, ſubulata, inferne coalita in unum corpus, (*in floſculis lateralibus* vix manifeſta). *Antheræ* tres, diſtinctæ *in floſculo terminatrice*, at ſquamæ calycinæ in *lateralibus* adnatæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* tripartitum, minimum, germini adnatum, perſiſtens.

COR. *Petala* tria, perſiſtentia, rigida, acuta.

PIST. *Germen* calyce & corolla connatum. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Bacca* carnoſa, ſubrotunda, inferna parte tribus oppoſitis tuberculis (e calyce concreto) iisque obſoletis notata, apice tribus denticulis (antea petalis) umbilicata.

SEM. *Officula* tria, hinc convexa, inde angulata, oblonga.

918. TAXUS *. *Tournef.* 362.

*. *Mas.*

CAL. nullus; niſi *Gemma* ſimilis Perianthio tetraphyllo.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* numeroſa, coalita inferne in columnam, gemma longiorem. *Antheræ* ſingulæ depreſſæ, margine obtuſæ, octofidæ, baſi undique dehiſcentes (& dejecta genitura) plana, peltata, margine octofido notabiles.

*. *Femina.*

CAL. ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.

PER. *Bacca* è receptaculo elongato in globum ſuperne & inferne tunica propria tectum, ſucci plenum, apice dehiſcens, coloratum, tandem exſiccatione contabeſcens, evaneſcens.

SEM. unicum, ovato-oblongum, apice extra baccam prominens.

OBS. *Bacca iſta ſtricte loquendo pericarpium dici non debet.*

Notabilis eſt hæcce ſpecies baccæ, & in toto regno vegetabili, qua noto, ſine pari.

919. EPHEDRA *. *Tournef.* 477.

*. *Mas.*

CAL. *Amentum* compoſitum *ſquamis* unifloris, paucis, ſubrotundis, concavis, longitudine perianthii.

Perianthium proprium monophyllum, ſemibifidum, ſubrotundum, inflatum, parum compreſſum, *laciniis* obtuſis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* ſeptem, coalita in columnam ſubulatam, apice diviſam, longiorem calyce. *Antheræ* ſubrotundæ, extrorſum verſæ, quarum *quatuor* inferiores, reliquæ *tres* ſuperiores.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* quintuplex, alterum alteri impoſitum, alternatis laciniis, in figuram ovatam: *ſingulum* monophyllum, ſubovatum, bipartitum; *exteriora* minora.

COR. nulla.

PIST. *Germina* duo, ovata, magnitudine ultimi perianthii, cui impoſita. *Styli* ſimplices, filiformes, breves. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Squamæ calycinæ* omnes incraſſatæ, ſucculentæ, baccam diviſam conſtituentes.

SEM. duo, ovato-acuta, hinc convexa, inde plana, a calyce undique tegente compreſſa.

12. *SYNGENESIA.*

920. RUSCUS *. *Tournef.* 15. *Dill.* elth. 250. 151.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* hexaphyllum, erecto-patens: *foliolis* ovatis, convexis, margine laterali reflexis.

COR. *Petala* nulla, nisi folia alterna calycina dicas.

Nectarium ovatum, magnitudine calycis, inflatum, erectum, ore dehiscens.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* tres, patentes, apici ipsius nectarii insidentes, basi coalitæ.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. *Petala* ut in mare.

Nectarium ut in mare.

PIST. *Germen* oblongo-ovatum, intra nectarium absconditum. *Stylus* cylindraceus, longitudine nectarii. *Stigma* obtusum, per os nectarii prominens.

PER. *Bacca* globosa, trilocularis.

SEM. bina, globosa.

OBS. *Species datur floribus hermaphroditis, ubi calyx modo ore sexfidus globosus est.*

Raro in his & affinibus (Smilace, Rajania, Tamo &c.) semina omnia ad maturitatem perveniunt: communiter unicum accrescens suffocat fratres.

13. GYNANDRIA.

921. CLUTIA *. *Boerh.* vide *H. A.* I: 91. & II: 3.

1
274

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, magnitudine corollæ: *foliolis* ovatis, obtusis, concavis, patentibus.

COR. *Petala* quinque, patentissima, cordata: unguibus planis, calyce brevioribus.

Nectaria exteriora quinque, tripartita, oblonga, patentia, longitudine unguium petalorum, intra petala in orbem posita.

Nectaria interiora quinque, intra nectaria prædicta, glandulæ figura, parva, apice mellifera.

STAM. *Filamenta* quinque, in medio Styli posita, a corolla remota, horizontaliter patentia. *Antheræ* subrotundæ, versatiles.

PIST. *Germen* nullum. *Stylus* cylindraceus, truncatus, longissimus, in medio staminifer.

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, persistens.

COR. *Petala* ut in mare, persistenia.

Nectaria exteriora quinque, didyma, subrotunda, magnitudine & situ ut in mare.

Nectaria interiora nulla.

PIST. *Germen* subrotundum. *Styli* tres, bifidi, reflexi, longitudine corollæ. *Stigmata* obtusa.

PER. *Capsula* globosa, sexsulca, scabra, trilocularis.

SEM. solitaria, subrotunda, nitida, apice appendiculata.

Classis XXIII.

POLYGAMIA.

POLYGAMIA est, cum præter Florem Hermaphroditum alius Flos in eadem specie diversus prognascitur.

Obs. *Necesse itaque est, ut semper adsit Flos Hermaphroditus: alter enim qui Polygamiam accelerat, vel Mas vel Femina esse potest.*

Hermaphroditus flos ab altero sexu communiter deficit, proin masculus vel femineus flos additur.

Modi Polygamiæ *sequentes possibiles sunt.*

1. *in* Monoecia *per* Hermaphroditos. *ut Musa.*
   in monoecia *per* Mares. *Veratrum, Valantia.*
   in monoecia *per* Feminas. *Parietaria, Atriplex.*
2. *in* Dioecia *per* Hermaphroditos.
   in dioecia *per* Mares. *Riphes. Fraxinus.*
   in dioecia species. *per* Feminas. *Rhodiola,* Gnaphalii
3. *in* Trioecia *per* Mares & Feminas. *Empetrum.*

Cum nulla Trioecia seu Polyoecia dari potest ubi non sit Polygamia, nec operæ pretium foret distinctam inde constituere familiam, nec justum.

I. MONOECIA.

922. MUSA *. *Muſ. Cliff.* 2. *Plum.* 34. *Garc.* A. A. 415. t. 2. Bibai *Plum.* 3.

*. *Hermaphroditi Feminei flores* plures verſus baſin *Spadicis* ſimplices, *Spathis* alternis diſtincti.

CAL. *Spatha* partialis, ovato-oblonga, plano-concava, caduca, magna, multiflora.

COR. inæqualis, ringens: petalo conſtituente labium ſuperius, nectario verò labium inferius.

Petalum erectum, ligulatum, truncatum, quinquedentatum, baſi antice connivens.

Nectarium monophyllum, cordatum, naviculare, compreſſum, acuminatum, extrorſum patens, petalo brevius, intra ſinum petali inſertum.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, quorum *quinque* intra petalum, erecta, petalo dimidio breviora: *ſextum* vero intra nectarium, patens, reliquis duplo longius. *Anthera* in filamento *ſexto* linearis a medio ad apicem filamenti, ipſi adnata; *reliquis* nullæ ſunt Antheræ.

PIST. *Germen* infra receptaculum floris, omnium maximum, obtuſe triquetrum, longiſſimum. *Stylus* cylindraceus, erectus, longitudine petali. *Stigma* capitatum, ſubrotundum, obſolete ſexfidum.

PER. *Bacca* carnoſa, corio tecta, longiſſima, obſolete triquetra, pulpâ trifariam, abſque diſſepimentis, diviſa, ad utrumque apicem contracta, hinc gibba.

SEM. . . . . .

*. *Hermaphroditi Maſculi flores* in eodem *Spadice*, ſupra femineos flores, *Spathis* alternis plurimis multifloris diſtincti.

CAL. *Spatha* ut in femineo.

COR. *Petalum* ut in femineo.

Nectarium ut in femineo.

STAM. *Filamenta* ut in femineo, at omnia æqualia, erecta.

Antheræ ut in femineo, at ſolum in *quinque* iſtis intra petalum poſitis filamentis; in *ſexto* rarius ulla fertilis.

PIST. *Germen* ut in femineo, at minus. *Stylus* & *Stigma* ut in femineo, at minora, obſoletiora.

PER. abortit.

SEM. . . . .

OBS. Bihai *Pl. fructificationem imperfecte deſcriptam hujus generis eſſe docet facies, ut & proprietates generis.*

923. VE-

923. VERATRUM *. *Tournef.* 145.

*. *Hermaphroditus.*
CAL. nullus, nisi Corollam dicas.
COR. *Petala* sex, oblonga, lanceolata, margine tenuiora, serrata, persistentia.
STAM. *Filamenta* sex, subulata, germina prementia, apicibus patentiora, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* quadrangulæ.
PIST. *Germina* tria, erecta, oblonga, desinentia in *Stylos* vix manifestos. *Stigmatibus* simplicibus, patulis.
PER. *Capsulæ* tres, oblongæ, erectæ, compressæ, unilocularis, univalves, introrsum dehiscentes.
SEM. plura, oblonga, altera extremitate obtusiora, compressa, tunicata.

*. *Masculus flos* in eadem planta infra femineos.
CAL. ut in masculo.
COR. ut in masculo.
STAM. ut in masculo.
PIST. *Rudimentum* obsoletum, vanum.

924. CELTIS *. *Tournef.* 383.

*. *Hermaphroditi flores* solitarii superiores.
CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* ovatis, patulis, marcescentibus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quinque, brevissima, ab initio occultata antheris, farina excussa longiora. *Antheræ* oblongæ, crassiusculæ, quadrangulares, quadrisulcatæ.
PIST. *Germen* ovatum, acuminatum, longitudine calycis. *Styli* duo, patentes, varie inflexi, subulati, undique pubescentes, longissimi. *Stigmata* simplicia.
PER. *Drupa* globosa, unilocularis.
SEM. *Nux* subrotunda.

*. *Masculi flores* in eadem planta inferiores.
CAL. *Perianthium* sexpartitum, reliqua ut in hermaphroditis.
COR. nulla.
STAM. ut in Hermaphroditis.

925. HOLCUS*. Sorgum *Mich.*

*. *Hermaphroditus Flos* inter duos maſculos poſitus.
CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, rigida, mutica: *Valvulâ exteriore* ovata, concava, magna, amplexante *interiorem* oblongam, lateribus convolutam.
COR. *Gluma* bivalvis, tenella, villoſa, calyce minor: *Valvulâ exteriore* inſtructâ *ariſta* rigida, calyceque longiore: *interiore* vero mutica, minima.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* penicilliformia.
PER. nullum. *Corolla* involvit, tegit, adnaſcitur ſemini.
SEM. ſolitarium, ovatum, tectum.

*. *Maſculus Flos* femineo minor.
CAL. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, convolutis, multis, acutis.
COR. nulla; niſi calycem dicas.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

926. ÆGILOPS *. *vide Mont. f.* 89.

*. *Hermaphroditi flores* bini laterales.
CAL. *Gluma* bivalvis, triflora, maxima: *valvulis* ovatis, truncatis, ſtriatis, ariſta multiplici.
COR. *Gluma* bivalvis: *Valvula exteriore* ovata, duplici triplicive ariſta terminata. *Valvula interiore* lanceolata, erecta, mutica, margine longitudinaliter inflexa.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* piloſa.
PER. nullum. *Valvula* interior corollæ adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
SEM. oblongum.

*. *Maſculus Flos* intermedius.
CAL. Hermaphroditorum datus, communis.
COR. ut in Hermaphrodito.
STAM. ut in Hermaphrodito.

927. CEN-

927. CENCHRUS *. Panicaſtrella *Mich.* 31.

CAL. *Involucra* plura, laciniata, echinata, in capitulum congeſta: ſingulis ſeſſilibus tres calyces includentibus.
Perianthium Gluma bivalvis, lanceolata, concava, acuminata, biflora, corollâ brevior.
COR. altera maſcula, altera hermaphrodita.
Propria ſingula bivalvis: valvulis lanceolatis, acuminatis, concavis, muticis: interiore minore.
STAM. ſingulis *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollulæ. *Antheræ* ſagittatæ.
PIST. Hermaphroditis *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, piloſa, patentia.
PER. nullum.
SEM. ſubrotundum.

928. VALANTIA *. *Tournef.* A. G. 1706. t. 3. *Dill.* gen. 8. *Mich.* 7. Cruciata *Tournef.* 39.

*. *Hermaphroditus flos* ſolitarius.
CAL. vix ullus, cujus loco Germen.
COR. monopetala, plana, quadripartita: *laciniis* ovatis, acutis.
STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* magnum, infra receptaculum floris.
Stylus longitudine ſtaminum, ſemibifidus.
Stigmata capitata.
PER. *coriaceum* compreſſum, reflexum.
SEM. unicum, globoſum.

*. *Maſculus flos* germini ipſius hermaphroditi utrinque ſolitarius adſiſtens.
CAL. vix ullus, cujus loco germen.
COR. monopetala, plana, tripartita aut quadripartita: *laciniis* ovatis, acutis.
STAM. *Filamenta* totidem, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* parvum, infra receptaculum. *Stylus* & *Stigmata* obſoleta, vixque notabilia.
PER. abortit: at *rudimentum* tenue oblongum adhæret lateri hermaphroditi.
SEM. . . . . .

929. PARIETARIA *. *Tournef.* 289.

317 *. *Hermaphroditi Flores* duo continentur *Involucro* plano, hexaphyllo; *foliolis* duobus oppositis & exterioribus majoribus.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadrifidum, planum, obtusum, magnitudine involucri dimidiati.

COR. nulla: nisi Calycem dicas.

STAM. *Filamenta* quatuor, subulata, perianthio florente longiora, illudque expandentia, persistentia. *Antheræ* didymæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, coloratus. *Stigma* penicilliforme, capitatum.

PER. nullum. *Perianthium* elongatum, majus, campanulatum, ore laciniis conniventibus clauso.

SEM. unicum, ovatum.

*. *Femineus flos* unus inter hermaphroditos ambos intra involucrum.

CAL. ut hermaphroditi.

COR. nulla.

PIST. ut hermaphroditi.

PER. nullum. *Perianthium* tenue, involvens fructum.

SEM. ut in hermaphrodito.

930. ATRIPLEX *. *Tournef.* 286.

317 *. *Hermaphroditus Flos.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, concavum, persistens: *laciniis* ovatis, concavis, margine membranaceis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, subulata, calycis foliis opposita, iisque longiora. *Antheræ* subrotundæ, didymæ.

PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* reflexa.

PER. nullum. *Calyx* clausus, pentagonus, quinque-angularis, *angulis* compressis, deciduis.

SEM. unicum, orbiculare, depressum.

*. *Femineus Flos* in eadem planta.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* planis, erectis, ovatis, acutis, magnis, compressis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* compressum. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* reflexa, acuta.

PER. nullum. *Calycis* valvæ maximæ, cordatæ, inter se includentes semen.

SEM. unicum, orbiculatum, compressum.

OBS. *Ergo Atriplex absque flore femineo erit* Chenopodium 230.
Ergo Chenopodium cum flore tali femineo esset Atriplex.
Ergo summa affinitas generum Chenopodii, & Atriplicis.
Halimus *fl. masculis decandris Magnol. sed an?*

931. DA-

931. DALECHAMPIA †. *Plum.* 38. Convolvulo-Tithymalus *Boerh.* Lupuli Species *Plum.* rar. 101.

*. *Masculus Flos* intra *Involucrum* duplicatum, cujus *Inferius* tetraphyllum: *foliolis* linearibus, oppositis, decussatim positis. *Superius* vero maximum, diphyllum: *foliolis* subrotundis, semitrifidis, planis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricosum, rugosum, coloratum, *ore* quinquedentatum, obtusum.

COR. nulla: nisi Apices gibbosi calycis.

STAM. *Filamenta* plura, corolla longiora, diverso tempore erumpentia. *Antheræ* didymæ.

*. *Feminei Flores* intra idem involucrum cum masculo, sæpius tres.

CAL. *Perianthium* multifidum, hispidum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* subrotundum, trigonum. *Stylus* unus, erectus, longus, apice divisus, dichotomus. *Stigmatibus* in orbem positis.

PER. *Capsula* globoso-triangularis, scabra, trilocularis; *loculis* bivalvibus.

SEM. solitaria, subrotunda.

OBS. *Quod* Plumier *Petalum vocat, est pistillum, ut recte observavit* Houston. *Descriptio* Boerhaaviana *reliquis præstat. Sic ille.*

Involucrum *ut supra. Pedunculus ex involucri centro profert calyculum cotylæformem, e quo flos* Mas, *constans pedunculis tribus parvis, gerentibus calyculum minimum, ex quo singulæ Anthera prodit. (ut sint ita stamina terna). Ex involucri centro profert & pedunculus* germen *constans tribus loculis, distinctis, monococcis, tuba longa, apice scabro prædita.*

Sed etiam alii flores in eadem planta sunt feminini *soli, quorum calyx cotylæformis profert pedunculos tres, gerentes calyculum minimum, multifidum, hirsutum, intra quem fructus perfecte Tithymali.*

932. AN.

2. *DIOECIA.*

932. ANTHOSPERMUM *. Tournefortia *Pont.* epist. 11.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, conicum, ultra medium quadrifidum: *laciniis* ovato-oblongis, revolutis, obtusis, parum coloratis.

COR. nulla: nisi Calycem dicas.

STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, erecta, longitudine calycis, receptaculo inserta. *Antheræ* didymæ, oblongæ, quadragonæ, obtusæ, erectæ.

*. *Androgyna* constans masculis & femineis floribus.

Masculi flores uti in mare descripto.

Feminei flores.

CAL. ut in mare.

COR. ut in mare.

PIST. *Germen* sub receptaculo floris, ovatum, tetragonum. *Styli* duo, recurvi. *Stigmata* simplicia.

PER. - - - -

SEM. - - - -

OBS. *Fructum feminei floris non vidi.*

Characterem Cl. Pontederæ inseram.

Flos monopetalus, infundibuliformis, calyci insidens, ore leviter inciso.

Calyx abit in FRUCTUM subrotundum, angulosum, fœtum SEMINIBUS octo, oblongis, & binis connexis. *An Author Calycem pro fructu & Antheras pro seminibus habuerit, vel an verum fructum viderit, determinent autoptici.*

933. FRAXINUS *. *Tournef.* 343. *Mich.* 107. Ornus *Mich.* 103.

*. *Hermaphroditus.*

CAL. nullus: vel *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, erectum, acutum, parvum.

COR. nulla: vel *Petala* quatuor, linearia, longa, acuta, erecta.

STAM. *Filamenta* duo, erecta, corollâ longe breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ, quadrisulcæ.

PIST. *Germen* ovatum, compressum. *Stylus* cylindraceus, erectus. *Stigma* crassiusculum, bifidum.

PER. nullum præter Crustam seminis.

SEM. lanceolatum, compresso-membranaceum, uniloculare.

*. *Femina.*

CAL. ut in hermaphrodito.

COR. ut in hermaphrodito.

PIST. ut in hermaphrodito.

PER. ut in hermaphrodito.

SEM. ut in hermaphrodito.

OBS. Fraxinus *Pont.* Ornus *Mich. corollâ & calyce destituitur, sexu variante ludit.*

Ornus *Pont.* Fraxinus *Mich. corollâ & calyce gaudet, semper hermaphrodita pura est, absque mare.*

Variat & sexus in Fraxino *Pont. ut femina sæpe intersparsos gerat hermaphroditos, & hermaphroditus femineos. An vero itidem mas interdum in hac specie obveniat, etiamnum dix certo determinare queo.*

934. RHODIOLA * Rhodia *offic.*

*. *Hermaphroditus mas.*

CAL. *Perianthium* quadripartitum, concavum, erectum, obtusum, persistens.

COR. *Petala* quatuor, oblonga, obtusa, erecto-patentia, calyce duplo longiora, decidua.

Nectaria quatuor, erecta, emarginata, calyce breviora.

STAM. *Filamenta* octo, subulata, corollâ longiora. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germina* quatuor, oblonga, acuminata. *Styli* & *Stigmata* obsoleta.

PER. abortiens.

SEM. . . .

*. *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in hermaphrodito mare.

COR. *Petala* quatuor, rudia, erecta, obtusa, cum calyce æqualia, persistentia.

Nectaria ut in hermaphrodito mare.

PIST. *Germina* quatuor, oblonga, acuminata: in *Stylos* simplices, rectos desinentia. *Stigmata* obtusa.

PER. *Capsulæ* quatuor, corniculatæ, introrsum compressæ, univalves, introrsum dehiscentes.

SEM. plurima, subrotunda.

3. *TRIOECIA.*

935. EMPETRUM *. *Tournef.* 421.

*. *Hermaphroditus.*
CAL. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovatis, persistentibus.
COR. *Petala* tria, ovato-oblonga, basi angustiora, calyce majora, marcescentia.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longissima, propendentia. *Antheræ* erectæ, breves, bipartitæ.
PIST. *Germen* unicum, minimum. *Stylus* vix ullus. *Stigmata* novem, reflexo-patentia, medio compressa.
PER. *Bacca* globoso-depressa, calyce major, unilocularis.
SEM. novem, articulatim in orbem disposita, hinc gibba, inde angulata.

*. *Mas.*
CAL. *Perianthium* ut in hermaphrodito.
COR. *Petala* ut in hermaphrodito.
STAM. ut in hermaphrodito.

*. *Femina.*
CAL. *Perianthium* ut in hermaphrodito.
COR. *Petala* ut in hermaphrodito.
PIST. ut in hermaphrodito.
PER. *Bacca* ut in hermaphrodito.
SEM. ut in hermaphrodito.

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

CRYPTOGAMIA continet Vegetabilia, quorum Fructificationes visui nostro sese subtrahunt.

ORDINES hujus Classis sex constituo, quorum

1. Plantas (ut vocant) perfectas comprehendit, e quibus genus unicum nobis notum est, cujus flores latitant incarcerati intra Receptaculum commune clausum.
2. Filices Dorsiferas, Epiphyllospermas & Capillares vulgi includit, quarum Flores nobis ignoti sunt; forte propediem ex observatis Michelianis patescent orbi.

   Plumier describit globos bifariam rumpentes vi annuli elastici. Globuli hi an seminibus sint pleni, an farina genitali, pro certo non constat.

   Globuli plures, ex capillis propriis pendentes, in plurimis sub squama oblonga, altero margine longitudinali dehiscente reconditi prodeunt in lucem.

   Cum hic nulla nobis nota certitudo dividendi plantas a Fructificatione constet, eas a Situ sub suis operculis in ordinem digessimus.
3. Muscos divisimus fere secundum doctrinam *Dillenianam*, cum vix ulla nobis clarior etiamnum constet, quam Illius, Qui familiam hanc detexit.

Muscorum Fructificationes sexu distingui, dubium nullum esse puto. e. gr. Polytrichum §. 948. gaudet duplici Fructificatione; altera planta gerit capitulum: altera stellam patentem. Quænam autem harum Fructificationum sit mas, quænam femina, apodictice determinare nequeo. Capitula esse antheras, Cl. Dillenium secutus, dixi, sic suadente figura pulveris, sic analogia cum Marchantia, sic Mnii fructificatio. Dissuadet e contra utriusque Vegetabilis tempus florendi, dissuadet fructificatio Lycopodii, Equiseti, Filicum. *Certa revelabit dies.*

4. Al-

4. Algæ etiamnum obſcure latent, præter eas quæ *Michelio* debentur.
5. Fungos ex doctrina *Dilleniana* potius dividere, quam ex *Micheliana*, nobis viſum fuit, qui oculis *armatis* non adſueti fuimus. Mira tamen præſtitit *Michelius* in hac familia, ut & in Muſcis ac Algis, cui ſoli debetur vera notitia harum Fructificationum.
6. Lithophyta ab externæ ſuperficiei conſideratione redegimus ad genera, licet & hæc propriis ſeminibus gaudere nos non lateat.

Marſilius detexit & depinxit Petala ſex, Stamina ſex, Piſtillum unicum, Semen unicum in his.

Has plantas, licet lapideæ ſubſtantiæ, ad Regnum Lapideum non pertinere docent Flores & Fructus, in Lapide nullo unquam obvii.

1. *PLANTÆ.*

936. FICUS *. *Tournef.* 420. *Malp.* 156. *Hire* A. G. 1712. t. 15. *Pont.* anth.. 11. *f.* 10. Caprificus *Pont.* ibid.

CAL. *communis* turbinato-ovatus, maximus, carnosus, concavus, clausus *squamis* plurimis, semilanceolatis, acutis, serratis, inflexis. Hujus interna superficies undique tecta est *flosculis*, quorum exteriores seu margini calycis propiores *Masculi* sunt pauciores: reliqui inferiores *Feminei* numerosi.

*. *Masculus flos* singulus pendunculo insidens, cujus

CAL. *Perianthium proprium* tripartitum, erectum: *laciniis* lanceolatis, erectis, æqualibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, setacea, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ.

PIST. *Rudimentum* caducum, intortum.

* *Femineus flos* singulus pedunculo insidens: cujus

CAL. *Perianthium proprium* quinquepartitum: *laciniis* lanceolato-acuminatis, erectis, fere æqualibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovale, magnitudine perianthii proprii. *Stylus* subulatus, inflexus, ad latus apicis e germine prodeuns. *Stigmata* duo, acuminata, reflexa; *altero* breviore.

PER. nullum. *Calyx* obliquus in sinu continens semen majus.

SEM. unicum, subrotundum, compressum.

OBS. *Dantur individua pure Mascula*; Caprificus.
Alia Androgyna: Erinosyce.
Alia Hermaphrodita: Ficus.

2. *FILICES.*

937. EQUISETUM *. *Tournef.* 307.

FRUCTIFICATIONES in spicam ovato-oblongam digestæ.
Singula orbiculata, a basi dehiscens pluribus angulis, peltata.

938. OSMUNDA *. *Tournef.* 324. *Plum.* fil. 156-160.

CAPSULÆ globosæ, distinctæ, in racemum dispositæ, horizontaliter dehiscentes.

SEM. numerosa, minima, ovata.

939. O-

939. OPHIOGLOSSUM *. *Tournef.* 325. *Plum.* fil. 163. 164.

CAPSULA disticha: *articulis* numerosis, transversalibus, in totidem loculamenta divisa: dehiscente singulo *loculo* maturo transversim.
SEM. numerosa, minima, subovata.

940. PTERIS *. vide *Malp.* 30. *Plum.* fil. 5. 14. 15. 37. 29. 51. 68. 69. 150. 132. 140. 141. 152.

FRUCTIFICATIONES in lineam, subtus cingentem marginem folii, digestæ.

941. LONCHITIS *. vide *Plum.* fil. 17. 20.

FRUCTIFICATIONES in lineolas, sinubus folii subjectas, lunulatas, dispositæ.

942. ADIANTUM *. *Tournef.* 317. vide *Plum.* fil. 6. 52. 53. 55. 94-99.

FRUCTIFICATIONES in maculas ovales, apicibus foliorum reflexis subjectas, congestæ.

943. ASPLENIUM *. vide *Plum.* 13. 19. 41. 46. 59-61. 67. 74. 103. 106. 124. 133. Lingua Cervina *Tournef.* 319. Trichomanes *Tournef.* 315. a. b.

FRUCTIFICATIONES in lineas rectas, disco folii subjectas, dispositæ.

944. HEMIONITIS †. *vide Plum. fil.* 127. & 151.

FRUCTIFICATIONES in lineis coeuntibus, se intersecantibus vel ramosis.

945. PO-

945. POLYPODIUM *. *Tournef.* 316. Lonchitis *Tournef.* 314. vide *Plum.* fil. 1-3. 8. 21. 22. 24-27. 36. 38. 39. 43. 47. 56. 62-64. 70-72. 76-80. 83-85. 88. 102. 110-114. 118. 119. 123. 128. 130. 131. 134. 137. 138. 145. 147-150. 153.

FRUCTIFICATIONES in puncta subrotunda, per discum folii aversum distributæ.

946. ACROSTICUM *. Ruta Muraria *Tournef.* 317. vide *Plum.* fil. 44. 115. 116. 129. 135. 139. 144.

FRUCTIFICATIONES per totum discum pronum folii accumulatæ in unum acervum.

947. TRICHOMANES †. vide *Plum.* fil. 86. 50. *c.* 93.

Calyx turbinatus, solitarius, erectus, ex ipso margine folii. *Stylus* setaceus capsulam terminans.

3. *M U S C I.*

948. POLYTRICHUM *. *Dill.* gen. 2.

*. *Mas* florem pedunculo, ex apice rami prodeunte, sustinens.
CAL. *Calyptra* conica, villosa, antheræ superimposita, discedens.
ANTHERA subrotunda, obsolete quadragona: *ore* aperto, tecto *flocco* orbiculato, tenui, & operculo conico-acuminato.
*. *Femina* in distincta planta, sessilis.
Flos compositus, stellæ radiantis figura.

949. BRYUM *. *Dill.* gen. 2.

*. *Masculus flos* pedunculo, ex apice rami prodeunte sustentatus.
CAL. *Calyptra* conica, glabra, antheræ superimposita, discedens.
ANTHERA teretiuscula: *ore* aperto, tecto *flocco* & operculo acuminato.
*. *Femineus flos*. . . . . 950. HYP-

950. HYPNUM *. *Dill.* gen. 1.

*. *Masculus flos* pedunculo, ex alis foliorum prodeunte elevatus.
CAL. *Calyptra* conica, glabra, antheræ superimposita, discendens.
ANTHERA teretiuscula: *ore* aperto, tecto *flocco* & operculo acuminato.
*. *Femineus flos*. . . . . .

951. SPHAGNUM *. *Dill.* gen. 2.

*. *Mas* florem pedunculo, ex apice rami prodeunte sustinens.
CAL. *Calyptra* nulla.
ANTHERA globosa: *oris* margine integro, aperto, tecto capitulo.

952. FONTINALIS *. *Dill.*

*. *Masculus flos* fere sessilis, in ala foliorum.
CAL. . . . .
ANTHERA subrotunda: *ore* aperto, tecto capitulo.
*. *Femineus flos*. . . . .

953. LYCOPODIUM *. *Dill.* gen. 2. Selago *Dill.* Selaginoides *Dill.* Lycopodioides *Dill.*

CAPITULA reniformia, in alis sessilia, calyce destituta, bivalvia.
OBS. Lycopodii *Capsulæ solitariæ, intra squamas in spicam digestas.*
Lycopodioidis *Capsulæ quatuor, junctæ intra squamas in spicam dispositas.*
Selaginis *Capsulæ solitariæ, intra folia patentia.*
Selaginoidis *Capsulæ quaternæ, intra folia patentia.*

4. ALGÆ.

954. MARCHANTIA *. *March.* A. G. 1713. t. 5. *Mich.* 1. Hepatica *Mich.* 2. Lunularia *Mich.* 4. Lichen *Dill.*

*. *Masculus flos* pedunculo longo, recto, e calyculo prodeunte, exoritur.

CAL. *Perianthium commune* quadrifidum, quinquefidum, vel decemfidum, peltatum, (*laciniis* æqualibus, lateribus deflexis), maximum, sub se continens flosculos tot, quot lacinias habet.

COR. monopetala, turbinata, calyce brevior, recta.

STAM. *Filamentum* unicum, corollâ longius, simplex. *Anthera* subovata, ab apice dehiscens in tot lacinias, quot calyx communis. *Farina* crinulo affixa.

*. *Femineus flos* sessilis, in eadem planta.

CAL. *Perianthium* constans margine membranaceo, erecto-patulo, integro, persistente, monophyllo.

COR. nulla: nisi Calycem dicas.

SEM. plura, subrotunda, compressa, nuda, in fundo calycis.

OBS. Marchantiæ M. *Calyx masculus communis planus, in octo ad decem lacinias, flosculos non involventes, divisus.*

Hepaticæ M. *Calyx masculus communis quinquefidus, conicus, laciniis conniventibus.*

Lunulariæ M. *Calyx cruciformis, laciniis flosculos obvolventibus.*

955. JUNGERMANNIA *. *Mich.* 5. Muscoides *Mich.* 6. Lichenastrum *Dill.* gen. 2.

*. *Masculus flos* pedunculo longo, recto, e calyce prodeunte, insistit.

CAL. nullus.

COR. nulla.

STAM. *Anthera* ovata, quadrivalvis, tum patens, persistens.

*. *Femineus flos* sessilis, sæpius in eadem planta.

CAL. nullus (nobis manifestus).

COR. nulla.

SEM. solitaria, vel conferta, subrotunda.

956. AN-

956. ANTHOCEROS. *Mich.* gen. 7.

*. *Masculus flos* sessilis.
CAL. monophyllus, fere cylindraceus, truncatus, integer.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* nullum. *Anthera* unica, subulata, longissima, bivalvis: *farina* receptaculo libero capillari affixa.
*. *Femineus flos* sessilis, in eadem sæpius, vel distincta planta.
CAL. monophyllus, sexpartitus, patens.
SEM. tria (circiter), nuda, in fundo calycis, subrotunda.
OBS. *Sæpe unica tertia pars calycis excluditur, observata proportione numeri in seminibus.*

957. RICCIA *. *Mich.* 57.

*. *Masculus flos sessilis.*
CAL. nullus.
COR. nulla.
STAM. *Anthera* subulata, truncata, sessilis, apice dehiscens.
*. *Femineus flos* in eadem (vel diversa *Mich.*) planta.
CAL. vix ullus.
PER. globosum, uniloculare.
SEM. plurima.

958. LICHEN *. *Tournef.* 325. *Mich.* 36-53. Lichenoides *Dill.* gen.

*. *Masculi flores* numerosi, innati *Receptaculo* sæpius orbiculato, maximo, nitido, plano convexo vel concavo, glutinoso.
*. *Feminei flores* & *semina* farinæ instar sparsa in eadem vel distincta planta.

959. BLASIA *. *Mich.* gen. 7.

*. *Masculus*? flos.
CAL. monophyllus, basi ovatus, medio subcylindraceus, apice dilatatus, truncatus.
STAM. Granula plurima libera.
*. *Femineus*? flos.
CAL. vix ullus.
PER. subrotundum, solitarium, foliis immersum.
SEM. nonnulla, subrotunda.
OBS. *An flos masculus dicendus sit femineus, & vice versa?*

960. LEMNA *. Lenticula *Mich.* 11. *Dill.* gen. 6. Hydrophace *Buxb.* cent: 11. *t.* 37. *f.* 2.

*. *Hermaphroditus flos.*
CAL. monophyllus, ſubrotundus, latere dehiſcens, oblique extrorſum dilatatus, obtuſus, patens, depreſſus, magnus, integer.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* duo, ſubulata, incurva, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, globoſæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis. *Stigma* obſoletum.
PER. abortiens.

*. *Femineus flos* in eadem planta cum maſculo.
CAL. ut in hermaphrodito.
COR. nulla.
PIST *Germen* ſubovatum. *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* globoſa cum acumine, unilocularis.
SEM. nonnulla, oblonga, utrinque acuta, longitudine fere capſulæ, hinc ſtriata.

961. MARSILEA *. Salvinia *Mich.* 58. Pilularia *Vaill.* Paris. XV: 6.

*. *Maſculi Flores* numeroſi ſupra folium ſeſſiles.
CAL. nullus.
STAM. *Filamentum* (vel *receptaculum*) hemiſphærico-convexum. *Antheræ* quatuor, ſubulatæ, ſpiraliter tortæ, erectæ, longæ.

*. *Femineus flos.*
CAL. nullus.
PER. ſubrotundum, quadriloculare.
SEM. numeroſa, nidulantia, ſubrotunda.

962. CHARA *. Vaill. A. G. 1719. t. 3. Hippuris *Dill.* gen. 2. *Pont.* anth.

CAL. diphyllus, minimus.
COR. nulla. (monopetala *Vaill*).
STAM *Filamentum* nullum. *Anthera* unica, globoſa, receptaculo affixa. *Pont.*
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, latiuſcula. *Pont.*
PER. nullum (capſula monoſpermia *Vaill.*)
SEM. unicum, ovato-oblongum.

963. FU-

963. FUCUS *. *Reaum.* A. G. 1711. t. 9. 10. 11.

*. *Masculi flores?*
Tubercula punctata undique tegentia veficulas oblongas.
*. *Feminei* flores?
Veficulæ glabræ globofæ concavæ filis intertextæ.

964. ULVA *. *Dill.*

Fructificationes in membrana cylindracea, laxa, longa .....

965. CONFERVA *. *Dill.*

Fructificationes in fibra longiffima capillari, tuberculis inæquali.

5. *FUNGI.*

966. AGARICUS *. *Dill.* Amanita *Dill.*

Fungus horizontalis, fubtus lamellatus.
Obs. Agaricus *D. caret petiolo, & margine laterali adnafcitur.* Amanita *D. inftruitur petiolo, centro orbiculati capitis inferto.* Agaricos *Dill. ab* Amanita, Boleto *&* Erinaceo *Dill. non fpecie differre, fed folo loco nafcendi mutatos reddi, fuadent obfervationes quotquot hactenus fuere inftitutæ.*

967. BOLETUS *. *Dill.* Suillus *Mich.* 68. 69. Polyporus *Mich.* 70. 71.

Fungus horizontalis, fubtus porofus.

968. HYDNUM *. Erinaceus *Dill. Mich.* 72.

Fungus horizontalis, fubtus fibris fubulatis echinatus.

969. PHALLUS *. *Mich.* 83. Boletus *Mich.* 85. Phalloboletus *Mich.* 84.

Fungus fubtus glaber, fuperne callis reticulatus.

970. ELVELA *. Fungoidaſter *Mich.* 82. Fungoides *Mich.* 86. Fungoidis ſpecies *Vaill.* B. P. XI: 8.

FUNGUS ſuperne & inferne lævis.

971. CLAVARIA *. *Vaill.* B. P. VII: 3. 45. *Mich.* 87. Coralloides *Tournef.* 332. *Mich.* 88. Corallo-fungus *Vaill.* B. P. VIII. Fungoides *Dill.*

FUNGUS perpendicularis, ſuperficie unica.

972. CLATHRUS. *Mich.* 93.

FUNGUS ſubrotundus: conſtans corpore reticulari, feneſtrato, cavo: undique connexis ramificationibus.

973. PEZIZA *. *Dill.* Cyathoides *Mich.* 102. Fungoidis ſpecies *Vaill.* B. P. XI: 4. 5. 6. 7.

FUNGUS campanulatus, ſeminibus orbiculatis, convexo-planis, in ſinu refertus.

974. LYCOPERDON *. *Tournef.* 331. *Mich.* 97. *Vaill.* B. P. XVI: 4-10. Boviſta *Dill.* Lycoperdoides *Mich.* 98. Lycoperdaſtrum *Mich.* 99. Geaſter *Mich.* 100. Carpobolus *Mich.* 101.

FUNGUS ſubrotundus, ſeminibus farinaceis inpalpabilibus repletus, ab apice dehiſcens.

975. BYSSUS *. *Mich.* 80. 90. Aſpergillus *Mich.* 91. Botrytis *Mich.* 91.

FUNGUS fibris capillaribus absque nodis, diſtinctis, conſtans.

976. MU-

976. MUCOR *. *Mich.* 95. Mucilago *Mich.* 96. Lycogala *Mich.* 95.

Fungus veſiculâ ſubrotunda, in qua ſemina numeroſa, affixa receptaculis criniformibus, conſtans.

6. *LITHOPHYTA.*

977. LITHOXYLUM *. Lithophyton *Tournef.* 341. Keratophyton *Boerh.* Titanokeratophyton *Boerh.*

Cruſta heterogenea fructificationes per puncta impreſſa continens.

978. ISIS *. Corallum *Tournef.* 339.

Lithophyton ſimplici ſuperficie, ramoſum, incruſtatum.

979. SPONGIA *. *Tournef.* 342. Badiaga *Buxb.*

Lithophyton crinibus quaſi complicatum in tophum.

980. MILLEPORA *. Eſchara *Tournef.*

Lithophyton poris ſimplicibus pertuſum.

981. TUBIPORA *. Tubularia *Tournef.* 342.

Lithophyton cylindris parallelis conſtructum.

982. MADREPORA *. *Tournef.* 340. Aſtroites *vulgi.*

Lithophyton cavernulis radiatis excavatum.

983. CELLEPORA *.

Lithophyton cavernulis oblongis reptatricibus excavatum.

984. SERTULARIA *. Corallina *Tournef.* 338. Acetabulum *Tournef.* 338. Opuntioides *Boerh.*

Lithophyton articulatum, monilis inſtar connexis articulis.

Claſ.

Classis XXV.

APPENDIX.

Absolutis istis Generibus omnibus, quæ vel nostrum oculare subiere examen, nostroque cultello anatomico subjecta fuere, vel a Botanicis tam perfecte descripta aut depicta sunt, ut pauca addenda restent: tandem Corollarii loco nonnulla Fragmenta Generica sistimus, eorum scilicet, quæ a magnis quidem Viris instructa fuere, tamen adeo imperfecte adumbrata, ut vix certi aliquid de iis determinare liceat.

Tres præsertim ob caussas Fragmenta hæc addimus:

α. Ne Tyro quis hæc Genera, a nobis non descripta, nova quasi proclamaret.

β. Ut si cuidam Botanico ejusmodi Generis fructificatio sese offerret; mox quid deficeret, observaret, idemque attentiori animo describeret, & cum Publico communicaret.

γ. Ut tandem Genera descripta, inque hunc diem nobis nota, in unico libello haberet curiosus Lector.

Dividimus itaque Fragmenta hæcce secundum Authores, a quibus constituta fuere Genera.

I. PALMÆ.

985. CHAMÆROPS *. *Muſ. Cliff.* 10. Chamæriphes *Pont.* 10.

*. *Hermaphroditus.*
CAL. *Spatha* univerſalis, compreſſa, bifida. *Spadix* ramoſus.
Perianthium proprium tripartitum, minimum.
COR. tripartita. *Petala* ovata, coriacea, erecta, acuta, apice inflexa.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulato-compreſſa, baſi parum cohærentia. *Antheræ* lineares, didymæ, adnatæ interiori parieti filamentorum.
PIST. *Germina* tria, ſubrotunda. *Styli* totidem diſtincti, perſiſtentes. *Stigmata* acuta.
PER. *Baccæ* tres, globoſæ, uniloculares.
SEM. ſolitaria, globoſa,
*. *Mas* in diſtincta planta, eodem modo florens.
CAL. *Spatha* ut in hermaphrodito.
Perianthium ut in hermaphrodito.
COR. ut in hermaphrodito.
STAM. *Receptaculum* gibbum, definens in *Filamenta* ſex non perforato-diſtincta.
Cætera ut in hermaphrodito.

986. PHOENIX *Kæmpf.* 2. Elate *Muſ. Cliff.* 12. Katovindel H. M. III. 23.

*. *Maſculi Flores.*
CAL. *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* ramoſus.
COR. tripartita. *Petala* ſubovata, concava.
STAM. *Filamenta* tria. *Antheræ* breves.

*. *Feminei flores* in diverſa planta aut eodem ſpadice.
CAL. ut in mare.
COR. tripartita, cum laciniis totidem exterioribus, & alternis minimis.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* acutum.
PER. *Bacca* ovata, unilocularis.
SEM. unicum, oſſeum, ſubovatum, ſulco longitudine exaratum.

987. CORYPHA *Muſ. Cliff.* 11. Codda-panna H. M. II. 12.

CAL. *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* ramoſus.
COR. tripartita. *Petala* ovata, obtuſa, patentia.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corollâ longiora. *Antheræ* adnatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſubulatus, brevis. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca* globoſa, magna, unilocularis.
SEM. unicum, oſſeum, magnum, globoſum.

988. COCCUS *Muſ. Cliff.* 11. Tenga H. M. I. 1-4.

*, *Hermaphroditi Maſculi flores* in eadem cum femineis planta.
CAL. *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* ramoſus.
COR. tripartita. *Petala* ovata, acuta.
STAM. *Filamenta* ſex, ſimplicia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.
PIST. *Germen* vix manifeſtum. *Stylus* brevis, craſſiuſculus, obſcure trifidus. *Stigma* obſoletum.
PER. abortiens.

*. *Feminei* in eodem cum hermaphroditis maſculis ſpadice.
CAL. *Spatha* communis cum hermaphroditis.
COR. tripartita, minutiſſima.
PIST. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* ſubulatum, brevem. *Stigma* tripartitum.
PER. *coriaceum* maximum, ſubrotundum, obſolete trigonum.
SEM. *Nux* maxima, ſubovata, acuminata, trivalvis, obtuſe trigona, baſi tribus foraminibus pervia. *Nucleo* cavo.

989. BORASSUS *Muſ. Cliff.* 13. Ampana H. M. I. 10. Carim-pana H. M. I. 9.

*. *Mas* Ampana.
CAL *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* amentaceus, imbricatus.
COR. tripartita. *Petala* ovata, concava.
STAM. *Filamenta* ſex, craſſiuſcula. *Antheræ* craſſiores, ſtriatæ.

*. *Femina* Carim-pana: in diſtincta planta.
CAL. *Spatha* & *Spadix* ut in mare.
COR. tripartita. *Petala* ſubrotunda, parva, perſiſtentia.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* tres, parvi. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Bacca* ſubrotunda, obtuſa, rigida, unilocularis.
SEM. tria, ſubovata, compreſſa, diſtincta, filamentoſa.

990. CA-

990. CARYOTA *Muſ. Cliff.* 12. Schunda-pana H. M. I. 11.

*. *Maſculi flores.*
CAL. *Spatha* univerſalis, compoſita. *Spadix* ramoſus.
COR. tripartita. *Petala* lanceolata, concava.
STAM. *Filamenta* plurima, corollâ fere longiora. *Antheræ* lineares.
*. *Feminei flores* in eodem ſpadice cum maſculis.
CAL. communis cum maſculis.
COR. bipartita. *Petala* acuminata, minima.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* acuminatus. *Stigma* ſimplex.
PER. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
SEM. duo, magna, oblonga, hinc teretiuſcula, inde plana.

2. *FRAGMENTA TOURNEFORTII.*

991. SCHINUS. Molle *Tournef.*

CAL. *Perianthium* minimum, quinquedentatum.
COR. *Petala* quinque, patentia.
STAM. *Filamenta* (plura quam quinque) . . . .
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* . . . . .
PER. *Bacca* globoſa.
SEM. unicum, magnum, globoſum.
OBS. *Ex facie affinem dicerem hanc plantam vel* Rhoi *vel* Lentiſco *Tourn. Stamina plus quam quinque negat antecedens, ut petala ſequens genus.*

992. BEGONIA †. *Tournef.* 442. vide H. M. IX. 86.

360

*. *Masculus Flos.*
CAL. nullus: nisi Corollam dicas.
COR. tetrapetala, patens, regularis. *Petala duo opposita* lanceolata: *duo reliqua* ovata, emarginata, latiora.
STAM. *Filamenta* numerosa, corollâ breviora, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. caducum.
*. *Hermaphroditus Flos* in eadem planta cum Masculis.
CAL. nullus, cujus vices gerit Germen.
COR. *Petala* quinque, verticaliter cordata, oblonga, patentia.
STAM. *Filamenta* numerosa, corollâ breviora, capillaria. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* sub receptaculo triangulare, *angulis* membranaceis, tricuspe, erectum. *Styli* tres, bifidi, longitudine staminum. *Stigmata* globosa.
PER. triangulare, triloculare: tribus *alis* longitudinalibus.
SEM. numerosa, parva.
OBS. *De numero staminum, de pericarpii specie (HM. baccas commemorat) de pistillo masculi floris, nil certi scimus.*

3. *FRAGMENTA PLUMIERI.*

993. HERNANDIA *Plum.* 40.

374

*. *Masculus Flos.*
CAL. . . . . .
COR. sexfida. . . .
STAM. . . . . .
*. *Femineus Flos.*
CAL. . . . .
COR. sexfida . . . .
PIST. . . . .
PER. nullum. *Calyx* maximus, inflatus, subrotundus: *ore* integro.
SEM. *Nux* ovata, sulcata, unilocularis. *Nucleus* globosus.
OBS. *Est fructificatio singularis, quæ accurato examine digna est.*

994. H. P.

994. HIPPOMANE. Mançanilla *Plum.* 30.

*. *Maſculus Flos.*
CAL. . . . . .
COR. nulla.
STAM. . . . . .
*. *Femineus Flos* in eadem planta.
CAL. . . . .
COR. . . . .
PIST. . . . .
PER. *Bacca* globoſa, maxima, parum umbilicata, unilocularis.
SEM. *Nux* lignoſa, globoſa.

995. CISSAMPELOS. Caapeba *Plum.* 29. Clematis Sp. *Plum.* rar. 93.

*. *Maſculus Flos.*
CAL. . . . . .
COR. *Petala* quatuor, ovata, plana, patentia.
STAM. . . . .
*. *Femineus Flos* in eadem cum Maſculis planta.
CAL. . . . .
COR. . . . .
PIST. . . . .
PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.
SEM. ſolitarium, rugoſum.
OBS. *Imperfecte admodum deſcripta eſt hæc fructificatio, nec ex diſſectionibus florum exſiccatorum aliquid detegere licuit.*

996. PLUKNETIA *Plum.* 13.

*. *Maſculus Flos.*
CAL. nullus: niſi Corollam dicas.
COR. *Petala* quatuor, ovata, patentia.
STAM. (Corpus pyramidale, breve, & hirſutum pingitur) . . . .
*. *Femineus Flos* in eadem cum Maſculis planta.
CAL. nullus.
COR. ut in maſculis.
PIST. *Germen* quadrangulare. *Stylus* filiformis, omnium longiſſimus, declinatus. *Stigma* peltatum, quadrifidum: *laciniis* obtuſis, planis, *ſingula* in medio notata puncto.
PER. *Capſula* depreſſa, quadrangularis; *angulis* carinatis; quadrilocularis; *loculis* bivalvibus.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, compreſſa, hinc parum acuminata.
OBS. *Fructificatio eſt ſingularis, quæ attentiſſimo meretur examine proſequi.*

997. GUILANDINA. Bonduc *Plum.* 39. vide H. M. II: 22.

*. *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, deciduum. *Tubo* cylindraceo, decemſtriato; *Limbo* concavo: *Laciniis* linearibus.

COR. *Petala* quinque, lanceolata, concava, ſeſſilia, æqualia, fauci calycis inſerta, calyceque paulo majora.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, calyci inſerta, eoque breviora, alterna minora. *Antheræ* obtuſæ, incumbentes.

*. *Femina.*

CAL. . . . .

COR. . . . .

PIST. . . . .

PER. *Legumen* rhomboideum, ſutura ſuperiori convexa, glabrum, ventricoſo-compreſſum, uniloculare, diſſepimentis tranſverſalibus diſtinctum.

SEM. plurima, oſſea, globoſo-compreſſa, inter diſſepimenta ſolitaria.

OBS. *Definitionem ſecundum ſpeciem* inermem, foliis duplicato-pinnatis, baſi apiceque pinnatis, *Pariſiis viſam vivam deſumſimus, ubi mas ſolus occurrebat. Fructus communis eſt in muſeis. Hinc aut genere a Plumieri Bonduc diſtincta vel inſide deſcripta.*

998. HIPPOCRATEA. Coa *Plum.* 35.

CAL. *Perianthium* monophyllum, patens, ſemiquinquefidum: *laciniis* obtuſis, corolla majoribus.

COR. monopetala, ovata, apice truncato; ore integro.

STAM. . . . . .

PIST. . . . . .

PER. *Capſula* depreſſo-plana, patens, ſemitrifida: *laciniis* trifidis: trilocularis, *loculis* bivalvibus: *valvulis* carinato-compreſſis.

SEM. . . . oblonga, membranaceâ alâ aucta.

OBS. *Fructificatio hæc videtur minus recte ab Authore deſcripta quoad ea qua ſcripta ſunt.*

999. MAT-

999. MATTHIOLA *Plum.* 6. *Pont.* 4. 39.

1 49

CAL. *Perianthium* cylindraceum, integerrimum, erectum, breve, persistens.
COR. *Petalum* unicum, longissimum, e *Tubo* tenui lente desinens in *Limbum* integrum, *ore* repando.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, corollâ breviora. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* globosum, infra receptaculum floris. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, obtusum.
PER. *Drupa* globosa, calyce coronata, unilocularis.
SEM. *Nux* globosa. *Nucleus* globosus.

1000. OCHNA. Jabotapita *Plum.* 32.

1 364

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, patentibus, parvis, deciduis.
COR. *Petala* quinque, subrotunda, unguibus calycis longitudine, patentia, obtusissima.
STAM. *Filamenta* parva, conniventia. . . .
PIST. *Germen* ovatum, desinens in *Stylum* subulatum, staminibus longiorem, rectum. *Stigma* . . .
PER. *Receptaculum* subrotundum, truncatum, carnosum, maximum: in quo utrinque unica *Bacca*, ovata, distans, basi demersa.
SEM. solitarium, ovatum.

1001. ACHRAS. Sapota *Plum.* 4.

1 364

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acuminatis, erectis, persistentibus.
COR. *Petala* quinque, obverse cordata, oblonga, erecta.
STAM. . . . .
PIST. *Germen* ovatum.
PER. *Bacca* ovata, quinquelocularis.
SEM. solitaria, subovata, compressa, hinc denticulo prominentia, nitida.
OBS. *Author hoc genus iisdem notis characteristicis gaudere scribit ac* Anona: *quod si verum, falsa est ejus definitio.*

1002. COR-

1
52

1002. CORDIA *Plum.* 14. Sebestena *Dill.* elth. 225.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, tridentatum, persistens.
COR. *Petalum* infundibuliforme. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* erecto-patens, sectus in quinque (quatuor vel sex) *lacinias* obtusas.
STAM. *Filamenta* quot laciniæ corollæ, subulata. *Antheræ* simplices, longitudine tubi.
PIST. *Germen* subrotundum, acuminatum. *Stylus* simplex, longitudine staminum, superne bifidus, *laciniis* bifidis. *Stigmata* obtusa.
PER. *Drupa* sicca, globoso-acuminata, calyce tecta.
SEM. *Nux* sulcata, bilocularis.

1
366

1003. BROSSÆA *Plum.* 17.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum: *laciniis* in acumina erecta longitudine corollæ desinentibus.
COR. monopetala, conica, apice truncata, integra.
STAM. . . . . .
PIST. *Germen* pentacoccum. *Stylus* subulatus, corollâ brevior. *Stigma* simplex.
PER. *Capsula* subrotunda, quinque sulcis divisa, quinquelocularis, tecta calyce magno connivente, carnoso, succulento, lateribus dehiscente.
SEM. plurima, minutissima.

1004. SAMYDA. Guidonia *Plum.* 24.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, maximum, patens, persistens, *laciniis* ovatis.
COR. monopetala, coni trunci æmula, longitudine calycis, sulcata, dentata.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* subrotundæ, singula singulæ summitati corollæ insidentia.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* subulatus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Bacca* ovata, quadrisulca, quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. numerosa, reniformia, receptaculo ovato immersa.
OBS. *An corollæ sint Filamenta connata? quot stamina? Meliæ, ni fallor, affinis est.*

1005. DU-

1005. DURANTA. Caſtorea *Plum.* 17. 373

CAL. *Perianthium* monophyllum, erectum, quinquedentatum; acutum, germine prægnans, perſiſtens.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* bilabiatus. *Labium ſuperius* ovatum, erectum, concavum. *Lab. inferius* tripartitum: *laciniis lateralibus* ſubrotundis, patentibus; *infima* bipartita, lacinulis ſubrotundis.
STAM. . . . . .
PER. *Bacca* ſubrotunda, veſtita calyce, ore oblique conniventе, unilocularis.
SEM. quatuor, angulata.

1006. HYMENÆA. Courbaril *Plum.* 36. 366

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, inæquale.
COR. papilionacea.
Vexillum magnum, reflexum.
Alæ lanceolatæ, parvæ.
Carina ſubulata, alis longior, aſcendens.
STAM. *Filamenta* . . . . . .
PIST. *Germen* oblongum . . . . . .
PER. *Legumen* maximum, ovato-oblongum, obtuſum, unilociulare.
SEM. plura, ovata, polline & fibris obvoluta.
OBS. *Pertinet ad diadelphiam decandram.*

1007. XIMENIA *Plum.* 21. 367

CAL. *Perianthium* triphyllum, parvum: *foliolis* cordatis, parvis, deciduis.
COR. monopetala, campanulata, tripartita; *laciniis* erectis, oblongis, revolutis, obtuſis.
STAM. . . . . .
PIST. *Germen* ſubovatum, parvum. *Stylus* . . . . *Stigma* . . .
PER. *Drupa* ovalis, unilocularis.
SEM. *Nux* ovalis, unilocularis, glabra.

1 363

1008. CÆSALPINA *Plum.* 9.

CAL. nullus.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* ventricosus, subglobosus. *Limbus* quadripartitus: *laciniâ superiore* duplo majore, concava, patente, integra; huic *opposita* erecto-patente, integra: *lateralibus* æqualibus, crenatis, erectis, secundæ æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, filiformia, longissima, incurva, versus laciniam majorem decumbentia. *Antheræ* simplices.
PIST. *Germen* tenue, oblongum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* capitatum.
PER. *Legumen* oblongum, acuminatum, uniloculare.
SEM. plurima, ovata.
OBS. *Hæc fructificatio videtur mihi admodum paradoxa: quid calyx nullus? flos monopetalus & stamina quinque? cum legumine?*

1 2 7

1009. FUCHSIA *Plum.* 14.

CAL. *Margo* integer, coronans germen.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* clavatus. *Limbus* octofidus, planus: *laciniis* acuminatis, alternis inferioribus.
STAM. *Filamenta* quatuor, longitudine tubi. *Antheræ* didymæ, subrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum, infra receptaculum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
PER. *Bacca* subrotunda, quadrisulca, quadrilocularis.
SEM. plura, ovata, ordine duplici posita.
OBS. *Plumier in Generibus stamina quatuor, in Historia vero sæpius octo pingit; numerum itaque determinent autoptæ.*

1 362

1010. THALIA. Cortusa *Plum.* 8.

CAL. *Spatha* ovato-subulata, univalvis.
COR. *Petala* quinque, ovato-oblonga, margine undulata, concava: quorum *duo spathæ proxima* minora, involuta; *reliqua* fere æqualia, recta, concava.
STAM. . . . . .
PIST. *Germen* ovatum.
PER. *Bacca* ovata, unilocularis.
SEM. unicum, osseum, biloculare. *Nucleus* tenuis.
OBS. *Affinis videtur Cannæ, Marantæ, Alpiniæ, Kæmpferiæ, Costo, Amomo.*

1011. RHEE-

1011. RHEEDEA. Vanrheedia *Plum.* 18. 1 364

CAL. nullus.
COR. *Petala* quatuor, verticaliter ovata, concava, patentia.
STAM. *Filamenta* plurima. . . . . .
PIST. *Germen* globosum. *Stylus*. . . . .
PER. ovatum, parvum, succulentum, uniloculare.
SEM. tria, ovato-oblonga, characteribus notata, maxima.

1012. BUCEPHALON *Plum.* 20. 1 365

CAL. nullus.
COR. nulla.
STAM. . . . .
PIST. . . . .
PER. *Bacca* ovata, quadrangularis, acumine notata; unilocularis.
SEM. *Nux* fragilis.

4. *FRAGMENTA COMMELINI.*

1013. HURA*. *H. A.* 2. t. 66. 1 377

CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, canaliculatum, truncatum, integerrimum.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* oblongus, cylindraceus, levissime inflexus. *Limbus* duodecimfidus, obtusus, æqualis, brevis, plano-convexus.
STAM. . . . .
PIST. . . . .
PER. globosum, depressum, duodecim sulcis longitudinalibus externe divisum; dissiliens elastice in *Capsulas* duodecim, lunulatas, extrorsum crassiores obtusas, introrsum compressas, ad apicem mucrone elastico inflexo armatas, uniloculares
SEM. solitaria, fere orbiculata, magna, compressa.
OBS. *Affinitatem aliqualem habere videtur cum Carica, Hernandia, Jatropha* &c. *Numerus variat*; *Fructus figura Malvæ.*

5. *FRAGMENTA HOUSTONI.*

1014. RANDIA *Houst.* A. A. Jasmini species *Pluk.* 97. f. 6. 1 376

CAL. . . . .
COR. monopetala, hypocrateriformis. *Limbo* quinquefido.
STAM. . . . . .
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex . . . *Stigma*.
PER. *Capsula* ovata, unilocularis.
SEM. plurima, cartilaginea, compressa, pulpa cincta.

6. *FRAGMENTA GRONOVII.*

1015. MELANTHIUM †. *Gron:* virg. 59.

*. *Mas.*
CAL. . . . .
COR. . . . .
STAM. . . . .

*. *Femina.*
CAL. nullus.
COR. *Petala* quinque, ovato-lanceolata; ungue tenui lineari petalo ipso longiori insidentia.
Nectarium macula cordata ad basin internam limbi petalorum e qua filamentum setaceum, vix petali longitudine.
PIST. *Germen* trigonum. *Styli* tres incurvi. *Stigmata* obtusa.
PER. *Capsula* ovata, trilocularis, triangularis: angulis compressis.
SEM. plurima, oblonga, compressa, membranacea.

7. *FRAGMENTA VARIA.*

1016. MYRISTICA. Nux Moschata *Dal. Pharm.* 331.

*. *Mas.*
CAL. . .
COR. . .
STAM. . .

*. *Femina.*
CAL. *Perianthium* ovato-campanulatum, quadridentatum.
COR. nulla.
PIST. clavatum, longitudine calycis.
PER. *Drupa* coriacea, subrotunda.
SEM. unicum, subglobosum, obsolete sulcatum, rete plano obvolutum.
OBS. *Utinam aliquis Peregrinatorum, terras qui adit orientales, hac arbore feraces, cum Europæis Characterem generis, cum non liceat vivam Speciem, communicaret.*

1017. E-

1017. ECHINOPHORA *Tournef.* 423.

CAL. *Involucrum* monophyllum, multiflorum, multifidum, turbinatum, germina involvens.
Perianthium proprium 5 dentatum, germini insidens, persistens, minimum.
COR. *Universalis* . . .
Propria pentapetala: *Petalis* inæqualibus, patulis. . .
STAM. *Filamenta* quinque, simplicia. *Antheræ* subrotundæ.
PIST. *Germen* oblongum, sub Perianthio, intra involucrum. *Styli* duo, simplices. *Stigmata* simplicia.
PER. nullum, cujus loco *Involucrum* induratum, echinatum.
SEM. oblonga, an Duo?
OBS. *Seminum numerum, sexus organa, Involucri metamorphosin describant Autoptæ.*

1018. ISCHÆMUM. Schœnanthus *Scheuchz.* *p.* 118.

*. *Masculus flos* minimus, insidens Glumæ calycis feminei floris.
CAL. *Gluma* bivalvis, mutica, uniflora.
COR. *Gluma* bivalvis, mutica, magnitudine calycis proprii.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, brevia. *Antheræ* simplices.

*. *Femineus flos* major; cujus
CAL. *Gluma* bivalvis, intra glumam communem, magna: *arista* intra alteram valvulam intorta.
COR. *Gluma* biflora, parva.
PIST. *Germen* oblongum. *Styli* duo, reflexi.
PER. nullum. Calyces Corollæque omnes involventes, nec dimittentes semen.
SEM. unicum.
OBS. *Obscura in hoc Genere sunt omnia; a solo Scheuchzero descripta, nec e siccis speciminibus extricanda, autopticis manibus dignissima.*

ADDENDA.

Ad finem Characteris SALICORNIÆ *Num.* 8.

Obs. *In quadam specie stamina duo observarunt Cl. Royenus & Moebringius. an obtineant in omnibus.*

Ad finem Characteris DIOSPYROS *Num.* 385.

Obs. *Datur species, cui præter Hermaphroditum descriptum, etiam Mas staminibus sedecim distincto sexu & individuo est.*

In Diandria monogynia post COLLINSONIAM *Num.* 33.

1019. GMELINA. Michelia *Amm. act. petr. tom.* 8.

Cal. *Perianthium* monophyllum, minimum, obtusum.
Cor. monopetala, ringens, patula, limbo quadrifido: *Lacinia superiori* ampliori, fornicata. *Lacinia infima*, *lateralibusque* obtusis, minoribus, patentibus.
Stam. *Filamenta* duo, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ.
Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma*. . . . .
Per. *Bacca* globosa, unilocularis.
Sem. *Nux* ovata, lævis, bilocularis.

In Tetrandria monogynia post RUBIAM *Num.* 99.

1020. SIPHONANTHUS. Siphonanthemum *Amm. Act. petrop.* 8.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, amplum, persistens.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* filiformis, angustissimus, calyce multoties longior. *Limbus* quadripartitus, patens, calyce minor.
Stam. *Filamenta* quatuor, corollæ limbo longiora. *Antheræ* oblongæ, triangulares.
Pist. *Germen* quadrifidum, brevissimum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum, apice recurvato. *Stigma* simplex.
Per. *Baccæ* quatuor, intra calycem patulum, subrotundæ.
Sem. solitaria, subrotunda.

In

In Pentandria monogynia post GENIPAM *Num.* 168.

1021. CINCHONA. Quinquina *Condamin Act. Gall.* 1738.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, minimum, persistens.
COR. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* patulus, quinquefidus, serratus, acutus.
STAM. *Filamenta* quinque, minima. *Antheræ* oblongæ, intra tubum corollæ.
PIST. *Germen* subrotundum, infra receptaculum floris. *Stylus* longitudine corollæ. *Stigma* crassiusculum, oblongum, simplex.
PER. *Capsula* subrotunda, calyce coronata, bilocularis, a basi versus apicem bifariam dehiscens.
SEM. plurima, oblonga, compressa, marginata.

FINIS.

ERRATA

ERRATA Corrigenda.

num. 329. Linum *Roy.* *lege* Lirium *Roy.*
num. 360. COLCHCIUM lege COLCHICUM
num. 429. in Pist. lege *Germen* ſubrotundum, ſub receptaculo floris. *Stylus* filiformis. *Stigma* emarginatum, incurvum.
num. 470. Magoſtans *lege* Mangoſtans.
pag. 131. *lege* 5. PENTAGYNIA.
pag. 134. *lege* 6. POLYGYNIA.
num. 686. in Per. lege *diſſepimento* valvis contrario.
ib. in Obs. legé *in diverſis diverſa eſt, nec omnibus penicilliformis.*
num. 696. in Cor. *lege* lateribus depreſſum magis reliquis.
num. 697. in Pist. *lege* adſcendens.
num. 701. in Per. *lege* calyce fere totum tectum.

INDEX

INDEX.

GENERICA NOMINA Romano Charactere traduntur: Curſivis Literis SYNONYMA.

A.

Abies. 880
Abrotanum. 779
Abſinthium. 779
Abutilon. 674. 676
Acacia. 522
Acajou. 411
Acalypha. 865
Acanthus. 640
Acarna. 806
Acer. 370
Acetabulum. 984
Acetoſa. 357
Achillea. 794
Achras. 1001
Achyracantha. 211
Achyranches. 211
Achyronia. 697
Achyropborus. 744
Acinodendron. 429
Acinos. 560
Aconitum. 536
Acopa. 147
Acorus. 346
Acroſticum. 946
Actæa. 499
Adenanthera. 416
Adhatoda. 22
Adiantum. 942
Adonis. 553
Adoxa. 397
Ægilops. 926
Ægilops. 73
Æginetia. 635
Ægopodium. 284
Æſchynomene. 728
Agaricus. 966
Ageratum. 771
Ageratum. 629. 636
Agnanthus. 633
Agrimonia. 464
Agrimonoïdes. 464
Agroſtema. 449
Agroſtis. 65
Abovai. 214
Aira. 68
Ajuga. 557
Ajuga. 558
Aizoon. 539
Alaternoïdes. 189
Alaternus. 184
Alcea. 679
Alchemilla. 122
Alchimilla. 122
Alchimillæ ſpecies. 432
Algoides. 844
Alhagi. 727
Alhenna. 373
Aliſma. 365
Alkekengi. 197
Allium. 326
Alni fructu. 173
Alnus. 855
Aloë. 343
Aloides. 543
Alopecuroïdea. 66
Alopecurus. 61
Alpina. 5
Alpinia. 5
Alſinaſtrum. 398
Alſine. 445
Alſinella. 129
Alſines ſpecies. 84. 446
Alſinoïdes. 82
Althæa. 680

Alypum. 88
Alyssi species. 642
Alyssoïdes. 651
Alyssum. 651
Amanita. 966
Amaranthi species. 210. 861
Amaranthoïdes. 233
Amaranthus. 861
Amaryllis. 321
Amberboi. 805
Ambrosia. 859
Ammannia. 117
Ammi. 251
Ammoïdes. 251
Amomum. 2
Amorpha. 689
Ampana. 989
Amygdalus. 473
Anacampseros. 524
Anacampseros. 455
Anacardium. 411
Anacyclus. 791
Anagallidastrum. 108
Anagallidis species. 108
Anagallis. 150
Anagyris. 700
Ananas. 312
Ananthocyclus. 792
Anapodophyllum. 498
Anastatica. 643
Anblatum. 599
Anchusa. 133
Andrachne. 862
Andromeda. 426
Androsace. 143
Androsæmum. 736
Andryala. 743
Anemone. 550
Anemone-Ranunculus. 550
Anemonospermos. 808
Anethum. 281
Angelica. 262
Angelica. 284
Anguina. 839
Anguina. 884
Angurek. 831
Anguria. 886
Anisum. 286
Anona. 547
Anonis. 696
Anonymos. 600
Antanisophyllum. 38
Anthemis. 793
Anthemis. 790
Anthericum. 336
Antirrhinum. 589
Anthoceros. 956
Antholyza. 48
Anthora. 536
Anthospermum. 932
Anthoxanthum. 35
Anthriscus. 274
Anthyllis. 712
Aparine. 98
Aphaca. 707
Aphanes. 123
Aphyllanthes. 348
Apios. 720
Apium. 285
Apocynum. 227
Apocynum. 224
Apocynum aizoïdes. 223
Apocynum scandens. 226
Aponogeton. 844
Aquifolium. 127
Aquilegia. 541
Arabis. 663
Arachidna. 723
Arachidnoïdes. 723
Arachis. 723
Aralia. 303
Araliastrum. 246
Arapahaca. 160
Arbusculæ species. 916
Arbutus. 427
Arctium. 760
Arctopus. 240
Arctotheca. 848
Arctotis. 808
Arenaria. 446
Argemone. 494
Arisarum. 839. 840

Ari-

Ariſtolochia. 835
Armeniaca. 474
Arnica. 784
Artedia. 249
Aro-orchis. 7
Artemiſia. 779
Arum. 840
Aruncus. 915
Arundo. 76
Aſarina. 589
Aſarum. 461
Aſcyrum. 737
Aſcyrum. 736
Aſclepias. 224
Aſparagus. 339
Aſpergillus. 975
Aſperugo. 140
Aſperula. 93
Aſphodelus. 335
Aſplenium. 943
Aſter. 787
Aſteriſcus. 790. 812
Aſterocephalus. 90
Aſteroïdes. 790
Aſteropterus. 787
Aſtragaloides. 721
Aſtragalus. 717
Aſtrantia. 245
Aſtroites. 982
Athamanta. 255
Atractylis. 756
Atractylis. 665
Atraphaxis. 356
Atriplex. 930
Atriplicis ſpecies. 356
Atropa. 180
Avena. 75
Avenacea. 75
Averrhoa. 452
Avicennia. 101
Aurantium. 735
Aureliana. 246
Auricula Urſi. 144
Azalea. 154
Azederach. 418

B.

Baccharis. 781
Baccharis. 769
Badiaga. 979
Ballota. 580
Ballote. 580
Balſamina. 822
Balſamita. 773
Bammia. 682
Banniſteria. 438
Barba Capræ. 915
Barleria. 604
Barreria. 304
Bartſia. 593
Baſella. 124
Bauhinia. 406
Beccabunga. 20
Begonia. 992
Beben. 443
Belladona. 180
Bellidiaſtrum. 784
Bellidioïdes. 788
Bellis. 795
Bellis-leucanthemum. 795
Bellonia. 166
Benzoe. 400
Berberis. 351
Bermudiana. 832
Bernhardia. 866
Beſleria. 619
Beta. 231
Betonica. 571
Betula. 856
Bihahi. 922
Bidens. 776
Bidentis ſpecies. 804
Bignonia. 615
Biſcutella. 649
Biſerrula. 718
Biſtorta. 390
Bixa. 528
Blæria. 104
Blairia. 26
Blaſia. 959
Blattaria. 182
Blitum. 11

Bocconia. 500
Boerhavia. 38
Boletus. 967
Boletus. 969
Bonarota. 21
Bonduc. 997
Bontia. 607
Boraſſus. 989
Borbonia. 694
Borbonia. 400
Borraginoïdes. 137
Borrago. 137
Boſca. 238
Botrytis. 975
Boviſta. 974
Brabejum. 120
Braſſica. 661
Breynia. 503
Briza. 79
Bromelia. 312
Bromoïdes. 74
Bromus. 73
Broſſæa. 1003
Browallia. 628
Brunella. 586
Brunfelſia. 191
Brunia. 208
Bryonia. 889
Bryoniæ ſpecies. 906
Bryonioïdes. 888
Bryum. 949
Bubon. 264
Bucca ferrea. 842
Bucanephyllon. 492
Buccinum. 535
Bucephalon. 1012
Buchnera. 630
Buddleja. 105
Bugloſſoïdes. 138
Bugloſſum. 133. 138. 140
Bugula. 557
Bulbine. 336
Bulbocaſtanum. 252
Bulbocodium. 325
Bunias. 655
Bunium. 252
Buphthalmum. 790
Bupleurioïdes. 242
Bupleurum. 272
Burmannia. 315
Burſa paſtoris. 648
Butomus. 403
Buxus. 854
Byſſus. 975

C.

Caapeba. 995
Cacalia. 783
Cacaliantbemum. 775
Cacao. 734
Cachrys. 258
Cactus. 466
Cæſalpina. 1008
Cæſalpinoïdes. 908
Cainito. 185
Cakile. 658
Calaba. 511
Calamintha. 566
Calamus aromaticus. 346
Calceolus. 830
Calcitrapa. 805
Calcitrapoïdes. 805
Calendula. 807
Calla. 839
Calligonum. 532
Calophyllum. 511
Caltha. 555
Caltha. 807
Camara. 632
Camellia. 684
Cameraria. 220
Cameraria. 82
Campanula. 161
Campecia. 417
Camphora. 400
Camphorata. 44
Campoides. 730
Canna. 1
Cannabis. 901
Cannabis ſpuria. 578
Cannacorus. 1

Capnoides.

Capnoïdes. 685
Capparis. 505
Capraria. 636
Caprifolium. 174
Caprificus. 936
Capſicum. 195
Caraguata. 313
Caraxeron. 233
Cardamindum. 309
Cardamine. 660
Cardiaca. 583
Cardioſpermum. 394
Cardiſpermum. 807
Cardui ſpecies. 762
Carduus. 763
Carelia. 771
Carex. 848
Carex. 848
Carica. 913
Carim-panæ. 989
Carlina. 766
Carlinoïdes. 766
Carpinus. 876
Carpobolus. 974
Carthamoïdes. 765
Carthamus. 765
Carvi. 282
Carum. 282
Caryophyllata. 490
Caryophyllatæ ſpecies. 491
Caryophyllodendron. 510
Caryophyllus. 510
Caryophyllus. 430
Caryophyllus aromaticus. 510
Caryota. 990
Caſia. 893
Caſſia. 408
Caſſida. 587
Caſſine. 290
Caſtanea. 874
Caſtoreæ. 1005
Catanance. 754
Catananche. 754
Cataria. 570
Catesbæa. 100
Caucalis. 248
Cedrus. 917
Celaſtrus. 205
Cellepora. 983
Celoſia. 210
Celſia. 623
Celtis. 924
Cenchramidea. 502
Cenchrus. 927
Centauria. 805
Centaurium majus. 805
Centaurium minus. 236
Centunculus. 108
Cepa. 327
Cephalanthus. 87
Cerafus. 475
Ceratocephaloïdes. 799
Ceratocephalus. 776
Ceratoïdes. 853
Ceratonia. 899
Ceratophyllum. 871
Cerbera. 215
Cercis. 405
Cerefolium. 273
Cereus. 466
Cerinthe. 141
Cerinthoïdes. 141
Ceropegia. 222
Cervaria. 254
Cervi ſpina. 184
Ceſtrum. 188
Chærophyllum. 274
Chærophylli ſpecies. 274
Chamæbuxus. 686
Chamæceraſus. 174
Chamæcriſta. 408
Chamædaphne. 426
Chamædrys. 558
Chamælea. 39
Chamælinum. 306
Chamæmelum. 793
Chamænerion. 377
Chamæpitys. 558
Chamærhododendros. 426
Chamæriphes. 985
Chamærops. 985
Chara. 962

Cheiranthus. 656
Chelidonium. 496
Chelone. 600
Chenopodio-morus. 11
Chenopodium. 230
Cherleria. 441
Chionanthus. 17
Chironia. 190
Chomelia. 167
Chondrilla. 740
Christophoriana. 499
Crysanthemoïdes. 809
Chrysanthemum. 788
Chrysobalanus. 518
Chrysocoma. 770
Chrysocome. 770
Chrysogonum. 810
Chrysophyllum. 185
Chrysosplenium. 387
Cicer. 715
Cichorium. 753
Cicuta. 269
Cicuta. 253
Cicutæ species. 271
Cicutaria. 261. 269
Cinara. 764
Cinchona. 1021
Cinnamomum. 400
Circæa. 19
Cirsii species. 761
Cirsium. 763
Cissampelos. 995
Cistus. 519
Citreum. 735
Citrus. 735
Clandestina. 597
Clathrus. 972
Clavaria. 971
Claytonia. 209
Clematis. 551
Clematis. 834
Clematis species. 438. 995
Clematitis. 551
Cleome. 669
Clerodendrum. 606
Clethra. 424
Cliffortia. 916
Clinopodium. 562
Clitoria. 705
Clitorius. 705
Clusia. 502
Clutia. 921
Clymenum. 707
Clypeola. 650
Cneorum. 39
Cnicus. 806
Coa. 998
Coccus. 988
Cochlearia. 646
Cochleata. 725
Codda-panna. 987
Coffe. 169
Coffea. 169
Coilophyllum. 492
Coix. 847
Colchicum. 360
Collinsonia. 33
Colocasia. 840
Colocynthis. 886
Columnea. 618
Colutea. 722
Coma aurea. 770
Comarum. 489
Commelina. 50
Conferva. 965
Condamin. 1021
Conium. 253
Conocarpodendron. 85. 86
Conocarpus. 173
Consolida. 135
Convallaria. 341
Convólvulo-Tithymalus. 931
Convólvulus. 157
Conyza. 780
Conyzella. 782
Conyzoides. 782
Coral. 688
Corallina. 984
Corallodendron. 688
Corallo-fungus. 971
Coralloïdes. 971
Corallorrhiza. 827

Corallum. 978
Corchorus. 525
Cordia. 1002
Cordylina. 344
Coreopsis. 804
Coriandrum. 270
Coriaria. 458
Corindum. 394
Coris. 183
Corispermum. 10
Cornucopiæ. 56
Cornucopioïdes. 56
Cornus. 110
Cornutia. 633
Corona imperialis. 330
Coronaria. 450
Corona solis. 802
Coronilla. 732
Coronopus. 106
Corrigiola. 299
Corrigiola. 229
Cortusa. 145
Cortusa. 1010
Corydalis. 685
Corylus. 875
Corymbium. 818
Corypha. 987
Costus. 3
Cotinus. 288
Cotula. 792
Cotula. 791
Cotyledon. 454
Courbaril. 1006
Cracca. 708
Craccæ sp. 715
Crambe. 667
Craniolaria. 610
Crassula. 308
Cratægus. 477
Crateva. 506
Crepis. 742
Crepis. 751
Crescentia. 621
Crinum. 324
Crista galli. 591
Cristata. 72
Crithmum. 257
Crocodilium. 805
Crocodilodes. 756
Crocus. 45
Crotalaria. 695
Croton. 866
Crucianella. 95
Cruciata. 928
Cucubalus. 443
Cucularia. 685
Cucumis. 886
Cucurbita. 887
Cujete. 621
Cuminoïdes. 207
Cuminum. 266
Cunila. 576
Cupania. 203
Cupresso-pinulus. 208
Cupressus. 881
Curcuma. 6
Cururu. 393
Cuscuta. 124
Cyanus. 805
Cyatboïdes. 974
Cyclamen. 193
Cydonia. 481
Cymbalaria. 589
Cymbaria. 590
Cynanchum. 226
Cynapium. 271
Cynara. 764
Cynocrambe. 864
Cynoglossoïdes. 137
Cynoglossum. 134
Cynomorium. 845
Cynosurus. 72
Cyperella. 52
Cyperoïdes. 848
Cyperus. 53
Cypripedium. 830
Cysticapnos. 685
Cytisus. 699

D.

Dactylis. 67

Da-

Dalea. 733
Dalechampia. 931
Damasonium. 365
Dantia. 118
Daphne. 379
Datura. 177
Daucus. 250
Delphinium. 535
Dens canis. 332
Dens leonis. 747
Dentaria. 659
Dentariæ affinis. 596
Dentariæ facie. 151
Dianthera. 29
Dianthus. 430
Diapensia. 155
Dichotophyllum. 871
Dictamnus. 412
Diervilla. 171
Digitalis. 614
Dillenia. 544
Dimorphotheca. 807
Diodia. 609
Dioscorea. 907
Diosma. 206
Diospyros. 385
Diototheca. 34
Dipsacus. 89
Dodartia. 603
Dodonæa. 371
Dodonæa. 127
Dolichos. 704
Doria. 785
Doronicis affinis. 757
Doronicum. 784
Dorstenia. 116
Dortmanna. 820
Dorycnium. 711
Draba. 653
Dracocephalum. 574
Dracocephalus. 574
Dracontium. 841
Dracunculoïdes. 347
Dracunculus. 840
Drosera. 307
Dryadæa. 491
Dryas. 491
Drypis. 442
Duglassia. 637
Duranta. 1005

E.

Ecbolium. 22
Echinophora. 1017
Echinophora. 248
Echinops. 759
Echinopus. 759
Echioïdes. 138
Echium. 139
Elæagnus. 119
Elate. 986
Elaterium. 885
Elatine. 398
Elatine. 589
Elephantopus. 755
Elephas. 591
Elichrysum. 778
Elvela. 970
Emerus. 732
Empetrum. 935
Ephedra. 919
Ephemerum. 316
Epidendrum. 831
Epilobium. 377
Epimedium. 109
Equisetum. 937
Eresia. 152
Erica. 378
Ericæ species. 426
Erigeron. 782
Erinaceus. 968
Erinus. 629
Eriocephalus. 815
Eriocephalus. 763
Eriocaulon. 81
Eriophorum. 55
Eriophorus. 743
Erucago. 655
Ervi species. 404
Ervum. 714
Eryngium. 241

Ery-

Eryſimum. 664
Erythrina. 688
Erythronium. 332
Eſchara. 980
Eſculus. 367
Eſula. 517
Ethuſa. 271
Eugenia. 467
Euonymoides. 205
Euonymus. 111
Eupatoriophalacron. 799
Eupatorium. 772
Euphorbia. 517
Euphorbium. 517
Euphraſia. 594

F.

Faba. 708
Fabago. 415
Fagonia. 421
Fagopyrum. 392
Fagus. 874
Falcaria. 263
Falcata. 725
Ferrum equinum. 729
Ferula. 259
Feſtuca. 74
Feſtuca. 73
Fevillea. 890
Ficaria. 554
Ficoidea. 539
Ficoides. 540
Ficus. 936
Filago. 778
Filipendula. 483
Flos cardinalis. 820
Fluvialis. 843
Fœniculum. 281
Fœnum græcum. 724
Fontinalis. 952
Fragaria. 486
Franca. 423
Frangula. 184
Frangulæ ſpecies. 289
Frankenia. 423
Fraxinella. 412
Fraxinus. 933
Fritillaria. 330
Frutex ulmi facie. 112
Fuchſia. 1009
Fucus. 963
Fumaria. 685
Fungoidaſter. 970
Fungoides. 970. 971
Fungoidis ſpecies. 970. 973

G.

Galanthus. 317
Gale. 896
Galega. 692
Galenia. 388
Galeobdolon. 583
Galeopſis. 578
Galeopſis. 577. 579
Galium. 97
Gallium. 97
Garcinia. 470
Garidella. 440
Geaſter. 974
Genipa. 168
Geniſta. 691
Geniſta. 690
Geniſtæ ſpecies. 701
Geniſta-ſpartium. 701
Geniſtella. 691
Gentiana. 236
Geranium. 673
Gerardia. 605
Gerbera. 757
Geſnera. 602
Geſneria. 602
Gethyllis. 460
Geum. 490
Geum. 434
Gladiolus. 47
Glaucis ſpecies. 118. 354
Glaucium. 496
Glaucoides. 213. 354
Glaux. 213
Glaux. 717

Glechoma. 568
Gleditsia. 908
Globularia. 88
Gloriosa. 334
Glycine. 720
Glycyrrhiza. 726
Gmelina. 1019
Gnaphalium. 778
Gnaphalodes. 816
Gomphrena. 233
Gossypium. 678
Gramen junceum. 106
Graminifolia. 844
Granadilla. 834
Gratiola. 25
Grewia. 838
Griflea. 372
Gronovia. 199
Grossularia. 202
Gruinalis. 673
Guajacana. 385
Guajacum. 410
Guajava. 468
Guanabanus. 547
Guazuma. 734
Guidonia. 1004
Guilandina. 997
Gundelia. 758

H.

Hacub. 758
Hæmanthus. 347
Hæmatoxylum. 417
Halleria. 601
Hamamelis. 125
Harmala. 520
Hebenstretia. 639
Hedera. 200
Hedera terrestris. 568
Hediunda. 188
Hedypnois. 752
Hedysarum. 727
Heisteria. 687
Helenia. 796
Heleniastrum. 795
Helenium. 787
Helianthemum. 519
Helianthus. 802
Helichrysoïdes. 778
Helichrysum. 778
Helicteres. 837
Heliocarpos. 530
Heliotropium. 130
Heliotropium. 802
Helleborine. 825
Helleborus. 556
Helminthotheca. 745
Helxine. 392
Hemerocallis. 345
Hemionitis. 944
Henna. 373
Hepatica. 548
Hepatica. 954
Heracleum. 277
Herba paris. 396
Hermannia. 670
Herminium. 826
Hermodactylus. 49
Hernandia. 993
Herniaria. 228
Hesperis. 657
Heuchera. 235
Hibiscus. 681
Hieracium. 741
Hieracioides. 742
Hippocastanum. 367
Hippocratea. 998
Hippocrepis. 729
Hippomane. 994
Hippophae. 894
Hippuris. 9
Hippuris. 962
Hirtella. 40
Holcus. 925
Holosteum. 301
Hordeum. 80
Horminum. 567
Horminum. 30
Hottonia. 148
Houstonia. 96
Hugonia. 456

Hu-

Humulus. 902
Hura. 1013
Hyacinthus. 342
Hyacinthus stellaris. 337
Hydnum. 968
Hydrangæa. 435
Hydroceratophyllum. 871
Hydrocharis. 911
Hydrocotyle. 243
Hydrophace. 960
Hydrophyllum. 151
Hymenæa. 1006
Hyoscyamus. 178
Hyoseris. 746
Hypecoum. 126
Hypericoïdes. 737
Hypericum. 736
Hypnum. 950
Hypochoeris. 744
Hypocistis. 461
Hypophyllocarpodendron. 85
Hypopitys. 414
Hyssopus. 565
Hysterophorus. 860

I.

Jabotapita. 1000
Jacea. 805
Jacobæa species. 785. 786
Jacobæastrum. 813
Jacobæoides. 785
Jalapa. 175
Jan-Raja. 906
Jasione. 819
Jasmini species. 1014
Jasminoides. 187
Jasminoidis species. 188
Jasminum. 13
Jatropha. 867
Iberis. 647
Icaco. 518
Illecebrum. 229
Ilex. 127
Ilex. 872
Impatiens. 822
Imperatoria. 276
Inga. 522
Indigo. 692
Jonthlaspi. 650
Ipomæa. 158
Iris. 49
Isatis. 668
Ischæmum. 1018
Isis. 978
Isnardia. 118
Isopyrum. 533
Isora. 837
Itea. 198
Iva 558
Juglans. 873
Juncago. 359
Juncoides. 349
Juncus. 349
Jungermannia. 955
Juniperus. 617
Justicua. 422
Jussievia. 867
Justicia. 22
Ixia. 46
Ixora. 101

K.

Kæmpferia. 7
Kali. 232
Karatas. 312
Katovindel. 986
Kempfera. 26
Keratophyton. 977
Ketmia. 681
Kiggelaria. 914
Kleinia. 775
Knautia. 91
Knawel. 432
Kodda-pail. 836

L.

Laburnum. 699
Lachnæa. 382
Lacryma Job. 847

Lactuca. 739
Lagœcia. 207
Lagopus. 713
Lagurus. 66
Lamium. 577
Lampsana. 752
Lancisia. 792
Lantana. 632
Lapathum. 357
Lappa. 760
Lapsana. 752
Larix. 880
Laserpitium. 260
Lathræa. 597
Lathyrus. 707
Lavatera. 677
Lavandula. 564
Laurentia. 820
Lauri species. 914
Laurocerasus. 476
Laurus. 400
Lawsonia. 373
Ledum. 428
Ledum. 426
Lemna. 960
Lens. 715
Lentibularia. 24
Lenticula. 960
Leontice. 340
Leontodon. 747
Leontodontoides. 746
Leontopetalon. 340
Leonurus. 583
Lepidium. 645
Lepidocarpodendron. 85
Leucadendron. 85
Leucanthemum. 788
Leucojum. 318
Leucoium. 656
Levisticum. 261
Lichen. 958
Lichen. 954
Lichenastrum. 955
Lichenoides. 958
Ligusticum. 261
Ligustrum. 14
Liliastrum. 345
Lilio-asphodeli species. 324
Lilio-asphodelus. 345
Lilio-fritillaria. 330
Lilio-hyacinthus. 337
Lilio-narcissus. 321
Lilium. 329
Lilium convallium. 341
Limnopeuce. 9
Limodorum. 829
Limodorum. 823
Limon. 735
Limonium. 305
Limosella. 626
Linagrostis. 55
Linaria. 589
Linnæa. 624
Linocarpon. 306
Linum. 306
Lirium. 329
Lippia. 625
Liquidambar. 878
Liriodendrum. 545
Lithophyton. 977
Lithospermum. 132
Lithoxylum. 977
Lobelia. 820
Lœselia. 638
Loliacea. 77
Lolium. 77
Lonchitis. 941
Lonicera. 174
Lonicera. 353
Loranthus. 353
Lotus. 710
Luffa. 885
Ludwigia. 113
Lunaria. 652
Lunularia. 954
Lupinaster. 713
Lupinus. 693
Lupulinum. 713
Lupuli species. 931
Lupulus. 902
Luteola. 534
Lychnidea. 156

Lychni-

Lychnidis species. 449. 450
Lychnis. 451
Lychni - Scabiosa. 91
Lycium. 187
Lycium. 100
Lycogala. 976
Lycoperdastrum. 974
Lycoperdoïdes. 974
Lycoperdon. 974
Lycopersicon. 196
Lycopodioïdes. 953
Lycopodium. 953
Lycopsis. 138
Lycopus. 27
Lysimachia. 149
Lythrum. 463

M.

Madrepora. 982
Magnolia. 546
Majorana. 563
Malacoïdes. 683
Malope. 683
Malpighia. 437
Malva. 676
Malva. 679
Malvaviscus. 681
Malvinda. 674
Malus. 481
Mammea. 512
Mamei. 512
Mançanilla. 994
Mandragora. 181
Mangles. 462
Mangostans. 470
Manihot. 867
Maranta. 4
Marchantia. 954
Marcgravia. 507
Marrubiastrum. 576
Marrubium. 581
Marsilea. 961
Martynia. 611
Martyniæ species. 610
Matricaria. 789
Matthiola. 999
Maurocenia. 289
Mays. 846
Medeola. 361
Medica. 725
Medicago. 725
Melampodium. 811
Melampyrum. 595
Melanoschœnus. 53
Melanthium. 1015
Melanthium. 542
Melastoma. 429
Melia. 418
Melianthus. 641
Melica. 64
Melilotus. 713
Melissophyllum. 575
Melissa. 566
Melissæ species. 567
Melittis. 575
Melo. 886
Melocactus. 466
Melochia. 672
Melongena. 196
Melopepo. 887
Melothria. 43
Menispermum. 362
Mentha. 572
Menthastrum. 572
Mentzelia. 516
Menyanthes. 147
Mercurialis. 910
Mesembryanthemum. 540
Mespilus. 480
Mesua. 513
Methonica. 334
Meum. 255
Michelia. 399
Michelia. 322
Michelia. 1019
Microleuconymphæa. 911
Micropus. 816
Milium 63
Millefolium. 794
Millepora. 980
Milleria. 814

Mimosa. 522
Mimosæ species. 728
Mirabile. 175
Mirabilis. 175
Mitella. 433
Mitella. 235
Mitra. 234
Mitreola. 234
Moeringia. 386
Moldavica. 574
Molle. 991
Mollugo. 84
Molucca. 582
Moluccella. 582
Moly. 326
Momordica. 885
Monarda. 32
Mombin. 402
Monilifera. 809
Monorchis. 826
Monospermalthæa. 671
Monotropa. 414
Montia. 82
Montia. 530
Morina. 34
Morinda. 170
Morisona. 504
Morocarpus. 11
Morsus ranæ. 911
Morus. 857
Moschatellina. 397
Mucilago. 976
Mucor. 976
Muntingia. 501
Murucuja. 834
Musa. 922
Muscari. 342
Muscoides. 955
Myagrum. 642
Myosotis. 131
Myosotis. 448
Myosuri species. 311
Myosuroidea. 61
Myosuros. 311
Myosurus. 311
Myrica. 896
Myriophyllum. 870
Myristica. 1016
Myrobatindum. 632
Myrrhidis species. 273
Myrrhis. 274
Myrsine. 192
Myrtus. 471

N.

Najas. 843
Napellus. 536
Narcisso-leucoji species. 317
Narcisso-leucojum. 318
Narcissus. 319
Nardus. 57
Nasturtium. 645
Natrix. 696
Nelumbo. 493
Neottia. 827
Nepenthes. 833
Nepeta. 570
Nerium. 218
Neurada. 420
Nhandiroba. 890
Nicotiana. 179
Nidus avis. 827
Nigella. 542
Ninsi. 246
Nindsin. 263
Niruri. 851
Nux. 873
Nux moscata. 1016
Nyctanthes. 12
Nymphæa. 493
Nympboides. 147
Nyssa. 912

O.

Obeliscotheca. 803
Obularia. 620
Ochna. 1000
Ocbrus. 706
Ocimum. 573
Odontitis. 594

Oenanthe. 267
Oenothera. 376
Oldenlandia. 114
Olea. 16
Omphalodes. 134
Onagra. 376
Onagræ species. 297
Onobrychis. 727
Ononis. 696
Onopordum. 762
Ophioglossum. 939
Ophris. 828
Ophrys. 828
Opulus. 293
Opuntia. 466
Opuntioides. 984
Orchis. 823
Oreoselinum. 254
Origanum. 563
Origanum spurium. 32
Ornithogalum. 338
Ornithogali species. 337
Ornithopodium. 731
Ornithopus. 731
Ornus. 933
Orobanche. 596
Orobanchoïdes. 414
Orobus. 709
Orvala. 584
Oryza. 355
Osmunda. 938
Osteospermum. 809
Ostrya. 876
Osyris. 893
Othonna. 813
Ovieda. 617
Oxalis. 453
Oxycoccus. 384
Oxyoïdes. 453
Oxys. 453

P.

Padus. 476
Pæderota. 21
Pæonia. 531
Paliuro affinis. 637
Paliurus. 184
Pancratium. 320
Panicastrella. 927
Panicea. 62
Panicum. 62
Papaver. 495
Papaya. 913
Papia. 584
Parietaria. 929
Paris. 396
Parkinsonia. 407
Parnassia. 302
Panax. 246
Paronychia. 228
Paronychiæ affinis. 96
Paronychiæ species. 229
Partheniastrum. 860
Parthenium. 860
Passerina. 381
Passiflora. 834
Pastinaca. 279
Pastinaca. 250
Patagonica. 153
Patagonula. 153
Pavia. 368
Paullinia. 393
Pedicularis. 592
Pedicularis species. 591. 592
Peganum. 520
Pelecinus. 718
Penæa. 103
Penæa. 686
Pentagonotheca. 897
Pentaphylloïdes. 487
Pentapterophyllum. 870
Penthorum. 457
Peplis. 354
Pepo. 887
Percepier. 123
Pereskia. 466
Perfoliata. 272
Periclymenum. 174
Periploca. 225
Persea. 400

Persica.

Perſica. 473
Perſicaria. 389
Pervinca. 217
Petaſites. 783
Petilium. 330
Petiveria. 364
Petrea. 622
Peucedanum. 256
Peziza. 973
Phaca. 721
Phalangium. 336
Phalaris. 59
Phalaroïdea. 59
Phalaroïdis ſpecies. 70
Phalloboletus. 969
Phallus. 969
Pharnaceum. 300
Phaſeoli ſpecies. 705
Phaſeolus. 703
Phellandrium. 268
Phelypæa. 598
Philadelphus. 479
Philyca. 189
Phillyrea. 15
Phillyreæ ſpecies. 290
Phillyreaſtrum. 170
Phleum. 60
Phlomus. 585
Phlox. 156
Phœnix. 986
Phyllanthus. 851
Phyllis. 242
Phyſalis. 197
Phyteuma. 162
Phytolacca. 459
Phytolaccæ ſpecies. 121
Picris. 745
Piloſella. 741
Pilularia. 961
Pimpinella. 283
Pimpinella. 868
Pimpinellæ ſpecies. 107
Pinaſtrella. 9
Pinguicula. 23
Pinguin. 312
Pinus. 879
Piper. 36
Piſonia. 897
Piſtachia. 898
Piſtia. 836
Piſum. 706
Pittonia. 142
Plantaginella. 626
Plantago. 106
Platanocephalus. 87
Platanus. 877
Plinia. 521
Pluknetia. 996
Plumbago. 176
Plumeria. 219
Poa. 69
Podagraria. 284
Podophyllum. 498
Poinciana. 409
Polemonium. 159
Polianthes. 323
Polifolia. 426
Polium. 558
Polyacantha. 763
Polycnemum. 44
Polygala. 686
Polygaloïdes. 686
Polygonatum. 341
Polygonifolia. 299
Polygonoïdes. 532
Polygonum. 391
Polypodium. 945
Polyporus. 967
Polytrichum. 948
Pontederia. 322
Populago. 555
Populus. 909
Porophyllum. 775
Porrum. 328
Portula. 354
Portulaca. 523
Potamogeton. 128
Potamopithys. 398
Potentilla. 487
Poterium. 868
Praſium. 588
Prenanthes. 738

Primula. 144
Primula veris. 144
Prinos. 352
Protea 86
Provenzalia. 839
Prunus. 474
Pseudoacacia. 702
Pseudochamæpitys. 565
Pseudocyperus. 52
Pseudodictamnus. 581
Pseudo-Fumaria. 685
Pseudogelseminum. 615
Pseudomarum. 558
Pseudomarrubium. 27
Pseudomelissa. 574
Pseudoruta. 374
Pseudoviburnum. 632
Psidium. 468
Psoralia. 716
Psyllium. 106
Ptarmica. 794
Ptelea. 112
Pteris. 940
Pterocephalus. 90
Pulmonaria. 136
Pulsatilla. 549
Punica. 469
Pulegium. 572
Pyrola. 425
Pyrus. 481

Q.

Quamoclit. 158
Quercus. 872
Quinquefolium. 487
Quinquina. 1021

R.

Radicula. 666
Radiola. 306
Rajania. 906
Randia. 1014
Ranunculi species. 365. 553 554
Ranunculoides. 554
Ranunculus. 554
Rapa. 661
Raphanus. 658
Raphanistrum. 658
Rapistrum. 667
Rapunculus. 162
Rapuntium. 820
Rauvolfia. 216
Renealmia. 314
Reseda. 534
Rhabarbarum. 401
Rhagadioloides. 752
Rhagadiolus. 752
Rhagrostis. 10
Rhamnoides. 894
Rhamnus. 184
Rhaponticoides. 805
Rhaponticum. 805
Rheedea. 1011
Rheum. 401
Rhexia. 375
Rhinanthus. 591
Rhizophora. 462
Rhodia. 934
Rhodiola. 934
Rhus. 287
Ribes. 202
Ribesium. 202
Riccia. 957
Richardia. 350
Ricinocarpos. 865. 910
Ricinoides. 866
Ricinus. 883
Rivina. 121
Rivinia. 121
Robinia. 702
Roella. 164
Royena. 436
Royenia. 638
Rojoc. 170
Rondeletia. 165
Rosa. 484
Rosmarinus. 31
Ros solis. 307
Rubeola. 95
Rubia. 99

Rubus. 485
Rudbeckia. 803
Rudbeckia. 173
Ruellia. 616
Rumex. 357
Rumpsia. 41
Ruppia. 842
Rufcus. 920
Ruta. 374

S.

Sabina. 917
Saccharum. 58
Sagina. 129
Sagitta. 869
Sagittaria. 869
Sagitariæ similis. 322
Salicaria. 463
Salicornia. 8
Salix. 892
Salsa. 361
Salsola. 232
Salvia. 30
Salvia fatua. 585
Salvinia. 961
Sambucus. 294
Samyda. 1004
Samoloides. 637
Samolus. 172
Sanguinaria. 497
Sanguiforba. 107
Sanicula. 244
Santalum. 383
Santolina. 769
Santolinoides. 791
Sapindus. 395
Saponaria. 431
Sapota. 1001
Sarcocolla. 103
Sarracena. 492
Sassafras. 400
Satureja. 561
Satyrium. 824
Saururi species. 36
Saururus. 363
Sauvagea. 526
Saxifraga. 434
Scabiosa. 90
Scandix. 273
Scheuchzeria. 358
Schinus. 991
Schoenus. 52
Schænanthus. 1018
Schunda-pana. 990
Schwalbea. 608
Scilla. 337
Scirpocyperus. 54
Scirpoïdes. 848
Scirpus. 54
Sclarea. 30
Scleranthus. 432
Scolymus. 750
Scordium. 558
Scorodoniæ species. 26
Scorodoprasum. 328
Scorpioïdes. 730
Scorpiurus. 730
Scorpiurus. 131. 731
Scorzonera. 748
Scorzoneroïdes. 748
Scrophularia. 612
Scutellaria. 587
Sebestena. 1002
Secale. 79
Secalina. 79
Securidaca. 698
Securidaca. 732
Sedum. 455
Sedi species. 83. 465
Selaginoïdes. 953
Selago. 627
Selago. 953
Selinum. 254
Sempervivum. 465
Senecio. 786
Senecionis species. 782
Senna. 408
Serapias. 825
Seriania. 393
Serpyllum. 560
Serratula. 761

Sertu-

Sertularia. 984
Sesamoïdes. 534
Sesamum. 613
Seseli. 275
Sherardia. 92
Sherardia. 26. 388
Sibaldia. 310
Sicyoïdes. 888
Sicyos. 888
Sida. 674
Sideritis. 569
Sideroxylum. 186
Sigesbeckia. 798
Silene. 444
Siler. 261
Siliqua. 899
Siliquastrum. 405
Silphium. 812
Siphonanthemum. 1020
Siphonanthus. 1020
Silybum. 763
Sinapi. 662
Sinapis. 662
Sinapistrum. 669
Sisarum. 263
Sison. 265
Sisymbrium. 666
Sisyrinchium. 832
Sisyrinchium. 49
Sium. 263
Sloanea. 527
Sloana. 527
Smilacis species. 341
Smilax. 904
Smyrnium. 280
Solanoïdes. 121
Solanum. 196
Soldanella. 146
Solidago. 785
Sonchus. 751
Sophora. 404
Sorbus. 478
Sorgum. 925
Sparganium. 849
Spartium. 690
Spartium. 691
Spergula. 448
Spergulæ species. 431
Spermacoce. 94
Sphæranthus. 817
Sphagnum. 951
Sphondylium. 277
Spigelia. 160
Spinacia. 900
Spiræa. 482
Spiræa. 206
Spondias. 402
Spongia. 979
Squamaria. 599
Stachyarpagophora. 210
Stachys. 579
Staehelina. 767
Stapelia. 223
Staphisagria. 535
Staphylæa. 296
Staphylinus. 250
Staphylodendron. 296
Staphylodendri species. 436
Statice. 305
Stellaria. 10
Stellaris. 338
Stoechas. 564
Stoebe. 768
Stramonioides. 177
Stramonium. 177
Stratiotes. 543
Stratiotes. 148. 911
Struthia. 380
Strychnus. 194
Styrax. 472
Suber. 872
Subularia. 644
Succisa. 90
Suillus. 967
Suriana. 309
Symphoricarpos. 174
Symphytum. 135
Syringa. 18
Syringa. 479
Swertia. 237

T.

Tabernæmontana. 221
Tagetes. 801
Tamarindus. 42
Tamariſcus. 295
Tamarix. 295
Tamus. 905
Tamnus. 905
Tanacetum. 773
Tapia. 506
Taraxaconaſtrum. 746
Taraxaconoides. 747
Tarchonanthus. 860
Taxus. 918
Telephiaſtrum. 524
Telephioïdes. 862
Telephium. 298
Tenga. 988
Terebinthus. 898
Ternatea. 705
Tetracera. 537
Tetragonia. 538
Tetragonocarpos. 538
Tetragonotheca. 800
Tetrabit. 578
Teucrium. 558
Thalia. 1010
Thalictrum. 552
Thapſia. 278
Thea. 509
Theligonum. 864
Theobroma. 734
Theophraſta. 152
Theſium. 212
Thevetia. 214
Thlaſpi. 648
Thlaſpi ſpecies. 647
Thlaſpidium. 649
Thuya. 882
Thymbra. 561
Thymelæa. 379
Thymus. 560
Thyſſelinum. 254
Tilia. 508
Tillæa. 83
Tillandſia. 313
Tinus. 291
Titanokeratophyton. 977
Tithymaloides. 517. 775
Tithymalus. 517
Toluifera. 413
Tordylium. 247
Tormentilla. 488
Tournefortia. 142
Tournefortia. 932
Toxicodendron. 287
Tozzia. 631
Trachelium. 163
Tradeſcantia. 316
Tragacantha. 719
Tragia. 852
Tragopogon. 749
Tragopogonoides. 749
Tragoſelinum. 283
Trapa. 115
Tremula. 70
Trewia. 515
Tribulaſtrum. 420
Tribuloides. 115
Tribulus. 419
Trichomanes. 947
Trichoſanthes. 884
Trichoſtema. 559
Tridax. 797
Trientalis. 366
Trifoliaſtrum. 713
Trifolium. 713
Triglochin. 359
Trigonella. 724
Trionum. 682
Triopteris. 439
Trioſteoſpermum. 174
Triphylloides. 713
Triticea. 78
Triticum. 78
Triumfetta. 529
Tropæolum. 369
Tſubaki. 684
Tuberoſa. 323
Tubipora. 981
Tubularia. 981

Tuſſ-

Tulipa. 331
Tulipifera. 545
Tuna. 466
Tunica. 430
Turnera. 297
Turritis. 665
Tussilago. 783
Typha. 850
Typhoidea. 60

V.

Vaccinium. 384
Valantia. 928
Valdia. 617
Valeriana. 37
Valerianella. 37
Valerianellæ species. 242
Valerianelloides. 26
Valerianoides. 37. 240
Vallisneria. 891
Vallisneroides. 891
Vanilla. 831
Vateria. 514
Vella. 654
Veratrum. 923
Verbascum. 182
Verbena. 26
Verbesina. 799
Vernix. 287
Veronica. 20
Veronicæ species. 26
Vesicaria. 394. 651
Viburnum. 292
Vicia. 708
Vinca. 217
Viola. 821
Virga aurea. 785
Virga sanguinea. 110
Viscago. 444
Viscum. 895
Visnaga. 250
Vitex. 634
Viticella. 551
Vitis. 201
Vitis idæa. 384
Ulex. 701
Ulmaria. 483
Ulmus. 239
Ulva. 964
Unifolium. 341
Uniola. 71
Volkameria. 637
Volubilis. 157
Urena. 675
Urtica. 853
Utricularia. 24
Utrinque serrata. 718
Uva ursi. 427
Uvularia. 333
Vulneraria. 712

W.

Waltheria. 671

X.

Xanthium. 858
Xeranthemoides. 777
Xeranthemum. 777
Ximenia. 1007
Xiphion. 49
Xylon. 204
Xylon. 678
Xylosteum. 174
Xyris. 51

Y.

Yerva mora. 238
Yucca. 344

Z.

Zacintha. 752
Zannichellia. 844
Zanonia. 903
Zanonia. 50
Zea. 846
Zizania. 863
Ziziphora. 28
Ziziphus. 184
Zygophyllum. 415

Catal. Libr. qui proſtant in Officina CONRADI WISHOFF, & GEORGII JACOBI WISHOFF, CONR. FIL.
Quorum maximam partem vel ipſimet impreſſerunt, vel jure Emtionis poſſident.

Albini (Bernh. Siegf.) Hiſtoria Muſculorum Hominis, c. f. 4to.
——— Oratio in Obitum Rau (Joh. Jac.) 4to.
Artedi (Petri) Opera Omnia de Piſcibus. 8vo.
Aureliani (Cælii) de Morbis Acutis & Chronicis Lib. VIII. c. n. & Animad. Amman. (J. C.) & Almeloveen (T. Janſſ. c. f. 4to.
Bachſtrom (Joh. Fred.) Obſerv. circa Scorbutum, & nova Æſtus Marini Theoria ex principiis Phyſico-Mathemat. &c. c. f. 8vo.
Batei (Georgii) Pharmacopœia. 8vo.
Berengarii (Jac.) de Fractura Cranii. c. f. 8vo.
Bengelii (Jo. Alb.) Defenſio Nov. Teſt. Græci. 8vo.
Berneri (Gottl. Ephrim) Exercitatio Phyſico-Medica de Efficacia & uſu æris mechanico in corpore humano. 8vo.
Branchu (B.) Obſervationes ad Jus Romanum V. Ill. Leibnitius contra V. Cl. Barbeyraccium. 2 voll. 8vo.
Burmanni (Petri) Vectigalia Populi Romani, & ΖΕΥΣ ΚΑΤΑΙΒΑΤΗΣ ſive Jupiter Fulgerator in Cyrrheſtarum Nummis. 4to.
——— ——— Oratio pro Literatoribus & Grammaticis. 4to.
——— ——— Bateſteinum in Concione Academia Celeb. 4to.
Camariotæ (Matth.) Orationes II. in Plethonem de Fato Lat. reddidit Reimarus (Herm. Sam.) c. Præf. Fabricius (J. Alb.) 8vo.
Catonis (Dionuſii) Diſticha de Moribus ad filium ad MSS. Codices & emend. Ed. nec non Senecæ (L. Annæi) Sententiæ. 8vo.
Celſus (Olavus) Melones Ægyptii ad Iſraëlitis Deſiderati Num. Cap. XI. v. 5. 8vo.
Chef d'Oeuvre de Correſpondances. 8vo.
Cockburn Virulentæ Gonorrhœæ Symptomata, natura, cauſa, & Curationis. 8vo.
Courcelles (Dav. Corn. de) Icones Muſculorum Plantæ pedis eorumque Deſcriptio c. f. 4to.
Coſterus (Bernh.) Hiſtoriſch Verhaal, van de Republique van Holland ende Weſt-Vrieſland, &c. voorgevallene in de Jaaren 1672. en 1673. &c. 4to.
Crameri (Joa. Andr.) Elementa Artis Docimaſticæ duobus Tom. comprehenſa, quor. prior Theoriam Poſterior Praxin, 8vo. c. f. Ed. altera. priori Auctior. ſub prelo eſt.
Crenius (Thomas) Theſaurus Librorum Philologicorum & Hiſtoricorum. 2 vol. 8vo.
——— ——— Exercitatio V. de Libris ſcriptoribus optimis & utiliſſimis. 8vo
Dictionaire Mathematique, ou Idée Generale des Mathematiques. Ozanam (par M.) avec fig. 4to.
Douglas (Jac.) Lateralis Operationis Hiſtoria &c. 4to.
——— ——— Appendix ſive Cyſtotomia Cheſeldeniana. Ed. in L. Lat. Condoidi (Panajota) c. f. 4to.
Drelincurtii (Caroli) Opuſcula Medica, Omnia. 4to.

Elſner (Jac.) de Lege Moſis per Angelos data. 4to.
Fabricii (Hieron.) ab Aquapendente Opera Chirurgica, c. f. fol.
Favoriti Norici Obſervationes Gundlingii (ad Nic. Hier.) Diſcurſus de Republica Hollandica. &c. 8vo.
Fuller (Thomas) Pharmacopœia Extemporanea, &c. 8vo.
Gagliardi (Domin.) Anatome Oſſium nov. inventis illuſt. c. f. 8vo.
Gaubii (Hier. Dav.) de Methodo Concinnandi formulas Medicamentorum. 8vo.
——— ——— Oratio de Chemiam artibus Acad. Jure inſer. 4to.
Gebri Ghymia. c. f. 8vo.
Guidotius (Thomas) Theophili de Urinis. 8vo.
Gulich (Juſti Arn.) Meditationes Theor.-Practicæ de Furore Hæmorrhoïdum internarum, &c. 8vo.
Gutberlethi (T.) de Saliis Martis Sacerd. apud Romanos. c. f. 8vo
Hackmanni (Dithmari) Præcidanea Sacra, ſive Animadverſ. Philologico-Criticarum, &c. 8vo.
Harris (Gualth.) de Morbis Acutis infantum. 8vo.
Hartſoeker (par Nic.) Recueil de pluſieurs pieces de Phyſique, du Syſtème de Mr. Newton. avec fig. 12mo.
Heinecci (Jo. Gottl.) ad Legem Juliam & Papiam poppæam Commentarius, 4to.
Hermanni (Jac.) Phoronomia, ſive de Viribus & Motibus Corporum ſolidorum & fluidorum c. f. 4to.
Hermanni (Pauli) Muſæum Zeylanicum, ſive Catalogus Plantarum, in Zeylana ſponte Naſcentium, &c. 8vo.
Hulewietz (Alex. Gabr. de Woiutyn) Notæ Characteriſticæ Conjugationum Linguæ Sanctæ, &c. c. Laud. V. Cl. Schultens (Alb.) 8vo.
Jackſon (Joſephi) Enchiridion Medicum Theor.-Practic. 12mo.
Leenhof (Th. Jac. de) Enchiridium Medico-Practicum. 8vo.
Linder (Joh.) Exercit. de Venenis &c. in 12mo.
Linnæi (Car.) Claſſes Plantarum. 8vo.
——— ——— Critica Botanica in qua Nomina Plantarum Generica, ſpecifica, & variantia examini ſubjiciuntur, &c. 8vo.
Lilienthal (D. H. M. Mich.) Thoorns-Bloedbadt en Treur-Tooneel der Stad Thoorn. 8vo.
——— (M. Theod. Chriſtoph.) Schediaſma Hiſt. Theol. de Canone Miſſæ Gregoriano. &c. 8vo.
Liſter (Martini) Octo Exercitationes Medicinales &c. 8vo.
Lucani (M. Annæi) Pharſalia cum Commentario P. Burmanni. 4to
Ludeen (Jac.) de Lithogeneſia Macro- & Microcoſmi, 12mo.
Lyſeri (M.) Culter Anatomicus. c. Præf. Bartholini (Th.) c. f. 8vo.
Mackenzii (G.) de Humanæ Ratiocinationis imbecillitate, &c. 8vo.
——— ——— Defenſio Antiquitatis Regalis Scotorum proſapiæ, &c. 8vo.
Magii (Hieron.) de Tintinnabulis. Notis Illuſt. Sweertius (Franc.) acced. Magii de Equuleo c. n. Jungermanni (G.) 12mo. c. f.
Martialis (M. Valerii) Epigrammata, Paraphraſi & Notis Variorum Selectiſſimis, ad uſum Sereniſſ. Delphini, Illuſt. Smids (Lud.) c. f. 8vo.

Mead (Richardi) Oratio Anniversaria Harveiana adjecta est Dissertatio de Nummis quibusd. a Smyrnæis in Medicorum honorem percussis. c. f. 8vo.

Neri (Ant.) de Arte Vitraria Lib. VII. cum not. & Observat. Merretti Christoph. c. f. 12mo.
Nicolai (Joh.) de Synedrio Ægyptiorum, &c. c. f. 8vo.
Nouveaux Elemens des Mathematiques ou Principes Generaux de Toutes les Sciences, Prestet (par Jean) 2 vol. 4to.
Oudin (P. Casimiri) Veterum aliquot Galliæ & Belgii Scriptorum Opuscula Sacra. c. f. 8vo.
Papa (Jos. del) Exercitatio de Præcipuis Humoribus, qui humano in corpore reperiuntur, &c. acc. Barbati (Hier.) Exercitatio de Sanguine & ejus sero. 8vo.
Pape (A. de) Observationes ad Consilia JCtor. Batavicorum 2 vol. 12
Plethonis Libellus de Fato. ejusdemque & Bessarionis Cardinalis Episf. Amœbææ de eodem Argumento. 8vo.
Poetæ Latini Minores sive Gratii falisci cynegeticon, M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon e ejusdem Eclogæ IV. &c. curante Burmanno (Petro) 2 vol. 4to.
Prolegomena ad Novi Testamenti Græci Edit. Accurat. 4to.
Ptolomæi Cl. Tabulæ Geographicæ. fol.
Rachelii (Sam.) Introductio ad Jus Publicum Germanicum, &c. 12mo.
Ruhtag (Adolphi) Gazophylacium Lugdunensis. 4to.
Ruschat (Abrah.) Grammatica Hebraica, 8vo.
Schultens (Alb.) Animadvers. Philol. & Criticæ ad Varia loca Vet Test. 8vo.
Senguerdii (Wolferd.) Rationis a que Experientiæ Connubium, Continens Experimentorum Phys. Mechanicorum, Hydrostaticorum, aliorumque &c. acced. ejusd. D squisitio de Tarantula. c. f. 8vo.
Serenius (Jac.) Examen Harmoniæ Religionis Ecclesiæ Lutheranæ & Anglicanæ. 8vo.
Swammerdammii (Johan.) de Respiratione usuq. Pulmonum. cui subj. est Haller (D. Alberti) de Diaphragmatis Musculis. c. f. 4to.
——— Miraculum Naturæ sive Uteri Muliebris Fabrica, c. n. Horne (D. J. van) c. f. 4to.
Tables de Sinus Tangentes, & Secantes, Ozanam (par M.) 8vo.
Terranei (Laur.) de Glandulis, c. f. 8vo
Volkomen Wiskundig Woordenboek daar in alle Kunstwoorden Zaaken &c. in welke mede verscheide Zaaken de Historie der Wiskuustige Weetenschappen rakende. Waarby gevoegt zyn de Spreekwysen der Bergwerkers, en andere Kunstenaars, en Hantwerkers. Oversien door Bordus (Willem la) Leeraar der Wiskunde te Leiden. met plaaten 4to.
Wassenaar (G. a) Pacii (Julii) Analysis Institutionum Imperialium, &c. 8vo.
——— Isagogicorum Institutiones Imp. Lib. IV. Digesta, seu Pandectas, Lib. L. Codicem, Lib. XII. Decretales, Lib. V. 8vo.
Wilson (Joa.) Principia Trigonometriæ succincte demonstrata, c. f. 8vo.
Wissenbachii (Joh. Jac.) in Libros VII. priores Codicis Dn. Justiniani Repetitæ prælectionis 4to.
Zumbach (Conradus de Coesfelt) Geometria Practica universa. 8vo. c. fi

CAROLI LINNÆI

Med. Doct. & in Academia Upsaliensi Prof. Reg. & Ord.

ORATIO

DE NECESSITATE PEREGRINATIONUM INTRA PATRIAM.

EJUSQUE

ELENCHUS ANIMALIUM PER SUECIAM OBSERVATORUM.

Accedunt

JOHANNIS BROWALLII

EXAMEN EPICRISEOS

SIEGESBECKIANÆ

IN

SYSTEMA PLANTARUM SEXUALE.

ET

JOHANNIS GESNERI

Med. Doct. Phys. & Math. Prof. Ord.

DISSERTATIONES

DE PARTIUM *VEGETATIONIS* ET *FRUCTIFICATIONIS* STRUCTURA, DIFFERENTIA ET USU,

In quibus Elementa Botanica dilucide explicantur.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM HAAK, 1743.

CAROLI LINNÆI
MEDICINÆ DOCTORIS

ORATIO,

QUA

PEREGRINATIONUM
INTRA

PATRIAM
ASSERITUR

NECESSITAS,

Habita *UPSALIÆ*, in Auditorio Carolino Majori MDCCXLI Octobr. XVII.

QUUM

Medicinæ Professionem Regiam & Ordinariam susciperet.

S:Æ R:Æ M:TIS

SUMMÆ FIDEI

VIRO,

EXCELLENTISSIMO CELSISSIMOQUE

COMITI,

D^N. CAROLO

GYLLENBORG,

REGIS REGNIQUE SUECIÆ

SENATORI,

REGIÆ CANCELLARIÆ

PRÆSIDI,

ACADEMIÆ UPSALIENSIS

CANCELLARIO,

MÆCENATI SUMMO,

Hanc Orationem D. D. D.

Devotissimus

CAROLUS LINNÆUS.

AUDITORES OMNIUM ORDINUM HONORATISSIMI, EXOPTATISSIMI.

Quod felix faustumque esse jubeat Deus Ter Optimus Maximus, spartam, Auditores Honoratissimi, ab Augustissimo Potentissimoque Rege clementissime mihi demandatam, & in Facultate Medica ad illustre hoc Sueciæ Athenæum, a me, utinam bono & felici omine, exornandam aggredior.

Et, cum ad capienda novi hujus muneris auspicia, more & ritu Majoribus consueto, legibusque Academicis præscripto, in tam illustri Doctissimorum Patrum Civiumque consessu, verba mihi jam sunt facienda, fateor, quæ singula, hominibus ad dicendum accedentibus, timorem injicere consueverunt, ea sese mihi, hodierno die, objicere universa; sive enim loci amplitudinem, sive Auditorum dignitatem, sive lectissimorum hominum frequentiam, sive denique meam dicendi tenuitatem

contemplor, fateor ingenue hæc esse, quæ multum perturbationes mihi adferre possunt.

Etenim si eloquentissimos olim Viros accepimus, cum ad perorandum venissent, ita expavisse ac animo fuisse commotos, ut plane obmutuerint; Quid mihi tandem animi esse oportebit, cui in facundiæ aliqua promtitudine ac splendore, nulla vel naturæ vel exercitationis adsunt præsidia.

Quum tamen aliquid mihi est dicendum; in illo, quem aliis, ex hoc loco verba facientibus, denegare non soletis favore ac humanitate, perfugium erit; quo fiet, ut, quod spero, sermo meus, quantumvis tenuis & inexercitatus, velut secundis subvectus ventis, quem sibi proposuerit portum, facile consequatur.

Materiam igitur, Auditores Honoratissimi, nec a præsenti tempore; nec ab hac, quam ingredior, sparta; nec ab occupatione, qua, ex nutu & voluntate Celsissimorum Ordinum Regni, nuper sum defunctus, & ex qua recens ad has musas, nunc redux sum factus, alienam, sed hisce singulis, mea quidem opinione, aptam satis & accommodatam, vestra fultus benevolentia, pertractabo, de

Peregrinationum intra patriam instituendarum necessitate, fructuque exinde, Medicis imprimis, percipiendo, simpliciter & populariter dicturus, idque operam daturus, ut dicendi tenuitas dignitate rerum ac imprimis sermonis brevitate, gnaviter compensetur.

Omnis

OMnis noſtra Scientia duobus nititur fundamentis: Ratiocinio videlicet ac Experientia; hæc duo amiciſſimo fœdere juncta bonum Medicum conſtituere debent.

Equidem fatemur *Ratiocinandi* negotium æque feliciter in muſeo poſſe expediri, ac in peregrinationibus, dummodo cum Viris ſolide eruditis commercium haberi liceat.

At *Experientia*, rerum illa magiſtra, ſine qua loqui erubeſcat Medicus, hæc, inquam, experientia illa ipſa eſt, quæ tot veterum, atque in hiſce Divinum Senem Hippocratem, ipſiusque ſcripta, quæ integris ante Chriſti nativitatem ſeculis lucem adſpexerant, immortalitati conſecravit. Solius enim Hippocratis ſcripta ſunt, quæ, inter tot feliciſſimorum ingeniorum inventa & artificioſe fabricata ſyſtemata, ab omni labe ac mutatione inconcuſſa, immota, integra, immo intacta, in hunc uſque diem perdurarunt, & perdurabunt poſthæc. Utique experientia eſt, quæ tot celeberrimorum Medicorum capita omni tempore coronavit, atque etiamnum hodie coronat, & id præſtat, ut inter præcipuos Medicorum titulos hic cenſeatur, *Experientiſſimum* vocari. Prægreditur Experientia, ſubſequuntur Ratiocinia; illa materiem ſciendorum ſufficit; hæc ex datis phænomenis conſulta de rebus inſtituunt, &, poſtquam trutinam judicii adhibuerunt, veritates eruunt, ac de rebus propoſitis feliciter concludunt, ſtatuunt, determinant.

Experientia in rebus medicis debet animari Ratiociniis, ſine quibus hæc non eſt niſi res mortua ac velut rudis indigeſtaque moles: Rationes experientia deſtitutæ nihil juvant, utpote quæ ingeniorum, opera ſua abutentium, mera ſunt ſomnia, mera phantaſmata, ac meteora. Certe Veteres hanc non ex utero materno ſecum eduxerunt. Multo fuit uſu opus ac labore, antequam homines illa recte inſtruerentur. Fatetur ipſe *Dioſcorides* multa ſe ad augendam experientiam confeciſſe itinera; & reliqui Medicorum Patres, paſſim in ſcriptis ſuis, varia ſua itinera loquuntur & produnt.

ACADEMIÆ in hunc finem inſtitutæ ſunt, ut Viri in omni eruditionis genere probe verſati, ac inſuper rerum locupletati experientia, illuc evocentur; & ut ſcientiarum avida Juventus ad has ſedes confluat, in quibus ab experientia non minus quam eruditione Profeſſorum proficiant, quas dotes, in Doctoribus ſuis, pulcherrimo ſemper connubio junctas, par eſt ut ſuſpiciat ac veneretur.

Apud Academias vaſta ac ſumtuoſa *Librorum* ſupellectilia conduntur, in quibus obſervata Eruditorum, tamquam totidem eorum legata ac teſtamenta aſſervantur, ut qui literis fideliter operam navant, eruditionis, experientia etiam excultæ ac firmatæ, reddantur compotes, quæ in publicis hiſce ſapientiæ cimeliis reconditur, & exinde bonis ingeniis, tanquam venales merces, uſurpanda exponitur.

Etiam

Etiam *Nosocomia* instruuntur, ut futuri Medici ex lecto ægri ea discant, quæ ex libris disci nequeunt; usu quippe ac Experientia per autopsiam, & manuum applicationem exserente heic suas vires; sicut omnium accuratissime certi alicujus hominis exprimit lineamenta, qui non ex aliorum relatione, sed ex illa, quam per suos oculos animo impressit idea, hominem depingit.

Theatra Anatomica construuntur, ut in alieno corpore, tanquam in speculo, nostrum corpus ejusque structuram intueamur; sicut terrarum, regionum, urbium situs, hominumque in his degentium mores, instituta, ritus certius illi percipiunt, qui ipsimet suis pedibus loca ista calcarunt, & quæ memoratu digna ipsi suis usurparunt sensibus, quam qui ex vagis & fallacibus chartis, ac narrationibus Geographorum unice dependent.

Horti Academici hic instituuntur, ad quorum plantationem varii generis vegetabilia, ex universo orbe colligi solent; ut hac ratione veluti in parvo mundo majorem intueamur.

Huc *Physica Instrumenta* comportari solent, eum videlicet in finem, ut elementorum abstrusæ vires, quæ alioquin sensus nostros fugiunt, oculis subjiciantur, atque sic in ipsa adyta ac penetralia naturæ, quantum permittit ingenii humani perspicacia, feliciter perducamur.

Hic Naturæ & Artis *Musea* colliguntur, ut uno intuitu Naturæ lusus & prodigia conspiciantur.

Hæc omnia apud Academias eum in finem instituuntur, ut per Experientiam multa cognoscere discat Juventus; omnia, inquam, eo tendunt, ut

uno loco, uno terrarum angulo conſtitutus ingentes omnigenæ Sapientiæ opes ac divitias, inque his, ipſius etiam Naturæ latifundia perſcruteris, & rimeris, illamque cognitionem rerum tibi acquiras, quæ alioquin, & ſæpe numero fruſtra, per immenſos terrarum tractus eſſet quærenda.

Quare Peregrinationes ad Academias, meo quidem arbitrio, non ſunt negligendæ, ſed illis, qui ad ſolidiorem ſapientiam experientia ſuffultam & corroboratam, adſpirant, perneceſſariæ habendæ.

Atque errant, me quidem judice, illi enormiter, qui in ſtudioſæ Juventutis animis contemtum Academiarum excitant, & ut artium ſtudioſi has ſedes fugiant, peſtifera ſuggerunt conſilia; non conſiderantes, breviſſimo temporis curriculo, in his officinis, longe majora & excellentiora per experientiam hauriri poſſe ac perſentiſci, quam intra privatos parietes & limina muſei, lectione quantumvis multijuga, indefeſſa, & per omne vitæ ſpatium extenſa.

Æmulatur certe, ſi quod res eſt dicendum, noſtra hæc cum reliquis cæterarum Nationum Academiis, bona & ſolida horum omnium, de quibus jam dixi, inſtitutione egregia & exemplari: nam & *Hortis Botanicis*, & *Noſocomiis*, & *Obſervatoriis Aſtronomicis*, & *Inſtrumentis Phyſicis*, & *Præparatis Anatomicis*, & ceteris artium ac ſcientiarum adminiculis magnificis, excellere incipit hæc alma muſarum ſedes Upſalienſis, atque ita quidem excellere (nec enim hujus rei commemoratio ab hoc loco & tempore eſt aliena,) ut Academiis omnibus exteris, ſi Deus benigniora fata impertiat, palmam propediem facile præripere poſſe videatur.

Et

Et quamquam aliæ, præ aliis, Academiæ certis quibusdam gaudent prærogativis; prout enim ſcientia aliqua, in hac aut illa natione, in majori vel minori pretio habetur, ita etiam magis vel minus excolitur, ipſique doctores ſcientiarum vel excellentiores exiſtunt vel etiam ſequiores; & ubi quæſo excellentiora hoc tempore vel frequentiora celebrantur *Noſocomia*, quam Londini Anglorum? ubi plures *Operationes Chirurgicæ* adornantur, quam Lutetiæ Pariſiorum? ubi elegantiora *præparata Anatomica* monſtrantur, quam Lugduni Batavorum? ubi plura collectanea in *Botanicis* aſſervantur, quam Oxoniæ? Quamquam, inquam, hæc vera ſunt, non tamen eos ſatis conſiderate ſe gerere, aut ſibi patriæque bene conſulere exiſtimo, qui foris ea quærunt, quæ ſunt domi ante oculos poſita; quique ad exteras Academias peregre abeunt, nondum bene jactis ſtudiorum fundamentis in patrio ſolo. Non dubium eſt, quin hos demum erroris ſui vehementer pœniteat! Qui rudis & indoctus patriæ terminos egreditur, raro doctior regreditur! Numquam vero ejus temporis quemquam pœnitebit, quod ad patrias Academias bene collocaverit! Nam qui bonus exſtitit artium ſtudioſus apud Academias, idem etiam optimus ac ſolidiſſimus Vir, in omni negotiorum genere, exſtiturus eſt!

Qui in terras calentes peregrino ſole abiturus, ſolida primum ſtudiorum fundamenta apud natalis terræ Academias poſuerit, is domum longe utiliores merces reportabit, quam fit hodie in multis peregrinatorum, qui vix alia fere re expoliti redeunt, quam quod noverint ampullas vocum, &

ſeſquipedalia verba deblaterare ex aliquot Europæis *linguis*, & quod multa accurate commentari ac ſermocinari ſciant de theatris & *ludis ſcenicis;* itemque de ritu ſeſe *veſtiendi* apud Italos, Hiſpanos, Germanos & imprimis Gallos uſurpato. Si rebus ſuis prudenter iſti conſulerent, non efferrent pedem extra patrium ſolum, ne opes ſuas dilapidarent, ne tempus, valetudinem, immo ne ipſam denique vitam per luxuriam & voluptates miſere perditum irent ac profunderent. Non redirent, quod frequentiſſime fieri ſolet, ſibi patriæque prorſus inutiles & pondera terræ inania. Sed quo abripior?

Propoſui mihi, horulæ hujus ruentis ſpatio, ad vos loqui, Auditores, non de Patriarum Academiarum prærogativis; aut de ſuſcipiendis peregrinationibus ad has, prae ceteris Academiis; ſed imprimis de Peregrinationibus intra Patriam, per ejus Rura & Compita, inſtituendis; de genere (fateor) Peregrinationum, quæ in hunc diem minus fuere in uſu, quasve creditum eſt oblectationis unice cauſſa fieri.

Exoro Veſtram patientiam, A. O. Ord. Honorat. &, ne favore ac benevolis auribus veſtris abutar, breviſſimo, ut pollicitus ſum, ſermone defungar.

NAVITA DE VENTIS, DE TAURIS NARRAT ARATOR.

Ne miremini, quæſo, lubenter me loqui de Itineribus intra patriam capeſſendis: ſuum enim cuique pulchrum eſt; & ſua quemque trahit voluptas. Ipſe meis pedibus ſubivi & tranſcendi pruinoſas *Lapponiæ Alpes;* & *Norlandiæ* aſpera juga ſuperavi, clivoſos etiam colles & inacceſſos ejus ſaltus emenſus; inque

Da-

Dalekarliæ ſilvas; & *Gotlandiæ* Nemora; & *Smolandiæ* Ericeta; & latiſſima *Scaniæ* jugera excurſus feci ſpatioſos; nec ulla facile eſt nobilior Sueciæ provincia, quam ego non perreptavi, perluſtravi, etſi non ſine corporis, viriumque defatigatione eximia. Equidem iter Lapponicum magni mihi conſtitit laboris; & fateor neceſſum mihi fuiſſe plus devorare moleſtiæ ac periculi, vagando per unam hanc mundi noſtri arctoi oram, quam per reliquas omnes, quas uſquam gentium contigit mihi obire terras in extero orbe, nec tamen & ipſas abſque delaſſatione viriumque jactura a me calcatas. Sed quod veritatis amori, ac imprimis gratiæ Numinis acceptum referendum devotus agnoſco, exantlatis itineribus mox omnis defuncti diſcriminis ac moleſtiæ me quaſi lethæa cepit oblivio, compenſante hæc omnia fructu illo inæſtimabili, quem ex his viarum erroribus & anfractibus reportavi, in eo maxime conſpicuo, quod indies magis magisque peritior redditus illam fœneratus ſum experientiam, per quam ſpero me prodeſſe poſſe & mihi, & aliis, & quæ omnes omnium charitates & commoda complectitur, ipſi Patriæ & publico.

Bone Deus! quam multi rerum patriarum rudes ad exteros excurrunt, ut curioſa imprimis, quæ illic ſeſe ſpectanda offerunt rimentur ſollicite ac admirentur; quorum tamen eximia pars longe eſt poſita infra excellentiam eorum, quæ in patrio noſtro ſolo, oculos modo aperientibus, ſeſe ingerunt. Nullum ego, apud exteros, ſolum vidi rerum in regnis naturæ curioſarum fœcundius, quam noſtræ patriæ! Nullum quod tot, tantaque, tamque ſtupenda

penda naturæ artificia monſtret! ſive æternas & per infinita ſecula perennantes in alpibus *Nives;* atque inter ipſos nivium tractus, promicantia identidem prata ac vireſcentia *tempe;* ſive celſiſſima *Montium* cacumina; ſive confragoſa & abrupta rupium *Præcipitia;* ſive æſtuantes *Cataractarum* voragines: ſive latentem integro temporis ſpatio *Phœbum;* & exorientem inde cimmeriam caliginem in orbe noſtro, conſideres; ſive *occiduum* alio anni tempore ſolis jubar ſpectare velis; quorum vel in Batavo orbe, vel in Gallia, vel in Britannia, vel in Germania, vel in alio denique Europæo tractu, ad quem avida novitatis Juventus noſtra turmatim erumpere ſoleat, in ſuo genere par, ſimileque fruſtra quæratur.

Sed de hiſce dicendi locus jam non erat. Ad ea quæ propoſito meo ſunt propiora & propria deſcendo, exemplis oſtenſurus, quod *Phyſici*, *Mineralogi*, *Botanici*, *Zoologi*, *Diætetici*, *Pathologi*, *Medici practici*, *Oeconomi*, & ceteri harum ſcientiarum myſtæ, in itineribus per noſtras terras, ea ſunt inventuri, ea detecturi, de quibus ne quidem per ſomnium antea ipſis cogitatum fuiſſe fatebuntur? immo quæ toti orbi in hunc diem plane incomperta fuere; ea denique quibus non tantum ſciendi cupiditatem paſcant & exſatient, ſed & patriæ, ſibique, & bono publico feliciter inſervire queant.

Habet, ut paucis & per exempla agam, *RERUM NATURALIUM* ſagax *INDAGATOR*, quo attentionem ſuam acuat & exerceat, contemplando faſtigia altiſſimi & ſuper æthera ſcandentis Montis *Swucku*; Mirabilem ſtructuram montis *Torsburg*.

Hor-

Horrenda præcipitia rupis *Blåkulla*, in insula ejus nominis prope Oelandiam sitæ, ipsoque non minus nomine apud vulgus Sueogothicum etiamnum usurpato, quam truculento adspectu aliquid gerentis, quod antiquæ gentis stuporem, simul ac superstitionem insinuet.

Porro concamerationes & cryptas mirabiles montium *Skiula;* Elevatas in altum planities *Insulæ Carolinæ;* Inusitatas formas & structuras fontium *Kierkustanorum* in Oelandia. Ut infinita alia Naturæ miranda opificia, quorum similia vix alibi offendere licebit, sicco nunc pede præteream.

Ubi quæso dabitur plenior copia considerandi intentissimos *Brumæ* rigores ac vehementiam, & adstrictum Gelu, & *Glaciei* marmora ac incredibile robur; & in tam aspero climate *Sata* nihilominus citius, quam in aliis mundi partibus, germinantia, citius crescentia & maturitatem adipiscentia, quam in Sueogothico hocce orbe nostro?

Qui contemplari cupit maris ac *Telluris* stupendas *metamorphoses*, vix alibi gentium reperiet commodiorem occasionem, quam in australi & orientali Gotlandiæ nostræ parte, ubi *saxei*, ut vocantur, *Gigantes* minantur cœlo, & ubi temporum *epochæ*, ipsaque secula, &, ut ita dicam, anni, mirabili quadam serie, *in glareæ* littoris & in solo supra littus posito, veluti sunt exarati.

Habebit palæstram in qua ingenium suum exerceat egregie *Lapidis Oelandici* inspectando *Hydrometræ*, & excogitando rationem, qua humectante sua natura & qualitate spoliari forte possit hic lapis; quod qui feliciter adinventurus esset, præstaret

ret ſane aliquid, unde patriæ ingens commodum acceleraret, ac imprimis loci iſtius incolas æternis ſibi meritis devinciret.

Non ignota locutus fuero, & rem commemoravero toti orbi confeſſam, ſi dixero nullam in habitabili orbe eſſe terram, in qua *MINERALOGUS* plus poſſit proficere in arte ſua, quam patriam noſtram. Dicat mihi aliquis, & erit mihi magnus Apollo, dicat mihi quibus in terris inveniantur ditiores & ampliores *tractus Metallici*, quam in noſtra Suecia; aut ubinam infinitæ aliquæ fœcundioris Metalli cavernæ altius in ipſa telluris viſcera & Plutonia regna deſcendant, quam in noſtra hac Suecia.

Loquantur pro me latiſſimæ mineræ *Norbergenſes*, & jugum *Tabergenſe*, & Fodinæ *Dannemorenſes*, *Bitsbergenſes*, *Grengienſes* & denique inſtar omnium *Salbergenſes* & *Fahlunenſes* theſauri, quibus ſimiles nulla terrarum regio oſtentabit.

Porro ubi gentium permittunt Metallicolæ ab exteris accedentes furnos & operationes quascunque metallurgicas liberius adire? ubi uſquam lubentius hæc talia docentur? Recipiuntur ſane apud nos Advenæ cum favore, & dimittuntur cum deſiderio.

Quis ad contemplationem caminorum, ingentia flammarum incendia vomentium, in quibus *ferrum* ſunditur, non inhorreſcat; & quis in denſiſſimis pinetis Dalekarliæ cum voluptate non adſpiciat ſimplicem ruſticum, ſine furno & apparatu facile ullo, ferrum e terra extrahere, idque tam durum, uſuique accommodum, ut cum omni alio ferro, ſummo

igne

igne & multis cum impensis parato, certare possit.

Quis ante hos decem annos credidisset lapidem *Calaminarem* dari in Dalekarlia? aut *Auri* præstantissimi mineras in Smolandia?

Forte fidem denegabitis, Auditores, narranti integros montes *Petroleo* saturatos reperiri in Dalekarlia. Ne dubitate tamen: ego rem hactenus non auditam, nec visam, hisce meis oculis vidi, vidi, inquam, & obstupui.

Corallifera Indorum litora miramur, sed *Capelli* portus, (locus est in Gothlandia) credite Auditores, unus hic locus exæquat, immo exsuperat Orientis has opes; vidi enim densissima Corallorum strata per inregra stadia & milliaria hujus litoris sese extendentia.

BOTANICI, qui ad scrutandos regni vegetabilis thessauros, præcipuam certe terrarum partem hodie pervolitarunt, multa tamen in Suecia reliquerunt nobis, nostrisque nepotibus, adhuc observanda.

Vix enim alibi, quod verbo dicam, major quam apud nos copia datur *Muscorum*, *Lichenum*, *Fucorum*, *Fungorum*, in quibus minutiis contemplandis curiosior Botanicorum turba desudat hodie.

Quis mortalium *Diapensiam* nostram unquam vidit aut descripsit? Quis *Blasiam*, excepto unico Michelio? Bina hæc Plantarum genera apud nostrates, & præcipue circa Fahlunam, magna abundantia proveniunt. Quotusquisque peregrinantium, rei herbariæ non prorsus rudis, Parisiis profectus non divertit ad Fontem Bellilaqueum, ut adspiciat rarissimas illas *Orchides*, quarum aliæ floribus Galeas; aliæ Culices; aliæ Muscas; tam belle, tamque artifi-

tificiose repræsentant, ut ad exequandam naturam nihil fere deesse videatur, quam solus bombus ac volatus? Quis crederet hos flores in nostra patria, & quidem in Oelandiæ nemoribus, passim obvias progerminare?

Quis unquam quæsiverit in nostris terris exoticas istas plantas: *Lotum tetragonolobum; Sanguisorbam majorem; Lactucam perennem; Carduum acaulem; Asterem dysentericum; Helleborum Hippocratis; Ranunculum illyricum*, immo *Ricciam* & *Globulariam*, præsertim *Emerum*, pulcherrimum istum fruticem, qui per omnes hyemes, studiose a frigore, in hypocaustis Botanicorum conservatur? Quæ tamen omnes nunc primum observatæ crescunt in Oelandia & Gothlandia.

Ab exteris ad Officinas nostras *PHARMACEUTICAS* accersivimus, & quidem ingenti pretio,

Verbenam,	*Scordium*,	*Symphytum*,	*Caprifolium*,
Nummulariam,	*Lithospermum*,	*Daturam*,	*Cervi spinam*,
Eryngium,	*Centaurium*,	*Archangelicam*,	*Sambucum*,
Ebulum,	*Laureolam*,	*Esulam*,	*Betonicam*,
Arnicam,	*Bellidem*,	*Ptarmicam*,	*Mercurialem*,
Ononidem,	*Cichorium*,	*Scorzoneram*,	*Rhodiam*,

Stoechadem citrinam, & *Rutam murariam*,

quæ tamen omnes plantæ per Sueciam sponte nascuntur! & tamen ante decem hos annos quis hoc sibi habuit perspectum?

Quantos sumtus profuderunt nostrates ad accersendum quovis anno *Kali*, ex cujus cinere & sale vitrum conflatur. Fullonum *Luteola* & *Isatis* quotanis redimi debuit charo pretio, & multis impensis

pa-

patriæ. Quas tamen herbas nunc demum compertum eſt paſſim per nonnullas noſtras Provincias germinare.

Integram *Rariorum plantarum Centuriam* ſola *Lapponia* mihi quondam ſuppeditabat; aliam nunc etiam Centuriam in inſulis maris *Balthici* collegi; & totidem numero in ſola *Scania*, antea in Suecia nunquam obſervatas, detexi; nec dubium eſt, quin reliquæ noſtræ Provinciæ tales etiam alias Floræ vel opes vel delicias, hucusque non deprehenſas, in receſſibus & angulis ſuis recondant, modo adſit impiger & ſollers indagator. Felices agricolæ, immo felices Suecicolæ, bona ſi ſua norint.

Nec verſabitur *ZOOLOGUS* unquam in amœniore, ſuoque propoſito idoneo magis loco, quam in illo, ad quem examina omnis generis *Avium*, vernali tempore, aut ſub æſtivo calore, ad procreandam ſobolem convolant & congregantur: hoc fit in ſilvoſis montibus noſtræ Sueciæ, plus quam in alio terrarum tractu: Lapponum Pluvialis *Pago* dictus; Norlandorum Paſſer nivalis; Oelandorum Tringa *Alwargrum* nominata; Gothlandorum Anas *Eider* dicta; Inſulæ Carolinæ Anas arctica *Torde* appellata; Ottenbyenſium Recurviroſtra *Sierflâcka* nuncupata; Dalekarlorum Picus tridactylus, rarius apud exteros viſuntur, quam Phaſiani in noſtris menſis.

Auſim dicere nullam eſſe terrarum partem in univerſo orbe, quæ feracior ſit avium & inſectorum, quam noſtram Sueciam.

Rhangiferi ſilveſtres, & volitantes *Sciuri*, & alpinis jugis ruentes turmatim in ſubjectam plani-

tiem *Lemures*, ignorantur, quamquam feliciter ignorantur, in aliis terris.

In Alpibus noſtris Dalekarlicis exteri (& hoc notum eſt) *Falcones* capiunt. In inſula Farô, prope Gothlandiam ſita, *Phocarum* piſcatura, & *Salmonum* in boreali Norlandia optime exercetur. Utraque tanto cum proventu & emolumento, ut nihil ſupra in aliis gentibus.

Quot ſpecies *Piſcium* apponuntur in noſtris menſis, vulgatiſſimæ in Suecico orbe, quales ex Cyprinaceo genere: *Aſp*, *Id*, *Wimba*, *Faren*, *Biörkna*, *Mudd;* plures aliæ, exteris prorſus ignotæ, nunquam viſæ; nunquam depictæ!

Quis mortalium adhuc unquam exenteravit, examinavit, depinxit puſillos illos & rubros ſerpentes Aſpides, ſeu *Æſpingar* auſtralibus Suecis dictos, & lethali vulnere pernicioſos?

Nimis longus eſſem ſi ad *Inſectorum* ſpecies deſcenderem! Qui inſuetam hactenus adhibuit, in examinandis Inſectis, ſolertiam & ἀκρίβειαν magnus ille Reaumurius, viſa collectione mea Inſectorum Sueciæ, faſſus eſt ingenue, ſolam patriam meam, plures ſpecies Inſectorum continere, quam ullam aliam ipſi notam terrarum partem.

DIÆTETICUS, cui in vivendi genera inquirere competit, vix terram reperiet in qua tot differentibus modis vivitur; deprehendet hic diverſæ fortunæ, ſtatus, conditionis homines, diverſo ciborum genere uti. Et quod præcipuum eſt, orbis noſtri hyperborei incolas, in ſingulis provinciis ac Territoriis, ſuos quaſi peculiares in his generibus mores ac inſtituta ſequi: in Lapplandia obſervabit

bit homines absque *Cerere* & *Baccho*, absque *sale* & potu omni artificiali, aqua tantum & carne, & quæ ab his præparantur, contentos vivere.

In aliis locis videbit agricolas in fumosis & fuliginosis hypocaustis degentes *Coregono foetido*, nec non pane e radicibus Callæ vel glumis & aristis cerealium contusis præparato, victitare.

Alibi Rusticos frugaliter ex *Harengo fœtido*, & sero lactis viscoso, *Syra* ipsis dicto, vitam sustentare.

Alibi se suosque alere cibis *Assu* & *Artfau* apud illos dictis, pisce item putrido *Lunsfisk* illis nominato, sub durissimo licet labore.

Ruricolas alibi offendet *Rapis* satiari, & potu e baccis *Juniperi* præparato sitim exstinguere.

Alios *Pisis* imprimis vesci; Alios pulte e *Fagopyro* repleri; In aliis locis carne *Phocarum* pinguescere plebeculam & multum corporis facere, cum stupore videbit.

Qui per alias terras peregrinatus fuerit, non deprehendet temere tot, tamque differentes vivendi victitandique ritus, ac in his oris, unde observata & experimenta sua instituat sollers ac ingeniosus Diæteticus

PATHOLOGUS, qui morborum caussas indagat, non frustra peregrinabitur in his terris; quippe in singulis orbis nostri tractibus, vexantur homines suis peculiaribus morbis, qui maximam partem, ex diverso illo, de quo jam locuti sumus, victu, ciborumque genere promanant.

Caussas hac ratione procul dubio est assignaturus minime falsas:

Quare Norlandi ut plurimum *Scorbuto* ſint infecti, & cur Lappones contra hujus morbi prorſus expertes.

Qui fiat, iidem Lappones *Torminibus* iſtis ventriculi, quæ apud illos *Uilem* audiunt, tam miſere excrucientur.

Quare Gothlandi imprimis *Colica Hypochondriaca* torqueantur.

Quare Weſtrobothnienſes, qui reliquis noſtri Orbis populis fœcundiores ſunt, amittant plurimos *infantes* in cunis.

Quare multi *Epileptici* in territorio Verns dicto reperiantur, equidem ex leviſſima, ſed ſingulari tamen, ſi rem acu tetigerimus, cauſſa.

Quare Orſaboenſes Viri fere omnes, ante trigeſimum ætatis annum e *phthiſi* emoriantur.

Prolixum foret omnia enumerare, quæ paſſim apud ſingulas gentis noſtræ nationes obſervari percommode poſſint.

Mihi ſaltem perſuaſum habeo, novo Doctori Medico perneceſſariam eſſe profectionem per patrium ſolum, vel ea etiam de cauſſa, ut proprio Marte vires ac induſtriam ſuam medicam, & ſic experientiam, ſine qua nulla eſt Medicina, quotidie augeat, artemque, quam profitetur, ad culmen perducat.

Contingit enim noſtris terris, quod neſcio an inter exteros ita crebro fiat, ut vulgus noſtrum libenter ſuis fidat Æſculapiis, & multa frequentia concurrat ad conſulendum medicum, quam primum auditum eſt aliquem, eas in medendi negotio feciſſe progreſſiones, ut artis ejus Doctor evaſerit; In multis

tis aliis exterorum ſæpe juveni Medico vix catulum ſuum concrederent homines.

Hac ratione *PRAXIN* inſtituendo viſurus eſt, num pharmaca multum, & quidem invidendis ſæpenumero encomiis, ab aliis celebrata illum habeant apud ægros effectum, quem in libris practicis non raro venditari perſentiſcimus.

Audiet plurima paſſim Medicamenta domeſtica, aliis etiam terris ingota, apud ruſticos noſtrates uſurpari, & tamquam ſpecifica, pretioſiſſimisque pharmacis prælata celebrari; quippe dum de hiſce conſulitur, talia ſecreta ab ægris ingenue revelantur, modo ipſe ſapiat Medicus; & his, ea qua par eſt, uti ſciat prudentia.

Quid enim famoſa illa exotica, quæ ex utraque India aſportantur, tantoque emuntur pretio, exempli gratia: *Sarſaparilla* iſta Smilacis ſpecies; *Ipecacuanha* Violæ; *Acmella* Verbeſinæ; *Contrajerva* Doreſteniæ, & *Simaruba* Evonymi ſpecies, quæ in variis morbis ſpecifica audiunt. Quid, inquam, hæc talia ſunt niſi remedia longo uſu apud vulgum comprobata, qualia nunc dicimus ea etiam eſſe, quæ apud noſtrates infinito numero frequentantur. Nonne hæc omnia, a barbaris nationibus inventa, poſtquam experientia docuit utilia & ad varios debellandos morbos efficacia eſſe, digna habita fuerunt, quæ cum reliquo genere humano communicarentur?

Diſcant itaque juvenes Medici minime ſpernere, ſed ea annotare accurate, quæ apud vulgum audiunt medicamenta decantari.

Qui enim jactitat ſe plura de ſimplicium viri-

bus ſcire, quam quæ guſtus, olfactus, fructificatio & experimenta ſuggerunt percipienda, is equidem fallit vehementer & fallitur.

Vos, qui patrium ſolum olim cum exoptato fructu atque proventu exculturi eſtis, nullum quidem ex *OECONOMICA* Bibliotheca habebitis tam utilem, tamque neceſſarium artis iſtius auctorem, quam peragrationes & itinera per varias patriæ regiones.

Viſuri eſtis, in aliis provinciis, & quidem ſteriliſſimis, ab optimis incolis, improbo quidem labore, ſed non ſine largo fœnore, terram feliciter excoli.

Rurſus in aliis, natura licet fœcundiſſimis, per incuriam & inertiam incolarum, ſpem boni proventus omnem jacere, ipſosque incolas miſerrimæ eſſe ſortis & conditionis.

Videbitis Fœni & *Graminis culturam* apud Cuprimontanos omnium optime exerceri. Gothlandos rem pecuariam ac imprimis *Ovium* feliciſſime tractare.

Porro *Agri* ſulcandi, fœcundandi, occandi, ſeminandi, *ſegetis* metendæ, colligendæ, ſiccandæ, triturandæ variam apud varios obſervabitis methodum ac rationem, unde accurato peregrinatori pronum erit judicare, quod uſui ſit optimum.

Vanum eſt Exterorum in omnibus œconomiam noſtro ſolo applicare; equidem Graminum ſemina, e tranſmarinis locis ad nos advecta, fruſta feruntur in noſtra gleba; noſtra vero ſemina extra controverſiam ſunt præferenda.

Fer-

Ferme dicam fieri non poſſe, ut vel per dimidium diei, aliqua in provincia patriæ proficiſcaris, quin aliquid diſcas in œconomicis; multa occurrent primo ſane intuitu levia quidem, ſed ſi paullo attentius mentem oculoſque adverteris, fatebere ſtatim in rem tuam eſſe, & longe utiliſſima, qualia paſſim obſervare licebit in vario veſtiendi, cibi parandi, pecoris paſcendi modo ac ritu, ut taceam vivendi mores, commercia, infinito numero alia.

Tandem quocunque demum modo neceſſarium, ut jam diximus, & inevitabile ſit patrium ſolum perluſtrare, fruſtra & inutiliter ſuſcipiet hunc laborem is, qui non antea fundamenta ſtudiorum jecerit ad Academias in *Phyſicis*, Hiſtoria *Naturali* & *Medica*, ſine qua præparatione ad rite inſtituenda itinera, ſingula quæ occurrunt, quaſi pro notis, conſuetis, adeoque minus attentione dignis, habebuntur facile.

Cum tamen peregrinator, ſi quis alius, in omni negotio famoſum illud Carteſii principium examuſſim tenere debeat, ſcilicet *de omnibus eſſe dubitandum.*

Ubi tamen illa cautela eſt adhibenda ſollicite, ne initio nimia obſervandorum mole confundatur ac perturbetur animus ſciendi cupidus.

Conſultum tamen erit hoc principio *Domi* magis, quam foris uti, ne inuſitata rerum admiratione nimiam ignorantiam prodamus, & ſic noſtram nationem exponamus contemtui & riſui exterorum.

Debemus peregrinari in vernanti noſtra ætate, dum corporis animique vigor adhuc florent, dum inconcuſſas vires habemus, & ætatis adhuc alacritas nobis ineſt; antequam familia, & domus, & placens uxor, & domeſtica negotia curæ nobis cordique eſſe cœperint.

Poſteaquam hac ratione peregrinationis veſtræ prima depoſueritis rudimenta intra patriam, tum demum idonei eritis, qui in veſtrum & publici emolumentum, pedem promoveatis extra patriæ etiam terminos, ut ea foris cognoſcatis, quæ domi non potuiſſent cognoſci, & ſic omnibus probe excuſſis ac examinatis, rite perſpiciatis, num, & qua ratione patriæ inſtituta, per peregrina & extranea excoli poſſint, ne forte exiſtimetis ea, quæ Pariſiis in uſu ſunt, uſurpari etiam poſſe in quovis tugurio ruſtico apud noſtrates; & quod palmarium eſt, ne meliorem cognitionem habeatis eorum, quæ in Gallia, Anglia, Germania aliiſque in terris aguntur, quam eorum, quæ fiunt in veſtra patria; hoc eſt, ne, quod in proverbio fertur, ſitis foris Lynces, domi Talpæ.

Sed ne patientia veſtra abutar, filum Orationis nunc abrumpo, ut quod reliquum eſt temporis *Votis* ac *Gratiarum* actionibus relinquam.

Tibi, *OMNIPOTENS DEUS*, omnium primo grates pius ac devotus exſolvo pro immenſis beneficiis, quibus me omni vitæ meæ ſpatio, per ſingularem tuam curam ac providentiam cumulaſti. Tu, inde a juventute mea ita me manuduxiſti, ita

ita direxisti meos gressus, ut in vivendi simplicitate, ac innocentia, inque flagrantissimo scientiarum studio adoleverim.

Grates Tibi ago, quod in exantlatis itineribus meis per patrium & exterum orbem, inter tot gliscentia pericula, salvum me semper & incolumem conservasti.

Quod in reliquo vitæ meæ cursu, inter gravissima paupertatis onera, & alia quævis incommoda, omnipotenti auxilio Tuo, mihi semper adfuisti.

Denique quod inter tot rerum, quibus expositus fui, vicissitudines, inter bona, inquam, & mala, læta & tristia, jucunda & ingrata, animum mihi suffecisti ad hæc omnia æquum, constantem, fortem, erectum.

Augustissimo Potentissimoque REGI FRIDERICO I. submissus & subjectus civis grates ago devotissimas, subjectissimas, pro sua clementia in honorifica hac sparta mihi demandanda. Concedat Deus ut Augustissimus Rex, cum Serenissima Regina, illa fulgentissima Septentrionis sidera, arctoum huncce orbem nostrum quam diutissime illustrent ac irradient.

Tibi, Celsissime Comes CAROLE GYLLENBORG, Academiæ hujus CANCELLARIE illustrissime, Tibi, inquam, licet absenti, grates, quas venerabunda mens concipere unquam possit, maximas humillimas nunc ago habeoque pro ingentibus ac plane immortalibus mihi præstitis beneficiis, inter quæ infinito numero excellentia, & hoc non ultimo loco reponendum

eſt, quod me, ab hac Academia vocatum, Tuo inſuper indulgentiſſimo ſuffragio apud potentiſſimum Regem commendaſti. Dabo operam, ut hujus favoris nunquam Te pœniteat; reverentia vero, obſequio ac pietate Te ad cineres uſque colam ac venerabor.

Reverendiſſimo ARCHI-EPISCOPO & PRO-CANCELLARIO, Magnifico Domino RECTORI, ac Vobis, Ampliſſimi Celeberrimique D:ni PROFESSORES, ſummas pariter perſolvo grates, qui veſtro, & quidem unanimi, ad hanc provinciam obtinendam, me exornaſtis ſuffragio. Ut hæc benevolentia veſtra me ad venerationem, ad amicitiæ cultum & quævis officia reddidit obſtrictiſſimum; ita, ne hoc veſtro in me ſtudio videar unquam indignus, pro virili, per Dei gratiam, annitar.

Dum in teſtificanda grati animi devotione ſum occupatus, neque Tui obliviſci debeo nominis, Celeberrime *ROBERGI*, Præceptor & Anteceſſor ſummo ſemper honoris cultu devenerande.

Ut ex eorum numero, qui e Schola tua prodierunt, unus ego ſum; ita ingratiſſimus mortalium eſſem, ſi tanti beneficii memoriam ac piam recordationem e pectore meo ulla unquam deleret oblivio.

Gratulari Tibi jure meritoque potes, Vir Celeberrime, Te unum eſſe ex artis tuæ conſortibus hodie ſuperſtitem, cui facile omnes totius Sueciæ Medici, ceu Informatori fidiſſimo,

mo, prima artis ſuæ initia, incrementa & decora accepta referenda, grata mente fatentur & agnoſcunt.

Immo, quem non Medica tantum Facultas Upſalienſis, verum univerſa etiam corona Patrum, ſeniorem ſuum hodie ſalutare ac venerari debet æſtumatiſſimum.

Patere nunc demum Diſcipulum humeros Tuos onere illo levare, quod per integros quater denos annos, & quod ſupereſt, cum honore geſſiſti; ut ingraveſcente jam ſenio, otio iſto fruaris, quod Sacra Regia Majeſtas deſideriis Tuis clementiſſime indulſit.

Exopto Tibi lætam ac vegetam ſenectam, & ut omnia ex voto ac proſpere Tibi ſuccedant, fidiſſimis precibus cum benigniſſimo Numine, pro Te, devotus paciſcar.

Nec Vos, florentiſſimi lectiſſimique JUVENES, par eſt, ut in ſolenni hac gratiarum actione præteream. Vos enim ii eſtis, quos novi prolixo ac inſigni amore me amplexos fuiſſe, novi, inquam, ex multis ſane ac indubitatis indiciis, novi & gratus agnoſco.

Veſtrum plurimi me, haud ſcio an unquam vobis viſum, exopraſtis, deſideraſtis.

Scio me unice huc vocatum eſſe, Vobis ut inſerviam. Vos igitur fortunæ meæ fabri eritis.

In Veſtra commoda ac emolumenta, induſtriam meam, ſtudia, labores, vigilias conſecrabo volens lubensque.

Ope-

Operam, per Dei gratiam, dabo indefeſſam, ut exſpectationi veſtræ, ſumma fide ac diligentia ſatisfaciam; nec illam, quam de me concepiſtis, ſpem, vanam unquam & irritam ſentiatis.

D I X I.

MAGNIS

MAGNIS LITERARUM

PATRONIS,

PATRIBUS CIVIBUSQUE ACADEMICIS,

ET

URBICIS,

RECTOR ACADEMIÆ UPSALIENSIS

ANDREAS BOBERG,

S. P. D.

POst diſpulſas in orbe literato ſpiſſiores tenebras, quæ diſciplinas artesque ingenuas, tantum non omnes, denſis barbariei & inſcitiæ nebulis diu obvolutas tenebant, illo jam per Divinam gratiam vivimus ſeculo, quo artes & ſcientiæ pleræque, ope ſtudiorum humaniorum, luci atque nitori ſuo non modo ſunt redditæ, ſed illi

illi etiam faſtigio, ad quod tendere nituntur ſingulæ, aut proximæ jam cenſentur, aut viam ſaltem & acceſſum planiorem ad ſummum apicem, ſibi paratum lætæ conſpiciunt. Has inter *medendi ſcientia*, non quidem primis initiis generis humani, ſed poſteriori proh dolor! ævo prorſus neceſſaria, de priſtino ſplendore ſibi reſtituto, vel recentiori aucto, & his jam paratis ſubſidiis indies augendo, ſibi merito nobiscum gratulari poterit. Fuiſſe tempus vix quisquam facile negabit, quum hæc notitia, haud minus ac reliquæ diſciplinæ, rudior eſſet ac indigeſta, aut in ſuis adhuc veluti cunis vagiret tenerrima, adeo non aliis rite juvandis ubique ſufficiens, ut ipſa opis alienæ quam maxime eſſet indiga. Ex hac ſua imbecillitate fueritne rudiori primum hominum imperitorum, muliercularum & olitorum manu levata, ut ſuſpicatur nonnemo, arti neutiquam inimicus, id perſpicaciores viderint alii. Quod ſi ita fuiſſet, nihil profecto dignitati ejus futuræ, aut nobilitati præſenti crederemus detractum, in communi fere ſorte ejuscemodi rerum humanarum, quæ ſingulæ ex primordiis levioribus ad ſuum ſenſim enituntur faſtigium. Hæc autem ut convenientius fortaſſe de *arte medendi* prima, quam de *ſcientia medica* putamus eſſe commemorata; ita utramvis ab hodierna ſua dignitate longe olim remotam fuiſſe, nemo non intelligit. Etenim quantumvis licet homines quorumlibet ſeculorum, corporis ſui fragilitate & valetudine affecta ſæpius admoniti, artis hujus nobiliſſimæ excolendæ neceſſitatem deprehenderint; moram tamen diuturniorem interceſſiſſe

ceſſiſſe arbitramur, antequam tot remedia, morbis diverſis aptanda, rite explorata cum ſucceſſu feliciori uſurparentur. Hæc ipſa vel caſu improviſo, vel obſervata quorundam animalium, ſuæ ſanitati vitæque conſulentium, naturali ſolertia, vel alia via paulatim ac pedetentim fuiſſe ſuppeditata, priusquam vires & effectus rerum naturalium accuratius eſſent exploratæ, virorum eruditorum haud vana eſt ſuſpicio. Hinc itum fuiſſe ad crebriora experimenta, in aliis hominibus morbo laborantibus timidius & periculoſius, in maleficis morti damnatis tutius & animoſius adhibenda, indulgente hoc principum gratia, memoriæ produnt veterum hiſtoricorum monumenta. Sub tanta licet induſtria & variis tentaminibus virorum ingenioſorum, ſuis nihilominus latebris prope inexpugnabilibus artem hanc diu ſeſe abdidiſſe, procorumque ſuorum quantumvis pervicacium oculis, ingenio, deſiderio ſemet ſubduxiſſe, vel inde collegeris, quod tandem ſibi perſuaſum declaraverint, vix ulla ope humana ex ſuis latibulis eam fore eliciendam, niſi Divina manus potentior ſuum cœlitus auxilium tuliſſet, ut voti forent compotes. Hinc ut in rebus aliis majoris momenti, ita & heic Deorum opem implorandam in ſalute ancipiti cenſuerunt homines Gentiles, cum vana ſuperſtitione id conſilii darent ægrotantibus artis hujus Doctores, ut in delubris Serapidis, Iſidis, Apollinis, Æſculapii, nec non ad ſepulcrum Podalirii, tanquam Numinum medicinæ tutelarium, caperent ſomnum, ibique modum ſanitatis recuperandæ, inſomniis ſibi dete-

gen-

gendum, exſpectarent. Hac autem via, aut alia ſimili, ad magiam aut incantationes languidos homines ducente, quid olim aut deinceps præſtitum fuerit, multis inquirere, nec operæ pretium, nec noſtri eſt negotii. Id certe conſtat, ejuscemodi tenebris aliisque perplexitatibus diu innexum fuiſſe & impeditum hujus artis ſtudium, donec ævo Hippocratis, medicorum principis, ejusque imprimis, ut traditur, induſtria & ſagacitate gratius illi affulgeret lumen ex ſcientia naturali diligentius exculta: unde & ipſi hoc præcipue laudi tribuitur, quod artem medicam ut *ſcientiam* tractaverit, ejusque exhibuerit dogmata. Ab illo tempore quantum incrementi ceperit Medicina, vel in Græcia, artium liberalium matre aut nutrice, vel in Romano Imperio, quo cum ſummis rerum habenis Camenæ, relicto Helicone, ſenſim migrarunt; vel in aliis poſtmodum orbis terrarum partibus, longum nimis foret recenſere. Id tantummodo ſufficiat commemoraſſe, easdem fere Medicinæ, ac Philoſophiæ tum reliquæ, tum naturalis præſertim, ob arctiorem propinquitatis nexum, fuiſſe vices, eademque fata: hac ſub graviſſimo barbariei jugo, cum literis humanioribus aliquandiu ingemiſcente, & animam fere agente, fruſtra quidquam in emolumentum ſuum nitebatur medicina; illa vero quam primum lætiori fato divinoque beneficio cervices oneri ſubduxerat, mox huic etiam poſt ſpiſſæ caliginis noctem lux affulſit ſerenior. Gratiſſima hæc diſciplinis atque ipſi Medicinæ exorta Aurora, ut reliquum orbem literatum ſuo ſplendore colluſtravit; ita haud minus

nus fulgidioris luminis ſui radios ad Septentrionem noſtrum, utut remotiorem, mature ſatis ſparſit ac diffudit. Diu jam eſt, ex quo Pindus noſter Hyperboreus ſummorum Sueciæ Regum benigna cura, adſpirante faventiori aura Divina, quarumlibet artium & ſcientiarum lumine undique circumfuſum ſe ſenſit. Habuit, atque etiamnum habet Viros in omni diſciplinarum genere verſatiſſimos, eruditionis fama maxime conſpicuos: quos inter dum Medicinam heic profeſſos, ævo hoc noſtro, meditor, illorum in rem literariam merita, & ſtupenda plane eruditio, recenti adhuc omnium memoriæ infixa, meo non eget præconio.

Hiſce vero ſtudiis promovendis illuſtrandisque ſi novum ſidus fulgentiſſimum in Viro Ampliſſimo, Medicinæ Doctore ac Profeſſore, Dno CAROLO LINNÆO, nobis exortum dixero, non meo unus loquar ore, aut præcipiti augurio rem ſperandam votoque expetendam denunciabo; ſed congruenter vocibus atque ſuffragiis plurium apud exteros magnorum Virorum, atque illorum præcipue, qui conſenſu omnium in medica ſcientia palmam facile tenent: quibus ſub itinere ſuo per Daniam, Germaniam, Belgium, Galliam & Angliam, adeo innotuit, ſuamque in hoc ſtudiorum genere peritiam probavit ac ſublimioris ingenii acumen, ut partam in illa ætate ſummam eruditionem & experientiam non ſolum admirati fuerint, ſed ad plures ejus Tractatus, jam tum expreſſos typis, miramque in Botanicis ſagacitatem pæne obſtupuerint, eumque *ſcientus omni-*

bus promovendis natum aptissimumque prædicaverint; quem honore quovis colendum, atque tum in patriam rediturum ægre a se dimittendum censuerint. Non vacat heic describere, aut in robur spei atque augurii nostri repetere summorum in medicina Virorum, Gallorum, Belgarum, Anglorum, Germanorum; Magni, puta, Boerhaavii, Royeni, Burmanni, Sloani, Sauvages de la Croix, Jussieu, Halleri, Gesneri; ceterorum plurium, eximia plane & invidenda fere de LINNÆO nostro, summaque ejus eruditione atque meritis judicia; præsertim cum hæc etiam typis vulgata, partim in Actis Eruditorum, partim alibi, conspicienda pateant Orbi literato. Id vero in transitu forte neutiquam est prætermittendum, non ita in locis solum peregrinis innotuisse LINNÆANAM industriam, ut in patria fuerit ignorata aut neglecta. Aliud testantur vices publice docendi Botanicen in horto Academico, ante hoc decennium ipsi a B. Professore RUDBECKIO tum commissæ; ut & iter in Lapponiam & Dalekarliam utramque æque ac nuperrime in Oelandiam & Gottlandiam, historiæ naturalis pernoscendæ augendæque caussa, demandatum atque peractum. Testatur etiam summa clementia *S:æ R:æ Majestatis & Celsissimorum Regni Ordinum*, quum in patriam redux Vir Amplissimus censeretur in primis idoneus, qui Medicus Classis Navalis constitueretur. Nec minus idem testatur munus splendidum Professionis Medicæ ad hanc Academiam, ex eadem Regia Clementia nuperrime ipsi designatum. Etenim Vir Celeberrimus &

Expe-

Experientiſſimus D:nus LAURENTIUS ROBERG, Medicinæ practicæ, per octo jam luſtra, & quod excurrit, ad hanc Academiam Doctor & Profeſſor Regius Ordinarius, Medicorum Regni Sueciæ ſenior, ætate ac meritis, æque ac eruditione, per omnem campum ſcientiarum difluſa, ſumme Venerandus, fruendum cenſuerat ſumma illa Clementia Regia, quæ ſibi æque ac ceteris in Collegio ſociis, ætate provectioribus, muneris vacationem, ſervato annuo ſtipendio, indulgentiſſime obtulerat; non tam ſenio confectus aut languidus, licet, artis ſuæ beneficio, uno tantum anno vel altero diſtet ab octogenario, quam laborioſæ praxi Medicæ, ægrotantibus frequentius ſubventuræ, vix ultra ſufficiens: ſupplex igitur Gratiam illam Regiam humillime expetivit, eamque ſibi clementer conceſſam lætiori, ut ſuevit, animo ſubmiſſe veneratur. In locum hujus, quum Succeſſor, muneri par, eſſet ſurrogandus, concordibus Senatus Academici ſuffragiis denominatus eſt Vir Experientiſſimus Dominus Doctor CAROLUS LINNÆUS; annuente etiam Reverendiſſimo PRO-CANCELLARIO: poſteaque Illuſtriſſimo hujus Academiæ CANCELLARIO ſubmiſſe eſt commendatus, tantique *Herois* opera gratioſiſſima illam, quam diximus, *S:æ R:æ Majeſtatis* clementiam in hac provincia obtinenda expertus eſt. Munus hoc ſolenni more ſuſcepturus, Oratione inaugurali rite & concinne declarare ſtatuit; *quid quantumque emolumenti in Medicina, ex itinere per provincias patriæ inſtituto, ſperari queat.* Fiet hoc,

annuente Deo, proximo die Martis, qui hujus Menſis eſt viceſimus & ſeptimus, hora ante merid. IX, in Auditorio Carolino Majori. Quapropter, cum ſperare vix liceat, fore, ut Reverendiſſimi *Archiepiſcopi* & *Procancellarii*, Dn. Doct. JOANNIS STEUCHII præſentiam, actui huic alioquin exoptatiſſimam, languidæ vires admittant; Perilluſtrem ac Generoſiſſimum Baronem Dn. JOHANNEM BRAUNNER, Uplandiarum Gubernatorem, Mæcenatem Camenarum longe propenſiſſimum, ut & *Patres Civesque Academicos* & *Urbicos*, ſumma, qua decet, reverentia ſtudioque rogamus, velint ſua præſentia frequentiaque actum hunc ſolemnem faventes cohoneſtare. P. P. Upſaliæ, a. d. 25. Octobr. An. MDCCXLI.

CARO-

CAROLI LINNÆI

Med. Doct. & Soc. Reg. Lit. ac Scient. Membr.

ELENCHUS ANIMALIUM PER SUECIAM OBSERVATORUM.

CAROLI LINNÆI

Med. Doct. & Soc. Reg. Lit. ac Scient. Membr.

ANIMALIA PER SUECIAM OBSERVATA.

Oologia, pars ista Scientiæ naturalis ob Animalium summa attributa certe primaria, minus exculta est, quam vel Lithologia, vel Botanica ipsa. Me itaque non indignum argumentum suscepisse confido, si observationes, quas circa Animalia institui, communicavero, & quidem hac vice Elenchum omnium Animalium a me per Sueciam observatorum exhibuero.

Adjutus interim fui Ornithologicis Illustris Rudbeckii fil., Magistri in his quondam mei, observatis, qui Aves Patriæ nostræ stupenda industria collegit, vivisque coloribus delineavit, ut præstantiores non viderit ætas nostra. Pisces autem Sueciæ, qui totam Ichthyologiam absolvit, Artèdi noster descripsit, quem secutus sum.

Insecta vero fuere summæ meæ deliciæ, in his arsit mea juventus. Upsaliæ degens ab anno 1728 ad 1734.

horas vacuas hiſce Animalibus indagandis, contemplandis, deſcribendis impendi. Synonyma in his dare labor Herculeus eſt; tot icones absque deſcriptionibus, tot deſcriptiones mancæ ſine figuris, tot adumbrationes absque nominibus, barbaram reddidere Inſectorum cognitionem in hoc uſque tempus; dedi itaque modo unicum nomen, ubi deſcriptum fuit Inſectum: alio tempore omnia fere communicabo cum veris differentiis, brevibusque deſcriptionibus.

Reduxi Animalia ſecundum propriam *methodum*, genera & characteres, olim data in Syſtemate trium Regnorum Naturæ.

Longe multa a me prætermiſſa eſſe Animalia nullus dubito, quis enim omnes perreptaverit meandros? *quæ itaque præſenti Prodromo deſunt, ſuppleat ætas; non enim differendum eſt tyrocinium in ſenectutem, nam quotidie creſcit metus, majusque fit ſemper quod auſuri ſumus & dum deliberamus quando incipiendum, incipere jam ſerum fit, quare fructum ſtudiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet*; ſuadente *Quintiliano*.

Claſſis

Classis I.

QUADRUPEDIA.

Ordo I.

ANTHROPOMORPHA.

SIMIAS

Si excipiamus variis temporibus a variis adportatas regionibus exteris, nulla hujus ordinis animalia alit Suecia nostra.

Ordo II.

FERÆ.

URSUS.

1. Ursus. *Gesn. Germ.* 14.

F E L I S.

1* Felis domeſtica ſive Catus. *Raj. Quad.* 170.
2. Lupus cervarius. *Geſn. Germ.* 155.
3. Lynx colore albo, maculis nigris, cauda truncata.

M U S T E L A.

1. Muſtela ſylveſtris. *Charl.* 19.
2. Martes. *Geſn. Germ.* 15. abietum & fagorum.
3. Gulo. *Scheff. Lapp.* 339.

L U T R A.

1. Lutra. *Schonev. Icht.* 46.

P H O C A.

1. Phoca vulgaris. *Jonſt. Icht. t.* 44. *duplex creditur* Graskiál & Wikareskiál.

C A N I S.

1* Canis ſagax. *Charl. On.* 23.
2. Lupus vulgaris. *Charl. On.* 14.
3. Vulpes. *Geſn. Germ.* 152.

M E L E S.

1. Taxus. *Charl. On.* 17.

T A L P A.

1. Talpa. *Raj. Syn.* 236.

E R I N A C E U S.

1. Erinaceus ſive Echinus terreſtris. *Raj. Quad.* 231.

V E S P E R T I L I O.

1. Veſpertilio. *Raj. Quad.* 243.

Ordo III.

G L I R E S.

S C I U R U S.

3. Sciurus. *Geſn. Germ.* 13.
2. Sciurus volans. *Seb. Theſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41. *f.* 3.

C A S T O R.

1. Caſtor. *Rond. Icht.* 236.
2. Mus major aquaticus, ſive Rattus aquaticus. *Raj. Syn.* 217.

M U S.

1. Mus domeſticus major. *Geſn. Germ.* 109.
2. Mus domeſticus medius. *Raj. Quad.* 218.
3. Mus domeſticus vulgaris ſive minor. *Raj. Quad.* 218.
4. Mus avellanarum minor. *Raj. Quad.* 220.
5. Mus agreſtis, capite grandi, brachyurus. *Raj. Syn.* 218.
6. Mus Norvegicus vulgo Leming. *Worm. Muſ.* 322.

LEPUS.

L E P U S.

1. Lepus, *Charl. On.* 20.
2.* Cuniculus. *Charl. On.* 21.

S O R E X.

1. Mus araneus. *Jonst. Belg. t.* 66.

Ordo IV.

JUMENTA.

E Q U U S.

1.* Equus. *Charl. On.* 2.

S U S.

1. Aper. *Gesn. Germ.* 146.
*α Sus, sive Porcus domesticus. *Raj. Quadr.* 92.

Ordo V.

PECORA.

C E R V U S.

1. Cervus. *Raj. Quadr.* 84.
2. Dama vulgaris platyceros. *Gesn. Germ.* 84.

3. Alces

3. Alces. *Charl. On.* 9.
4. Rangifer. *Gesn. Germ.* 130.
5. Capra, Capreolus sive Dorcas. *Gesn. Germ.* 64.

C A P R A.

1.* Hircus domesticus. *Charl. On.* 7.

O V I S.

1.* Ovis domestica. *Raj. Quadr.* 73.

B O S.

1.* Bos domesticus. *Raj. Quadr.* 70.

Classis II.

AVES.

Ordo I.

ACCIPITRES.

STRIX.

1. Bubo primus. *Will. Orn.* 63.
2. Bubo Scandianus. *Rudbeckii Fil.*
3. Otus, sive noctua aurita. *Will. Orn.* 64.
4. Strix. *Will. Orn.* 65.
5. Strix flammea. *Rudb.*
6. Noctua minor. *Will. Orn.* 69.
7. Noctua major, oculorum iridibus croceis. *Rudb.*
8. Noctua major, oculorum iridibus flavis. *Rudb.*
9. Noctua dorso fusco, ventre cinereo undulato, collari laterali duplicato nigro.
10. Ulula. *Gesn. Orn.* 773.
11. Noctua Scandiana maxima ex albo & cinereo variegata. *Rudb.*

F A L C O.

1. Aquila germana. *Gesn. Orn.* 168.
2. Balbusardus Anglorum. *Raj. Av.* 16.
3. Tinnunculus accipiter. *Gesn. Orn.* 54.
4. Buteo vulgaris. *Will. Orn.* 38. *t.* 6.
5. Buteo apivorus, sive vespivorus. *Will. Orn.* 39. *t.* 3.
6. Milvus æruginosus. *Will. Orn.* 42. *t.* 7.
7. Milvus vulgaris, cauda forcipata. *Will. Orn.* 41. *t.* 6.
8. Lanarius. *Gesn. Orn.* 76.
9. Falco albo-cinereus viridis, pedibus luteis. *Rudb.*
10. Dendro-falcus. *Gesn. Orn.* 75.
11. Lithofalco. *Will. Orn.* 47.
12. Pygargus *Gesn. Orn.* 205.
13. Falco fringillarius. *Gesn. Orn.* 51.

Ordo II.

P I C Æ.

C O R A C I A S.

1. Pica varia seu caudata. *Will. Orn.* 87. *t.* 19.

C O R V U S.

1. Corvus. *Gesn. Orn.* 394.
2. Cornix nigra. *Will. Orn.* 83. *t.* 18.
3. Cornix cinerea. *Will. Orn.* 84. *t.* 18.
4. Cornix frugilega. *Will. Orn.* 84. *t.* 18.

5. Mo-

5. Monedula ſive Lupus. *Will. Orn.* 85. *t.* 19.
6. Pica glandaria vel garrulus avis. *Geſn. Orn.* 700.
7. Caryocatactes. *Geſn. Orn.* 245.
8. Cornix cœrulea. *Will. Orn.* 85.

C U C U L U S.

1. Cuculus. *Bell. Av.* 22. *variat ſexu & ætate.*
2. *Jynx. Geſn. Orn.* 173. *Rudb. Lapp.* 66. *fig. opt.*

P I C U S.

1. Picus maximus vel niger. *Geſn. Orn.* 708.
2. Picus viridis major. *Will. Orn.* 93. *t.* 31.
3. Picus variegatus major. *Will. Orn.* 94. *t.* 21.
4. Picus varius minor. *Will. Orn.* 94. *t.* 21.
5. Picus pedibus tridactylis; *ex alpibus Dalekarlicis.*

C E R T H I A.

1. Certhias, Certhius, Reptatrix. *Bell. Av.* 98.

S I T T A.

1. Sitta, ſive Picus cinereus. *Will. Orn.* 98. *t.* 23.

U P U P A.

1. Epops, Upupa. *Bell. Av.* 72.

I S P I D A.

1. Merops. *Geſn. Orn.* 599.

Ord.

Ordo III.

MACRORHYNCHÆ.

G R U S.

1. Grus. *Gesn. Orn.* 529.

C I C O N I A.

1. Ciconia alba. *Will. Orn.* 210.
2. Ciconia nigra. *Will. Orn.* 211.

A R D E A.

1. Ardea cinerea major. *Will. Orn.* 203.
2. Ardea stellaris minor. *Gesn. Orn.* 214.

Ordo IV.

A N S E R E S.

P L A T E A.

1. Pelecanus, sive Platea. *Gesn. Orn.* 666.

A N A S.

1. Cygnus ferus. *Will. Orn.* 272.
*α Cygnus manſuetus. *Will. Orn.* 271. *t.* 69.
2.* Anſer cygneus Guineenſis. *Raj. Av.* 138.
3. Anſer ferus. *Geſn. Orn.* 158.
*α Anſer domeſticus. *Geſn. Orn.* 141.
4. Bernicla ſeu Bernacla. *Will. Orn.* 274.
5. Anſer cinereus ferus, torque inter oculos & roſtrum albo. *Rudb.*
6. Anas fera fuſca. *Aldr. Orn.* 221.
7. Anas niger. *Will. Orn.* 278. *t.* 70.
8. Anas ſtrepera. *Geſn. Orn.* 121.
9. Boſchas major. *Will. Orn.* 284. *t.* 72.
*α Anas domeſtica vulgaris. *Raj. Av.* 150.
10. Anas plumis molliſſimis. *Worm. Muſ.* 310.
11. Anas cauda acuta. *Aldr. Orn.* 234.
12. Penelope. *Geſn. Orn.* 108.
13. Glaucion, Glaucus. *Bell. Av.* 33.
14. Clangula. *Aldr. Orn.* 224.
15. Anas latiroſtra, Taſchenmaul. *Aldr. Orn.* 224.
16. Anas platyrhynchos, pedibus luteis. *Will. Orn.* 284.
17. Querquedula prima. *Will. Orn.* 291.
18. Querquedula ſecunda. *Will. Orn.* 290.
19. Anas Circia major. *Will. Orn.* 291.
20. Anas fluviatilis ruffa, roſtro & pedibus cinereis. *Rudb.*
21. Anas varia minor. *Rudb.*
22. Anas varia, cauda longa forcipata. *Rudb.*
23. Anas fuligula prima. *Geſn. Orn.* 107.

M E R G U S.

1. Merganſer. *Geſn. Orn.* 135.
2. Mergus cirratus fuſcus. *Will. Orn.* 255.
3. Mergus melanoleucos, roſtro acuto brevi. *Will. Orn.* 261. *t.* 59.

G R A-

GRACULUS.

1. Corvus aquaticus. *Will. Orn.* 248. *t.* 63.
2. Corvus aquaticus minor, Graculus palmines dictus, *Raj. Av.* 123.

COLYMBUS.

1. Colymbus major criſtatus. *Marſ. Danub.* 80. *t.* 38.
2. Colymbus ſive Podiceps minor. *Will. Orn.* 258. *t.* 61.
3. Colymbus Arcticus Lumme dictus. *Worm. Muſ.* 304.
4. Anas arctica Cluſii. *Will. Orn.* 244. *t.* 65.
5. Columba Groenlandica. *Will. Orn.* 245.

LARUS.

1. Larus cinereus maximus. *Will. Orn.* 262.
2. Larus cinereus major. *Will. Orn.* 263. *t.* 67.
3. Larus cinereus minor. *Will. Orn.* 263. *t.* 67.
4. Strunt-jager i. e. καπροθήρος. *Raj. Av.* 127.
5. Hirundo marina major tota cinerea, roſtro nigro & pedibus rubris. *Rudb.*
6. Hirundo marina, Sterna Turneri. *Will. Orn.* 268.

Ordo V.

SCOLOPACES.

HÆMATOPUS.

1. Hæmatopus Bellonii. *Will. Orn.* 220.

CHARADRIUS.

1. Charadrius ſive Hiaticula. *Will.* 230. *t.* 57.
2. Charadrius ſive Hiaticula fulvipes. *Rudb.*
3. Charadrius major cinereo-fuſcus, prona parte flaveſcens, ſive Lapponum. *Rudb.*
4. Pluvialis viridis. *Will. Orn.* 229. *t.* 57.
5. Pluvialis cinerea. *Raj. Av.* 111.

VANELLUS.

1. Vanellus ſive Capella. *Jonſt. Orn.* 164. *t.* 58.

TRINGA.

1. Gallina rhodopus, ſive phœnucopus. *Aldr. Orn.* 461.
2. Gallinula hypoleucos. *Aldr. Orn.* 469.
3. Avis pugnax. *Marſ. Danub.* 52. *t.* 24.
4. Gallinula aquatica, roſtro & pedibus rubris. *Rudb.*

NUMENIUS.

1. Gallinago, ſive Ruſticola minor. *Geſn. Orn.* 503.
2. Glottis, ſive Pluvialis major. *Will. Orn. t.* 55.
3. Scolopax aquatica fuſca, ventre albo, major. *Rudb.*
4. Numenius, ſive Arquata. *Geſn. Orn.* 221.
5. Scolopax, ſive Gallinago minor. *Geſn. Orn.* 503.
6. Scolopax, ſive Perdix ruſtica. *Ald. Orn.* 472.
7. Arquata, ſive Numenius medius. *Rudb.*
8. Arquata, ſive Numenius minor. *Rudb.*
9. Scolopax roſtro recurvo, pectore ruffeſcente, pedibus nigris. *Rudb.*

FULICA.

1. Fulica. *Marſ. Danub.* 70. *t.* 33.

Ordo

Ordo VI.

GALLINÆ.

PAVO.

1* Pavo. *Gesn. Orn.* 656.

MELEAGRIS.

1. Gallo-pavo, sive Meleagris & Numidica avis. *Will. Orn.* 113. *t.* 27.

GALLUS.

1. Gallina. *Gesn. Orn.* 430. *varietates infinitæ.*

TETRAO.

1. Urogallus, sive Tetrao major. *Will. Orn.* 123. *t.* 30.
2. Tetrao, sive Urogallus minor. *Raj. Av.* 53.
3. Gallina corylorum, sive Bonasia. *Gesn. Orn.* 229.
4. Lagopus avis. *Will. Orn.* 127. *t.* 32.
5. Perdix cinerea. *Will. Orn.* 118. *t.* 29.
6. Perdix major. *Gesn. Orn.* 620.
7. Perdix rufsa minor. *Rudb.*
8. Coturnix. *Will. Orn.* 121. *t.* 28.

Ordo VII.

PASSERES.

COLUMBA.

1.* Columba domeſtica, ſive vulgaris. *Will. Orn.* 130. *t.* 32. *Varietates multæ.*
2. Palumbus torquatus. *Will. Orn.* 135. *t.* 35.
3. Oenas, ſive Vinago. *Will. Orn.* 136. *t.* 35.
4.* Turtur. *Raj. Av.* 61.

TURDUS.

1. Merula nigra. *Bell. Av.* 80.
2. Merula montana. *Will. Orn.* 144. *t.* 38.
3. Merula ſaxatilis. *Will. Orn.* 145. *t.* 36.
4. Merula torquata. *Jonſt. Orn.* 106. *t.* 39.
5. Turdus pilularis. *Geſn. Orn.* 753.
6. Turdus ſimpliciter dictus, ſive viſcivorus, minor. *Will. Orn.* 138. *t.* 37.

STURNUS.

1. Sturnus. *Geſn. Orn.* 747.

ALAUDA.

1. Alauda vulgaris. *Will. Orn.* 149. *t.* 40.
2. Alauda pratorum. *Will. Orn.* 150.

3. Alauda

3. Alauda arborea. *Will. Orn.* 149.
4. Alauda minor campeſtris. *Raj. Av.* 69.

M O T A C I L L A.

1. Motacilla, Culicilega, Suſurada. *Bell. Av.* 88.
2. Motacilla flava, roſtro longiuſculo nigricante. *Merr. pin.* 178.
3. Oenanthe, ſive Vitiflora. *Raj. Av.* 75.
4. Oenanthe altera. *Raj. Av.* 76.
5. Merula aquatica. *Will. Orn.* 104. *t.* 24.

L U S C I N I A.

1. Luſcinia, ſive Philomela. *Will. Orn.* 161. *t.* 41.
2. Luſcinia minor. *Aldr. Orn.* 754.
3. Paſſer Troglodytes. *Raj. Av.* 80.
4. Atricapilla, ſive Ficedula. *Will. Orn.* 162. *t.* 41.
5. Ficedula quarta. *Will. Orn.* 163.
6. Wegflecklin, & Wydengyckerlin. *Geſn. Orn.* 796. Carolina *Rudb.*
7. Rubecula, ſive Erithacus. *Will. Orn.* 160. *t.* 38.
8. Curruca. *Geſn. Orn.* 370.

P A R U S.

1. Parus major, Fringillago. *Bell. Av.* 95.
2. Parus ater. *Geſn. Orn.* 641. *fig. inf.*
3. Parus paluſtris. *Geſn. Orn.* 642. *fig. ſuprem.*
4. Parus cœruleus. *Bell. Av.* 96.
5. Parus criſtatus. *Geſn. Orn.* 642. *fig. med.*
6. Parus caudatus. *Geſn. Orn.* 642. *fig. infim.*

H I R U N D O.

1. Hirundo domeſtica. *Geſn. Orn.* 548.
2. Hirundo ruſtica, ſive agreſtis. *Jonſt. Orn.* 117.

3. Hirundo riparia. *Gesn. Orn.* 656.
4. Hirundo apus. *Raj. Av.* 72.
5. Strix, Caprimulgus, Fur nocturnus. *Bell. Av.* 100.

L O X I A.

1. Coniroſor. *Rudb. Lapp.* 75. Loxia *Geſn. Orn.* 592.
2. Coccothrauſtes vulgaris. *Raj. Av.* 85.
3. Rubicilla, ſive Pyrrhula. *Will. Orn.* 180. *t.* 43.

A M P E L I S.

1. Gárrulus Bohemicus. *Geſn. Orn.* 705.

F R I N G I L L A.

1. Montifringilla calcaribus Alaudæ, ſive major. *Will. Orn.* 187. *t.* 77.
2. Fringillaria fuſca, criſta flammea. *Rudb.*
3. Montifringilla congener. *Jonſt. Orn. t.* 38.
4. Montifringilla mas. *Jonſt. Orn.* 99. *t.* 38.
5. Fringilla. *Will. Orn.* 186. *t.* 45.
6. Carduelis. *Jonſt. Belg.* 97. *t.* 37.
7. Emberiza flava. *Geſn. Orn.* 653.
8. Hortulana. *Geſn. Orn.* 567.
9. Spinus ſive Ligurinus. *Will. Orn.* 192. *t.* 46.
10. Linaria vulgaris. *Will. Orn.* 190. *t.* 46.
11. Linaria rubra. *Geſn. Orn.* 591.
12. Chloris. *Geſn. Orn.* 259.
13. Canaria *Geſn. Orn.* 240.
14. Paſſer aquaticus. *Geſn. Orn.* 652.
15. Paſſer domeſticus. *Will. Orn.* 182. *t.* 44.
16. Paſſer Alpino-Lapponicus ſive nivalis.

Claſſis

Classis III.

AMPHIBIA.

Ordo. I.

SERPENTES.

RANA.

1. Rana aquatica. *Raj. Quad.* 247.
2. Rana arborea, sive Ranunculus viridis. *Raj. Quad.* 251.
3. Bufo, sive Rubeta. *Raj. Quadr.* 252.

LACERTA.

1. Lacertus vulgaris 1. *Raj. Quadr.* 264.
2. Lacertus viridis. *Raj. Quadr.* 264.
3. Lacertus vulgaris 2. *Raj. Quadr.* 264.
4. Salamandra aquatica. *Raj. Quadr.* 273.

A N G U I S.

1. Cæcilia, Typhlinus Græcis. *Raj. Quadr.* 289.
2. Natrix torquata. *Raj. Quadr.* 334.
3. Anguis parvus rufescens. *Æsping Suecis.*
4. Anguis cinerea, macula dorsi fusca, longitudinali, dentata. *Totum corpus huic cinereum; Macula linearis fusca, dentata, secundum longitudinem dorsi extenditur. Latera maculis nigricantibus, singulis singulo denticulo lineæ dorsalis oppositis, simplici serie, notantur. Venter purpurascens, cum puncto nigro ad apicem singulæ squamæ. Gula pallida. Labium superius secundum marginem album est. Oculorum iris flammea cum pupilla perpendiculari, nigra, nitet. Morsu maxime (minus tamen quam proxime præcedens, cujus vulnera lethalia sunt) nocet. An Viperæ sola varietas? Caput tamen minus latum est quam in Viperis exoticis.*

Classis IV.

PISCES.

Ordo I.

PLAGIURI.

BALÆNA.

1. Balæna vulgaris. *Charl. On.* 167.

DELPHINUS.

1. Phocæna. *Rond. Icht.* 473.

Ordo II.

CHONDROPTERYGII.

RAJA.

1. Raja clavata. *Gesn. Icht* 795.
2. Raja lævis oculata. *Will. Icht.* 72.

SQUA-

SQUALUS.

1. Canis carcharias. *Aldr. Icht.* 383.

ACIPENSER.

1. Sturio. *Will. Icht.* 239.

PETROMYZON.

1. Lampetra fluviatilis. *Charl. On.* 159.

Ordo III.

BRANCHIOSTEGI.

CYCLOPTERUS.

1. Lumpus Anglorum. *Charl. On.* 131.

Ordo IV.

ACANTHOPTERYGII.

GASTEROSTEUS.

1. Piſciculus aculeatus. *Will. Icht.* 341.
2. Piſcis aculeatus minor. *Will. Icht.* 342.

COTTUS.

C O T T U S.

1. Citus. *Salv. Icht.* 216.
2. Scorpæna Bellonii. *Aldr. Icht.* 201.
3. Cottus ſcaber, tuberibus quatuor corniformibus in medio capite. *Art. ſpec.* 84.

T R I G L A.

1. Hirundo. *Will. Icht.* 280.

T R A C H I N U S.

1. Draco marinus. *Salv. Icht.* 71.

P E R C A.

1. Perca fluviatilis. *Geſn. Icht.* 698.
2. Lucio-perca. *Schon. Icht.* 43.
3. Cernua fluviatilis. *Geſn. Icht.* 191.

S C O M B E R.

1. Scomber. *Rond. Icht.* 234.

X I P H I A S.

1. Gladius. *Salv. Icht.* 126.

Ordo

Ordo V.

MALACOPTERYGII.

M U R Æ N A.

1. Anguilla. *Schon. Icht.* 14.

G A D U S.

1. Asellus mollis. *Jonst. Icht. t.* 2. *f.* 3.
2. Asellus varius. *Jonst. Icht. t.* 46. *f.* 4.
3. Asellus minor. *Schon. Icht.* 18.
4. Mustela fluviatilis. *Charl. On.* 159.
5. Silurus. *Rond. Icht.* 180. *vel cujusnam generis?*

P L E U R O N E C T E S.

1. Passer asper, sive squamosus. *Schon. Icht.* 61.
2. Solea. *Charl. On.* 145.
3. Rhombus aculeatus. *Charl. On.* 149.
4. Rhombus lævis. *Rond. Icht.* 312.
5. Hippoglossus. *Rond. Icht.* 325.
6. Platessa. *Schon. Icht.* 67.

E S O X.

1. Lucius. *Schon. Icht.* 44.
2. Acus. *Charl. On.* 136.

SALMO.

S A L M O.

1. Salmo. *Sakv. Icht.* 100.
2. Salmo cinereus, aut griſeus. *Raj. Piſc.* 63.
3. Salmo minor, vulgari ſimilis. *Art. ſpec.* 50.
4. Trutta fluviatilis. *Rond. Icht.* 169.
5. Trutta ſalmonata. *Raj. Piſc.* 63.
6. Umbla minor. *Geſn. Icht.* 1201.

O S M E R U S.

1. Eperlanus. *Geſn. Icht.* 363.

C O R E G O N U S.

1. Lavaretus Allobrogum. *Will. Icht.* 183.
2. Albula minima. *Charl. On.* 164.
3. Thymallus. *Aldr. Icht.* 594.

C L U P E A.

1. Halec. *Charl. On.* 122.
2. Spratti. *Raj. Piſc.* 105.

C Y P R I N U S.

1. Cyprinus. *Rond. Icht.* 150.
2. Cyprinus latus, ſive Brama. *Rond. Icht.* 154.
3. Rootaug i. e. Erythrophthalmus Germanis dictus, Bramis affinis. *Will. Icht.* 249.
4. Grislagine Auguſtæ dictus, Gobii fluviatilis ſpecies. *Raj. Piſc.* 123.
5. Caraſſius ſimpliciter dictus, ſive Caraſſii tertium genus. *Geſn. paral.* 1275.
6. Tinca. *Wotton. Piſc.* 190. *t.* 169.
7. Rutilus, ſive Rubellus fluviatilis. *Geſn. Icht.* 820.
8. Alburnus Auſonii. *Aldr. Icht.* 628.

9. Bal-

9. Ballerus. *Rond. lacuſt.* 154.
10. Cyprinus quincuncialis, pinna ani officulorum triginta quinque. *Art. ſpec.* 20.
11. Cyprinus iride flava, pinna ani officulorum viginti ſeptem. *Art. ſpec.* 23.
12. Cyprinus biuncialis, iridibus rubris, pinna ani officulorum novem. *Art. ſpec.* 30.
13. Cyprinus iride ſublutea, pinnis ventralibus anique rubris. *Art. ſpec.* 6.
14. Cyprinus maxilla inferiore longiore: apice elevato, pinna ani officulorum quindecim. *Art. ſpec.* 14.
15. Cyprinus roſtro naſiformi, dorſo acuminato, pinna ani officulorum viginti quatuor. *Art. ſpec.* 18.

C O B I T I S.

1. Cobitis aculeata. *Charl. On.* 157.

S T N G N A T U S.

1. Acus lumbriciformis aut ſeptimus. *Will. Icht.* 160.
2. Acus Ariſtotelis, ſpecies altera major. *Raj. Piſc.* 46.
3. Typhline. *Geſn. Icht.* 11.
4. Hippocampus. *Rond. inſ.* 114.

Classis V.

INSECTA.

Ordo I.

COLEOPTERA.

BLATTA.

1. Blatta fœtida. *Mouff. Lat.* 139.
2. Blatta minor. *an varietas?*

DYTISCUS.

1. Dytiſcus maximus, elytris margine prominentibus. *vide Friſch. Germ.* 2. *p.* 32. *t.* 7. *f.* 1.
2. Hydrocantharus, elytris ſtriatis ſeu canaliculatis. *Raj. Inſ.* 94.
3. Hydrocantharus noſtras. *Raj. Inſ.* 93.
4. Hydrocantharus minor, corpore rotundo plano. *Raj. Inſ.* 94.
5. Dytiſcus ovatus, collari ventreque rubro, alis fuſci-

M E L O E.

1. Proſcarabæus. *Merr. Pin.* 201.

F O R F I C U L A.

1. Forficula hirſuta, nigra, nitida: capite, collo, cinguloque ventris flavis.
2. Forficula collari nigro, elytris nebuloſis.
3. Staphylinus major, totus niger. *Raj. Inſ.* 109.
4. Forficula vulgaris. *Pet. Gaz.* 74. *f.* 5.
5. Forficula mollis cinerea, cauda forcipata.
6. Forficula collari nigro, ventre atro, elytris teſtaceis. *vid. Liſt. mut. t.* 3. *f.* 5.
7. Forficula collari nigro, ventre atro, elytris cœruleſcentibus.
8. Forficula collari teſtaceo, elytris ventreque teſtaceis: apicibus nigris.
9. Forficula ventre nigro: collo, capite, elytrisque æneis, nigris punctis perlucentibus.
10. Forficula tota atra.
11. Forficula nigra, elytris albis. *vide Friſch. Germ.* 5. *p.* 51. *t.* 26.
12. Forficula nigra, elytris ſanguineis.

N O T O P E D A.

1. Scarabæus e nigro virens, corniculis altero tantum verſu pectinatis. *Liſt. Scar.* 387.
2. Scarabæus ex rufo fuſcus ſive caſtaneus. *Liſt. Scar.* 387.
3. Notopeda nigro-æneus, antennis ſimplicibus.
4. Notopeda atra, antennis ſimplicibus.
5. Notopeda fuſca, antennis ſimplicibus.

MOR-

M O R D E L L A.

1. Mordella cauda aculeata.

C U R C U L I O.

1. Corculio acuminatus, oblongus, fuſcus.
2. Curculio acuminatus oblongiuſculus æneo-fuſcus.
3. Curculio Norvegicus niger ſignaturis flaveſcentibus aſperis. *Pet. Gaz.* 14. *t.* 8. *f.* 6.
4. Curculio oblongus cinereus, proboſcide breviſſima.
5. Curculio globoſus, proboſcide reflexa.
6. Curculio minimus, fuſcus, lateribus ruſeſcentibus.
7. Curculio minimus cinereus, ſubrotundus, obtuſus.

B U C E R O S.

1. Scarabæus rhinoceros. *Imp. alt.* 694.

L U C A N U S.

1. Scarabæus maximus, platyceros, Taurus nonnullis, aliis Cervus volans. *Raj. Inſ.* 74.

S C A R A B Æ U S.

1. Scarabæus ſtercorarius, ſive ſimarius. *Merr. Pin.* 201.
2. Scarabæus parvus, capite collarique nigro, elytris nebuloſis.
3. Scarabæus medius, capite collarique cœruleo, pedibus nigris, elytris pallidis ſtriatis.
4. Scarabæus parvus, oblongus, ater, elytris ſtriatis.
5. Scarabæus parvus niger, elytris antennisque rubris.
6. Scarabæus parvus niger, elytris cinereis.
7. Scarabæus minimus ater florilegus.
8. Scarabæus lanuginoſus alteri affinis. *Mouff. Lat.* 160.

9. Scarabæus maximus, rufus, uropygio deorſum inflexo. *Liſt. Scar.* 379.
10. Smaragdus vel Viridulus. *Merr. pin.* 201.

D E R M E S T E S.

1. Cantharis faſciata. *Imp. alt.* 692.
2. Scarabæus qui *Mouff. Lat.* 161. *f.* 6.
3. Dermeſtes niger punctis elevatis, collari cæſio, *in caſis Lapponum.*
4. Dermeſtes. *Goed. Lat.* 2. *p.* 145. *t.* 4.
5. Dermeſtes corpore oblongo, elytris ſtriatis, capite clypeato.
6. Dermeſtes pubeſcens, elytris apice eroſis.
7. Dermeſtes cylindraceus, collari craſſo, ſubhirſuto, elytris teſtaceis.
8. Dermeſtes niger faſciis albis transverſalibus.
9. Dermeſtes oblongus, elytris murinis vix ſtriatis.
10. Dermeſtes ſubrotundus, ater, nitidus, elytris brevibus.
11. Dermeſtes niger, elytris puncto albo. *vide Friſch.* 5. *p.* 22. *t.* 8.
12. Dermeſtes niger, elytris puncto rubro.

C A S S I D A.

1. Caſſida viridis, corpore nigro. *vide Wolck. Reſp.* 1. *p.* 166.
2. Scarabæus minor, ſordide fulvus, punctis & maculis aliquot nigris temere ſparſis notatus. *Raj. Inſ.* 88.
3. Caſſida nigra clypeo emarginato, elytris punctatis.

C H R Y S O M E L A.

1. Chryſomela viridi-cœruleſcens nitida.
2. Chryſomela viridis nitida.

3. Chry-

3. Chryſomela obſcure teſtacea.
4. Chryſomela viridi-aurea, rubro variegata.
5. Chryſomela violaceo-nigra, collari margine rubro.
6. Scarabæus parvus paulo productior, ſupinæ partis armatura tota e cupreo nigricante colore ſplendente, prona parte nigra. *Raj. Inſ.* 88.

COCCIONELLA.

1. Coccionella Anglica vulgatiſſima ſeu rubra, ſeptem nigris maculis punctata. *Pet. Gaz.* 33. *t.* 21. *f.* 3.
2. Coccionella punctis undecim.
3. Coccionella punctis duodecim.
4. Coccionella Anglica bimaculata ſive minor. *Pet. Gaz.* 34. *t.* 21. *f.* 4.
5. Coccionella punctis quatuordecim.
6. Scarabæus hemiſphæricus, elytris fulvis, maculis albis pictus. *Raj. Inſ.* 86.
7. Scarabæus hemiſphæricus flavus, maculis nigris variæ figuræ pictus. *Raj. Inſ.* 87.
8. Scarabæus hemiſphæricus minor, elytris nigris, rubris maculis pictus. *Raj. Inſ.* 87.
9. Scarabæus hemiſphæricus minor, elytris ex albo liventibus, lineolis nigris in medio dorſo pictus. *Raj. Inſ.* 87.

GYRINUS.

1. Pulex aquaticus. *Merr. pin.* 203.
2. Gyrinus colore murino.
3. Gyrinus nigricans major.
4. Gyrinus nigricans minor.
5. Gyrinus cœruleus nitidus.
6. Gyrinus niger, utrinque albus.
7. Gyrinus nigricans, punctatus.
8. Gyrinus niger nitidus, elytrarum apice rubro.

NECYDALIS.

1. Necydalis cinereo-maculata, ſulcata.
2. Scarabæus minor. *Jonſt. Inſ. t.* 15. *f. ult.*
3. Necydalis collari nigro, elytris teſtaceis, faſcia nigra.
4. Necydalis rubra, capite minimo nigro.

ATTELABUS.

1. Attelabus ater, oblongus, depreſſus.
2. Attelabus ater, maximus, cylindraceus, pectore craſſiuſculo, ore forficato.
3. Attelabus cœruleus, nitidus, oblongiuſculus, niger.
4. Attelabus oblongus, niger, collari teſtaceo.
5. Attelabus ſubrotundus cœruleo-nigricans, collari teſtaceo.
6. Attelabus ſubrotundus, griſeus.
7. Attelabus parvus, elytris oblongis teſtaceis.
8. Attelabus minimus fuſcus, ventre convexo-ovato.

CANTHARIS.

1. Cantharis elytris teſtaceis.
2. Cantharis elytris fuſcis.
3. Cantharis elytris ruberrimis.
4. Cantharis elytris nigris, faſciis pallidis.
5. Cantharis elytris viridi-æneis, apice rubris.
6. Cantharis elytris nigris, faſciis duabus rubris.

CARABUS.

1. Carabus niger, elytris ſulcatis punctatis.
2. Carabus viridis, elytris ſulcatis lævibus.
3. Carabus nigricans, lævis.

C I C I N D E L A.

1. Cicindela atra, punctis quatuor fasciaque albis.
2. Cantharis quarta. *Mouff. Lat.* 145. *f. infima.*
3. Cicindela ænea, punctis excavatis.
4. Cicindela ænea, elytris striatis.
5. Cantharis Mariana, viridis, perelegans, vaginis sulcatis, signaturis flavescentibus ornatis. *Pet. Gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 2.
6. Cicindela minima aurea lævis.

L E P T U R A.

1. Leptura cœruleo-nigra.
2. Leptura viridi-ænea.
3. Leptura rubro-ænea.
4. Leptura elytris rubris.
5. Leptura elytris testaceis apice rubris.
6. Leptura maxima nigra, subtus virescens.
7. Leptura elytris testaceis, maculis nigris.
8. Leptura elytris nigris, lineis flavis.

C E R A M B Y X.

1. Cerambyx viridi-æneus.
2. Cerambyx fuscus, antennis corpore quater longioribus.
3. Capricornus Rusticus cinereus, cornubus longissimis. *Pet. Gaz.* 14. *t.* 8. *f.* 8.
4. Capricornus Norvegicus nigrescens, vaginis punctatis, maculisque pallidis adspersis. *Pet. Gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 1.
5. Cerambyx nigricans, maculis viridibus.
6. Cerambyx cinereus, fasciis duabus pallidis.
7. Cerambyx cinereus, fascia alba.

BUPRESTIS.

1. Bupreſtis collari villoſo, elytris cinereis.
2. Bupreſtis collari villoſo, elytris teſtaceis.
3. Bupreſtis collari glabro, elytris teſtaceis.
4. Bupreſtis collari nigro, elytris æneo-cœruleis.
5. Bupreſtis corpore maximo, nigro. *vide Liſt. Tab.* 1. *f.* 4.
6. Bupreſtis capite collarique cœruleo, elytris rubro-æneis.
7. Bupreſtis capite cœruleo, collari elytrisque pallide æneis.
8. Bupreſtis capite nigro, collari elytrisque nigro-æneis.
9. Bupreſtis corpore nigro, pedibus rufis.

Ordo II.

GYMNOPTERA.

PAPILIO.

1. Papilio ſulphureus. *Pet. Muſ.* 1.
2. Papilio ſulphureus pallidus. *Pet. Muſ.* 1.
3. Papilio albus major apicibus nigris. *Pet. Gaz. t.* 62. *f.* 3.
4. Papilio minor apicibus nigris. *Pet. Gaz. t.* 49. *f.* 11.
5. Papilio albus medius, venis latis ſubtus nigricantibus. *Pet. Muſ.* 33.
6. Papilio albus, nervis alarum nigris, braſſicariæ majoris figura & magnitudine. *Raj. Inſ.* 115.

7. Pa-

7. Papilio Alpinus major, alis albicantibus, exterioribus maculis nigris notatis, interioribus maculis ophthalmoidibus viridi-rubris. *Raj. Inſ.* 139.
8. Papilio alis erectis, poſticis appendiculatis, ſubtus luteis faſcia transverſali, ſupra fuſcis macula lutea.
9. Papilio minor luteus, alis ad angulum exteriorem fuſcis. *Sloan. Jam.* 2. *t.* 239. *f.* 27.
10. Papilio maximus niger alis utrinque, tam exterioribus quam interioribus, limbo lato albo cinctis. *Raj. Inſ.* 135.
11. Papilio urticariam referens major. *Raj. Inſ.* 118.
12. Papilio urticarius vulgatiſſimus, rufo, nigro, cœruleo, & albo varius. *Raj. Inſ.* 117.
Raj. Inſ. 117.
13. Papilio alis laciniatis. *Alb. Inſ.* 54.
14. Papilio Oculus pavonis dictus. *Pet. Muſ.* 34.
15. Papilio mediæ magnitudinis, alis ſupina parte fuſcis, ad angulum exteriorem unica area purpurea notatis. *Sloan. Jam.* 2. *t.* 239. *f.* 3. 4.
16. Papilio eleganter variegatus, agilis, Bella donna dictus. *Pet. Muſ.* 35.
17. Papilio majuſculus, alis pullis, cum duplici in exterioribus macula lutea, & duplici oculo nigro. *Raj. Inſ.* 128.
18. Papilio medius, alis fulvo ſive rufo & nigricante colore variis, cum ocello prope extimum angulum alarum exteriorum. *Raj. Inſ.* 123.
19. Papilio major alis fulvis, ſupina parte maculis crebris, prona etiam argenteis eleganter pictis. *Raj. Inſ.* 119.
20. Papilio Rigenſis aureus minor, maculis argenteis ſubtus perbelle notatus. *Pet. Muſ.* 520.
21. Papilio fritillarius maculatus, praecox. *Pet. Muſ.* 35.
22. Papilio alis erectis, ſubrotundis, denticulatis, teſtaceis, ſubtus punctis argenteis aequalibus.
23. Papilio alis erectis, ſubrotundis, denticulatis, teſtaceis,

ſtaceis, ſubtus punctis pallidis nigriſque.

24. Papilio âlis erectis, ſubrotundis, teſtaceis, punctis pallidis, lineolis undulatis fuſcis, ſubtus albo variegatis.

25. Papilio pratenſis oculatus, fuſcus. *Petiv. Muſ.* 309.

26. Papilio fuſcus pratenſis. *Alb. Inſ. t.* 5. *f.* 7.

27. Papilio medius totus pullus, prona alarum parte ocellis aliquot e puncto albo, duplici circulo nigro & ſordide luteo cincto, compoſitis illuſtrata. *Raj. Inſ.* 129.

28. Papiliunculus cœruleus, ocellis plurimis ſubtus eleganter aſperſis. *Pet. Muſ.* 34.

29. Papiliunculus cœruleus vulgatiſſimus. *Pet. Gaz.* 55. *t.* 35. *f.* 1.

30. Papiliunculus aureus, oculatus, in ericetis frequens. *Pet. Muſ.* 34.

31. Papilio alis erectis, ſubrotundis, integerrimis, teſtaceis, ſubtus alba faſcia ocelliſque octo.

32. Papilio parvus alis exterioribus circa margines nigricantibus, media parte rufis, ſerici inſtar ſplendentibus, maculis longis nigris pictis. *Raj. Inſ.* 125.

33. Papilio alis erectis, ovatis, integerrimis, teſtaceis, griſeis, teſſerulis albis, linea nigra ſub ſuperioribus.

34. Papilio alis erectis, obtuſis, dentatis, nigris, punctis albis teſſellatis.

35. Papilio alis planis, nigris, apicibus albis.

36. Phalaena minor, alba, maculis nigreſcentibus ornata. *Pet. Gaz. t.* 32. *f.* 8.

37. Papilio alis planis, albis maculis, fuſcis inaequalibus marginalibus.

38. Papilio alis planis nigris, linea tranſverſa alba.

39. Papilio alis planis albis.

40. Papilio alis planis flavis, maculis duabus fulvis.

41. Papilio alis planis fulvis, macula rubente.

42. Papilio alis planis flavis, faſciis inaequalibus teſtaceis.

43. Pa-

43. Papilio alis planis virescentibus cinereo maculatis.
44. Papilio alis planis albidis, fasciis linearibus nigricantibus.
45. Papilio alis planis albidis, fasciis latis cinereis. *Goed. Metam.* 3. *p.* 16. *f. k.*
46. Papilio alis planis cinereis, fasciis albis punctatis.
47. Papilio alis planis griseis, fascia pallida.
48. Papilio alis planis pallidis, angulatis. *Vide Alb. t.* 42. *f.* 69.
49. Papilio alis planis, pallidis, nitidis.
50. Papilio alis planis nitidis albidis, fasciis undulatis.
51. Papilio alis planis nitidis albis, inferioribus reticulatis.
52. Papilio alis planis nitidis, albis, omnibus reticulatis. *Vide Goed. Metam.* 1. *p.* 150. *f.* 68.
53. Phalaena major alis amplis oblongis, albicante & fusco coloribus pulchre variegatis, interioribus rutilis, cum maculis nigris. *Raj. Inf.* 151.
54. Phalaena. *Alb. Inf. XXI.*
55. Papilionoides virescens, maculis quinque miniatis ornatus. *Pet. Mus.* 36.
56. Phalaena Umbrica linea maculisque sanguineis. *Pet. Gaz. t.* 13. *f.* 6.
57. Papilio alis depressis, superne argenteis, subtus obscuris. *Vide Frisch. Germ.* 1. *p.* 22. *t.* 4.
58. Papilio alis depressis niveis, antennis pennatis, pedibus annulis nigris. *Vide Reaum.* 1. *t.* 34. *f.* 4, 5, 6.
59. Papilio alis depressis albis, punctis nigris, ventre quinque punctorum ordinibus. *Vide Merian. Eruc.* 1. *p.* 16. *t.* 46.
60. Papilio alis depressis griseis, obscure maculatis: inferioribus flavis, margine nigro. *Vide Blank. Germ.* 28. *t.* 6. *f. F.*
61. Phalaena Erucae elephantinae. *Goed. Met.* 3. *p.* 47. *f. y.*
62. Phalaena maxima cauda acuta, alis angustis longis acutis, abdomine roseo, sex septemve areolis nigris. *Raj. Inf.* 144.

63. Pa-

63. Papilio alis depressis erosis, croceo-rufis. *Vide Goed. Metam.* 1. *p.* 155. *f.* 67.
64. Papilio alis depressis cinereo-fuscis, ad marginem posteriorem linea alba undulatis.
65. Papilio alis depressis cinereo-testaceis, lineis binis albis obliquis.
66. Papilio alis depressis testaceis, lineis tribus albis transversis.
67. Papilio alis depressis obscure cinereis, collari fulvo. *Vide Frisch. Germ.* 7. *p.* 1. *t.* 1.
68. Papilio alis depressis, litera y aurea inscriptis. *Vide Reaum. oct.* 2. *t.* 27. *f.* 4. 5.
69. Phalaena major pulcherrima, alis amplis exterioribus cinereis, maculis & lineis nigris eleganter depictis. *Raj. Ins.* 153.
70. Papilio alis depressis, margine interiore prominulis, cinereis, abdomine ovato.
71. Phalaena alis depressis, cinereis, cuneiformibus, margine exteriore nigro punctatis.
72. * Papilio Bombyx eruptus. *Jonst. Inst. t.* 22.
73. Papillo alis depressis erucae telas membranaceas texentis.
74. Papilio alis depressis cinereo-fuscis, antennis pectinatis. *Vide Swamm. quart.* 183. *t.* 10. *f.* 6.
75. Papilio alis depressis fuscis, fascia pallida longitudinali ramosa, subtus puncto nigro notatis.
76. Papilio alis depressis oblongis, griseis, inferioribus flavis.
77. Papilio alis depressis brevissimis, testaceis.
78. Papilio alis depressis luteis, corpore nigro.
79. Papilio alis depressis testaceis, minimus.
80. Papilio alis depressis cinereo-argenteis. *Vide Mer. Met.* 1. *p.* 7. *c.* 19.
81. Papilio alis depressis argenteis, nigro punctatis. *Vide Reaum. Ins.* 2. *t.* 12.
82. Papilio alis depressis cuneiformibus, oblongis, albis, striatis.

83. Papi-

83. Papilio alis depressis oblongis, cinereis, macula nigra notatis.
84. Papilio alis depressis oblongis, argenteis, lineis tribus transversis aureis, media bifurca.
85. Papilio apiformis abdomine aureo.
86. Papilio apiformis abdomine nigricante. *Hæc præcedenti dimidio minor, sed simillima.*
87. Papilio alis ramosis. *Vide Frisch. Germ.* 3. *p.* 20. *t.* 10.

L I B E L L A.

1. Libella maxima, abdomine longo tenuiore, alis fulvescentibus. *Raj. Inf.* 49.
2. Libella maxima vulgatissima, alis argenteis. *Raj. Inf.* 48.
3. Libellula alis argenteis, cauda forcipata.
4. Libella maxima abdomine breviore latioreque cœruleo. *Raj. Inf.* 49.
5. Libella maxima abdomine flavo angustiore, nullis ad radicem alarum maculis fuscis. *Raj. Inf.* 50.
6. Libella major, praecedenti congener, scapulis glabris, alis flavescentibus. *Raj. Inf.* 50.
7. Libella maxima, abdomine breviore latioreque flavo. *Raj. Inf.* 49.
8. Libellula alis argenteis, duplici puncto marginali. *Quae Raj. Inf.* 49. §. 3.
9. Libella media, corpore cœruleo, alis fere totis ex cœruleo nigricantibus. *Raj. Inf.* 50.
10. Libella media, corpore partim viridi, partim cœruleo, alis media parte maculis amplissimis e cœruleo nigricantibus oblitis. *Raj. Inf.* 50.
11. Libella minima, corpore e viridescente & nigro vario. *Raj. Inf.* 53.
12. Libella minor alis reticulatis, dorso rubro, maculis ad singulas incisuras nigris. *Raj. Inf.* 52.
13. Libella minima, corpore e cœrulescente & nigro vario. *Raj. Inf.* 53.

14. Li-

14. Libella minor, alis brevioribus, corpore cœruleo, maculis tranſverſis nigris. *Raj. Inſ.* 52.

E P H E M E R A.

1. Ephemera alis maculatis. *Swamm. Tract. de Ephem.*
2. Ephemera alis incarnato-albis.
3. Ephemera alis albis minima.

H E M E R O B I U S.

1. Hemerobius cauda bipili, alis cinereis, venoſo-reticulatis.
2. Hemerobius alis teſtaceis venoſo-ſtriatis, antennis longitudine alarum.
3. Hemerobius alis cœruleo-nigris, antennis corpore longioribus.
4. Hemerobius alis albis, corpore atro, antennis breviſſimis.
5. Perla minima merdam olens. *Pet. Muſ.* 4.
6. Formica-Leo. *Derh. Phyſico-Theol.* 37.

P A N O R P A.

1. Muſca ſcorpiuros prima. *Mouff. Lat.* 62. *f.* 3.
2. Muſca ſcorpiuros ſecunda. *Mouff Lat.* 62. *f.* 4.

R A P H I D I A.

1. Raphidia aculeo recurvo.

A P I S.

1. Crabro. *Merr. Pin.* 196.
2. Veſpa flava major. *Merr. Pin.* 196.
3. Veſpa nigra major. *Merr. Pin.* 196.
4. * Apis. *Merr. Pin.* 196. Fucus. *Merr. Pin.* 196.

5. Apis

5. Apis parietina nitida, collari cœruleo, abdomine aureo. *vide Frisch. Germ.* 9. *p.* 19. *t.* 10. *f.* 1.
6. Apis terrestris fusca.
7. Apis fusca, fronte alba, collari testaceo.
8. Apis nigra, collari villoso, pedibus incarnatis.
9. Apis nigra, collari villoso, pedibus nigris.
10. Apis nigra, abdomine acuminato, conico.
11. Apis cauda truncata tridentata.
12. Apis hirsuta maxima Alpino-Lapponica, collari nigro, abdomine luteo.
13. Apis hirsuta nigra, abdominis apice rubro.
14. Apis hirsuta nigra, abdominis apice fusco.
15. Apis hirsuta tota nigra.
16. Apis hirsuta nigra, collari abdominisque cingulo nigro, apice albo. *Vide List. Goed.* 233. *f.* 105.
17. Apis hirsuta collari fulvo, abdominis basi fulva, medio nigro, apice albo.
18. Apis hirsuta, collari fulvo, abdomine flavo.
19. Apis hirsuta tota cinera.

I C H N E U M O N.

1. Ichneumon flavus, abdomine medio nigro, cauda acuta, aculeo umbilicali triplici exserto.
2. Ichneumon cauda triplici, abdomine superne flavescente, pedibus clavatis. *Vide Mouff. Lat.* 64. *f. ult.*
3. Ichneumon cauda tripili, abdomine tereti atro, pedibus filiformibus rubris.
4. Ichneumon bedeguaris. *Vide Blank. Germ.* 142. *t.* 16. *f.* 5. *mala*, *ubi Mas.*
5. Ichneumon niger cauda exserta triplici, pedibus anterioribus abdomineque luteis.
6. Ichneumon aculeo triplici erecto, collari nigro, abdomine pedibusque testaceis.
7. Ichneumon aculeo triplici, pedibus abdomineque testaceis, apice nigro.

8. Ichneu-

8. Ichneumon collari gibboſo, abdomine ovato acuto. *Vide Friſch. Germ.* 3. *p.* 38. *t.* 19.
9. Ichneumon ater, alis teſtaceis, antennis clavatis.
10. Ichneumon tophos ſericeos exſtruens. *Vide Friſch. Germ.* 4. *p.* 24. *t.* 10.
11. Ichneumon paraſiticus erucarum, minimus. *Vide Raj. Cantabr.* 35.
12. Ichneumon antennis lunulatis, collari valvulis lateralibus inſtructo.
13. Ichneumon viridis, alis planis, abdomine ſuperne nigro, alis virentibus.
14. Ichneumon alis planis, luteis, margine exteriore nigris, collari nigro.
15. Ichneumon flavus, abdomine falcato, alis erectis. *Vide Liſt. Goed.* 5. 9. *f.* 20. *C.*
16. Ichneumon niger, abdomine falcato, ſuperne luteo, alis erectis.
17. Ichneumon cauda inermi, abdomine falcato, pedibus clavatis. *Confer n.* 2.
18. Ichneumon alis depreſſis cinereis, puncto marginali notatis. *Qui Friſch. Germ.* 2. *p.* 24. *t.* 5.
19. Ichneumon niger, abdomine cylindraceo punctato, pedibus rubris, alis pallidis.
20. Ichneumon cauda inermi, abdomine tereti atro, pedibus filiformibus, ruber. *Confer n.* 3.
21. Ichneumon antennis ſpiralibus, corpore atro, ventre ſubfalcato, pedibus luteis.
22. Ichneumon abdomine teſtaceo apice nigro, punctis quatuor albis.
23. Ichneumon antennis ſpiralibus, abdomine nigro, articulis duobus ſuperioribus teſtaceis.
24. Ichneumon antennis ſpiralibus, abdominis articulis nigris, margine flavis, ſecundo toto teſtaceo.
25. Ichneumon ater, alis nigricantibus, abdominis medio ſuperiore teſtaceo.
26. Ichneumon niger, alis planis ſubluteis, puncto ferrugineo.

27. Ichneu-

27. Ichneumon nigricans, alis planis, puncto marginali oblongo, pedibus luteis.
28. Ichneumon niger, abdomine ovato, marginibus lateralibus articulorum luteis, alis fuſcis.
29. Ichneumon niger, abdomine ovato, marginibus articulorum undique luteis, alis fuſcis.
30. Ichneumon corpore nigro, abdominis cingulo albo.

M U S C A.

1. Tipula Lapponica cinerea, alis albis, rivulis fuſcis.
2. Tipula abdomine annulis luteis, nigriſque alternatis.
3. Tipula cinerea, alis cinereis, vaſis fuſcis, maculiſque albis. *Quæ Alb. Inſ. t. 61. f. G. F.*
4. Tipula cinerea, alis fuſcis, macula lunata alba.
5. Tipula cinerea, alis fuſcis, vaſis nigris macula lunata nigra. *Quæ Friſch. Germ. 4. p. 24. t. 12.*
6. Tipula cinerea, alis cinereis, margine exteriori fuſco. *Quæ Bradl. natur. 25. f. 3.*
7. Tipula incarnata, alis cinereis, puncto nigro.
8. Tipula cinerea, alis cinereis immaculatis.
9. Culex antennis plumoſis. *Qui Liſt. Goed. 336. f. 140.*
10. Culex vulgaris. *Flor. Lapp. 363.*
11. Culex Alpinus. *Flor. Lapp. 364.*
12. Culex Lapponicus minimus. *Flor. Lapp. 365.*
13. Culex alis depreſſis, margine villoſis.
14. Muſca apiformis proboſcide porrecta, alis maculatis. *Pet. Gaz. t. 36. f. 5.*
15. Culex fuſcus, alis ſubrotundis.
16. Culex niger, pectore gibbo, abdomine cylindraceo, alis albis, pedibus poſticis maximis.
17. Tabanus vulgaris griſeus, inciſuris dorſi macula trigona albicante notatis. *Flor. Lapp. 363.*
18. Tabanus flavus. *Flor. Lapp. 363.*
19. Tabanus fuſcus, abdominis lateribus teſtaceis.

20. Tabanus fuſcus, alis cinereis punctatis.
21. Tabanus fuſcus, alis cinereis, maculis albis nigrisque.
22. Tabanus fuſcus, alis fuſcis, maculis nigris.
23. Oeſtrum rangiferinum Lapponicum, ventre fulvo. *Flor. Lapp.* 360. Oeſtrum rangiferinum Lapponum. *Nobis in Act. R. Angl.* 1737.
24. Oeſtrum rangiferinum Lapponicum, ventre nigro. *Flor. Lapp.* 363.
25. Oeſtrum bovinum cauda alba. *Flor. Lapp.* 360.
26. Oeſtrum bovinum ventre croceo. *Flor. Lapp.* 360.
27. Muſca equina tenax.
28. Muſca ſtercoraria. *Merr. Pin.* 200.
29. Muſca nigra pectore hirſuto, dorſo abdominis fulvo.
30. Muſca abdomine nigro anterius albo, alis albis, nigra macula.
31. Muſca nigra, abdominis lateribus flavis, alis albis.
32. Muſca fuſca, abdominis apice villis albo, alis pallidis, macula lunata ferruginea.
33. Muſca nigra abdomine anterius fulvo, alis immaculatis.
34. Muſca fuſca, alis teſtaceis, macula ferruginea.
35. Muſca atra, alarum margine inferiore albeſcente lacerato. *Vide Aldr. Inſ. t.* 2. *f.* 13.
36. Muſca ſubhirſuta, abdomine annulis luteis nigrisque variegato. *Vide Alb. Inſ. t.* 17. *f.* 7.
37. Muſca abdomine fuſco, annulis luteis, lateribus flavis. *Vide Alb. Inſ. t.* 13. *f. M. L.*
38. Muſca glabra, abdomine annulis fuſcis pallidisque cincto.
39. Muſca fuſca, glabra, dorſo abdominis tribus paribus albarum lunularum notato. *Vide Friſch. Germ.* 11. *p.* 17. *t.* 22. *f.* 1.
40. Muſca fuſca, abdomine oblongo pubeſcente, dorſo tribus paribus albarum lunularum notato.
41. Muſca nigra glabra, abdomine circulis luteis, ſuperio-

rioribus dimidiatis, cincto. *Vide Goed. Met.* 1. *p.* 111. *t.* 41.

42. Musca fusca, abdomine acuminato, circulis luteis retrorsum flexis cincto.
43. Musca fusca, dorso tribus paribus trigon. luteis notato.
44. Musca oblonga nigra, abdominis lateribus inæqualiter albis, pedibus posticis longis.
45. Musca oblonga abdomine flavo, characteribus transversalibus nigris notato.
46. Musca alis griseis nigro maculatis.
47. Musca alis albicantibus nigro maculatis.
48. Musca alis albicantibus nigro punctatis.
49. Musca nigra vibrans, alis albis, apicibus nigris.
50. Musca nigra, alis fuscis, apicibus albis.
51. Musca minima atra sanguisuga, alis albis. *Flor. Lapp.* 93.
52. Musca minima alis incumbentibus, margine exteriori tribus punctis nigris notatis.
53. Musca minima atra, ventre acuminato, alis incumbentibus, fasciis tribus cinereis.
54. Musca carnivora viridi-ænea, abdomine obtuso.
55. Musca carnivora viridi-ænea, abdomine acuminato.
56. Musca carnivora pectore cœruleo æneo, abdomine viridi-æneo. *Vide Goed. Metam.* 1. *p.* 133. *f.* 54.
57. Musca abdomine cœruleo obtuso. *Vide Lift. Goed.* 304. *f.* 122.
58. Musca domestica. *Flor. Lapp.* 359.
59. Musca abdomine atro obtuso glabro. *Vide Goed. Metam.* 1. *p.* 33. *f.* 55.
60. Musca atra obtusa, fronte alba.
61. Musca oblonga atra hirsuta, alis fuscis incumbentibus, pedibus nigris.
62. Musca corpore rubro, capite pedibusque nigris, alis albidis, margine exteriori nigro cum puncto.

63. Musca nigra obtusa, pectore hirsuto luteo, alis basi flavis.
64. Musca atra villosa oblonga, pedibus longis, femoribus rubris. *Flor. Lapp.* 359.
65. Musca oblonga flavescens, dorso longitudinaliter nigro-punctato, alis nigro-maculatis.

Ordo III.

HEMIPTERA.

GRYLLUS.

1. Gryllo-Talpa. *Frisch. Germ.* 11. *p.* 28. *t.* 5. *f.* 1. 2.
2. Gryllus domesticus. *Mouff. Lat.* 135.
3. Gryllus campestris. *Raj. Ins.* 63.
4. Gryllus alis superioribus umbrosis, inferioribus rubris, apicibus nigris. *Vide Frisch. Germ.* 9. *p.* 4. *t.* 1. *f.* 2.
5. Gryllus abdomine incarnato, alis margine exteriore viridi-pallidis. *Vide Frisch. Germ.* 9. *p.* 6. *t.* 1. *f.* 8.
6. Gryllus abdomine pallido, alis griseis unicoloribus.
7. Gryllus pallidus, alis griseis lineola alba notatis.
8. Gryllus abdomine fusco, alis margine exteriore saturate viridibus. *Vide Frisch. Germ.* 9. *p.* 5. *t.* 1. *f.* 5.
9. Gryllus alis superioribus nullis, collari producto ad longitudinem abdominis.
10. Ranatra bicolor ex fusco & pallido striata. *Pet. Gaz.* *t.* 61. *f.* 10.

11.

11. Gryllus alis ſuperioribus viridibus, inferioribus fuſcis, capite flavo.
12. Ranatra bicolor, capite nigricante. *Pet. Gaz.* 61. *f.* 9.
13. Gryllus fuſcus, alarum margine albo.
14. Gryllus alis nigris, faſciis tribus tranſverſis albis.

L A M P Y R I S.

1. Noctiluca terreſtris. *Colum. Obſ.* 36. *f.* 38.
2. Lampyris alis ſuperioribus ad angulum acutum ſtriatis.

F O R M I C A.

1. Formica maxima hippomymex. *Raj. Inſ.* 69.
2. Formica media rubra. *Raj. Hiſt.* 69.
3. Formica minor rubeſcens. *Raj. Hiſt.* 69.
4. Formica media nigro colore ſplendens. *Raj. Inſ.* 69.
5. Formica minor e fuſco nigricans. *Raj. Inſ.* 69.

C I M E X.

1. Cimex alis teſtaceis, abdomine rubro.
2. Cimex ex luteo-vireſcente infuſcatus, corniculis maculatis, ſimiliter ad alvi margines nigris maculis eleganter interſtinctus. *Liſt. Scar.* 396. *t.* 3. *f.* 16.
3. Cimex miniatus nigris maculis notatus, hyoſcyamo fere gaudens. *Liſt. Scar.* 397. *t.* 3. *f.* 21.
4. Cimex ſubrotundus griſeus.
5. Cimex niger maculis candidis notatus. *Liſt. Scar.* 396. *t.* 3. *f.* 25.
6. Cimex ſylveſtris cœruleſcens, paulo reliquis minor & magis depreſſus, area ſcapularum rubra. *Raj. Inſ.* 54.

7. Cimex minor cœrulescens, lineis albis varius, testudinis forma. *Sloan. Jam.* 2. *t.* 237. *f.* 36. 37.
8. Cimex oblongus alis cinereis margine albis, scapulis nigris, linea alba.
9. Cimex oblongus albus.
10. Cimex oblongiusculus, alis flavo fulvoque variis.
11. Cimex oblongiusculus ater, alis fuscis macula rhomboidali nigra.
12. Cimex oblongiusculus viridis, alis griseis.
13. Cimex oblongiusculus fuscus, alis nigricantibus, puncto albo.
14. Insectum Tipula dictum.
15. Cimex linearis teretiusculus albus, genubus crassis.
16. Cimex longus depressus griseus, genubus globosis.
17. Cimex brevis & fere rotundus, nigricans. *Raj. Ins.* 57.
18. Cimex domesticus impennis. *Merr. Pin.* 202.
19. Cimex impennis rhomboidalis, testaceis antennis obtusis.
20. Cimex impennis subrotundus fuscus, *qui List. Mut. t.* 3. *f.* 24.
21. Cimex impennis orbiculatus fuscus, dorso faciem morionis referens.
22. Cimex impennis fuscus, ventre pallido.
23. Cimex impennis, dorso perforato.
24. Cimex impennis, antennis longissimis.
25. Cimex impennis, abdomine pæne bicorni.
26. Cimex alis erectis, abdomine pæne bicorni.
27. Cimex cauda plumosa corpus tegente.
28. Cimex alis erectis ater, pedibus albis.

H E P A.

1. Scorpio aquaticus. *Jonst. Ins. t.* 27. *f.* 2. *& t.* 23.

N O-

NOTONECTA.

1. Notonecta vulgaris e nigro pallidoque mixta. *Pet. Gaz.* 72. *f.* 6.
2. Notonecta vulgaris compressa fusca. *Pet. Gaz.* 72. *f.* 7.
3. Notonecta cinerea vix conspicua.

Ordo IV.

APTERA.

PEDICULUS.

1. Pediculus ordinarius. *Red. Inf. t.* 18.
α. Pediculus corporeus maculatus. *Merr. Pin.* 202.
2. Pediculus Tetraonis Lagopi dicti.
3. Pediculus Turdi Merulæ montanæ dicti.
4. Pediculus Corvi. *Red. Inf.* 16.
5. Pediculus Columbæ majoris. *Red. Inf. t.* 2. *f.* 1.
6. Pediculus Picæ. *Red. Inf.* 5.
7. Pediculus Cygni. *Red. Inf.* 5.
8. Pediculus hybernaculorum arboreus, villosus.
9. Pediculus clypeatus.
10. Pediculus fatidicus, Mortifaga, Pulsatorius. *Derh. Physico-Theol.* 119.
11. Pediculo cognatus & similis. *Raj. Inf.* 7.
12. Pediculus inguinalis. *Pet. Gaz. t.* 69. *f.* 9.

PULEX.

1. Pulex vulgaris. *Raj. Hist.* 7.
2. Pulex viridis plantarum.

MONOCULUS.

1. Pulex aquaticus arborescens. *Swamm. quart. 66. t. 1.*

ACARUS.

1. Ricinus secundus. *Raj. Inf.* 10.
2. Acarus insectorum coleopteratorum.
3. Acarus ruber aquaticus. *Vide Frisch. Germ.* 8. *p.* 5. *t.* 3.
4. Araneus Anglicus coccineus minimus. *Pet. Mus.* 65.
5. Acarus scabiei.
6. Scorpius-araneus. *Frisch. Germ.* 8. *p.* 2. *t.* 1.

ARANEA.

1. Araneus cinereus cristatus. *Raj. Inf.* 39.
2. Araneus albicans corona coccinea in alvo ovali. *Raj. Inf.* 24.
3. Araneus rufus sive avellaneus cruciger, cui utrinque ad superiorem alvi partem quasi singula tubercula eminent. *List. Aran.* 28. *t.* 1. *f.* 2.
4. Aranea globosa cinerea, maculis dorsalibus nigris, in scuti formam dispositis.
5. Aranea atra, abdomine superne duobus punctis excavato.
6. Aranea globosa pallida, floribus inhabitans.
7. Aranea fusca, maculis quinque nigris dorsalibus longitudinalibus contiguis.
8. Aranea flavo-viridis, lateribus linea alba cinctis. *Vide Jonst. Inf. t.* 18.
9. Aranea nigra, pectore abdomineque linea alba cinctis.
10. Aranea hortensis pedibus quatuor anterioribus longioribus, abdomine depresso. *Frisch. Germ.* 7. *p.* 10. *t.* 5.

11 Ara-

11. Aranea capite nigro, abdomine albo maculato, cauda prominula nigricante.
12. Araneus cinereus, alvo circiter ſenis faſciis transverſis, in angulos acutos in medio erectis, argenteis & nigris alternatim diſpoſitis inſignitus. *Liſt. Aran.* 87. *tit.* 31.
13. Araneus ſaliens niger, punctis albis notatus.

C A N C E R.

1. Cancer marinus. *Matth. Dioſc.* 227.
2. Maja. *Matth. Dioſc.* 229.
3. Aſtacus. *Matth. Dioſc.* 227.
4. Gammarus. *Matth. Dioſc.* 228.
5. Cancer cauda exſerta, roſtro ſuperne ſerrato. Squilla. *Matth. Dioſc.* 229.
6. Cancer cauda exſerta, roſtro integerrimo.
7. Cancer Moluccanus. *Worm. Muſ.* 249.
8. Cancellus. *Matth. Dioſc.* 230.
9. Cancer cauda exſerta, chelis angulatis.

O N I S C U S.

1. Oniſcus marinus maximus.
2. Aſellus aquaticus. *Friſch. Germ.* 10. *p.* 7. *t.* 5.
3. Millepeda. *Matth. Dioſc.* 257.
4. Oniſcus minimus, cauda alba.

S C O L O P E N D R A.

1. Scolopendra marina. *Raj. Inſ.* 44.
2. Scolopendra valde exilis longa. *Raj. Ib.*
3. Scolopendræ accedens 30. pedibus inſtructa. *Raj. Inſ.* 45.
4. Julus glaber Mouffetti primus. *Jonſt. t.* 23.

Classis VI.

VERMES.

Ordo I.

REPTILIA.

GORDIUS.

1. Seta aquatica. *Merr. Pin.* 207.

TAENIA.

1. Vermis in homine cucurbitinus, sive Tænia. *Merr. Pin.* 206.

LUMBRICUS.

1. Lumbricus terrestris minor. *Raj. Inf.* 2.
α Lumbricus major. *Raj. Inf.* 1.
β Lumbricus intestinorum teres. *Raj. Inf.* 2.
2. Ascarides *Medic.*

HIRUDO.

1. Hirudo sanguisuga. *Merr. Pin.* 207.

L I M A X.

1. Limax ater. *Liſt. Angl.* 131. *t.* 2. *f.* 17.
2. Limax cinereus maximus ſtriatus & maculatus. *Liſt. Angl.* 130.
3. Limax cinereus parvus immaculatus pratenſis. *Liſt. Angl.* 127.

Ordo II.

TESTACEA.

C O C H L E A.

1. Cochlea pulla ex utraque parte circa umbilicum cava. *Liſt. Angl.* 143. *t.* 2. *f.* 26.
2. Cochlea fuſca, altera parte planior & limbo inſignita, quatuor ſpirarum. *Liſt. Angl.* 145. *t.* 2. *f.* 27.
3. Cochlea teſta depreſſa, utrinque ſubæqualis, ſpira tereti.
4. Cochlea teſta depreſſa ſuperne plano-concava, ſubtus convexo-concava, margine ſurſum complanato, ſpira laxa.
5. Cochlea teſta depreſſa, ſpira arctiſſima vix perforata.
6. Cochlea teſta depreſſa, ſupra planiuſcula marginata, ſubtus convexa perforata.
7. Cochlea teſta depreſſa, ſupra convexa, ſubtus plana perforata.

8.

8. Cochlea testa convexo-depressa, supra convexiuscula, infra cavo-perforata.
9. Cochlea testa convexa, subtus perforata, spira acuta.
10. Cochlea maculata, unica fascia pulla angustioreque per medium anfractus insignita. *List. Angl.* 119. *t.* 2. *f.* 4.
11. * Cochlea cinerea edulis, cujus os operculo crasso velut gypseo per hyemem clauditur. *List. Angl.* 111. *t.* 2. *f.* 1.
12. Cochlea maxima fusca sive nigricans fasciata. *List. Angl.* 133. *t.* 2. *f.* 18.
13. Cochlea testa convexa nivea, fascia subfusca.
14. Cochlea testa producto-convexa, fluviatilis.
15. Cochlea palustris, testæ rictu subrotundo, spiris quaternis.
16. Cochlea palustris, testæ hiatu rotundo contracto, spiris laxis.
17. Cochlea palustris, testa convexa, rictu obliquo, spiris ternis.
18. Cochlea testa acuta alba minus producta, spiris ternis.
19. Buccinum exiguum subflavum, mucrone obtuso, sive cylindraceum. *List. Angl.* 121. *t.* 2. *f.* 6.
20. Cochlea testa oblonga obtusa, rictu rotundo, spiris octo.
21. Cochlea testa producta acuminata striata, cinereo-alba.
22. Cochlea testa producta acuminata atra.
23. Cochlea testa flava pellucida, hiatu longitudinali oblongo.
24. Cochlea testa alba, pellucida, acuminata, rictu obliquo.
25. Cochlea testa ventricosa, sensim spiralis.
26. Cochlea testa ventricosa, obtuse spiralis.
27. Nerita major dentata.
28. Nerita minima variegata.

P A-

P A T E L L A.

1. Patella ex livido cinerea, ſtriata. *Liſt. Angl.* 195. *t.* 5. *f.* 40.
2. Patella fluviatilis fuſca, vertice mucronato inflexo. *Liſt. Angl.* 151. *f.* 32.

D E N T A L I U M.

1. Dentalium. *Worm. Muſ.* 252.
2. Dentalium. *Worm. Muſ.* 252.
3. Tubulus vermium, ſive Penicillus. *Worm. Muſ.* 252.
4. Teredo navalis *Hollandorum.*

C O N C H A.

1. Oſtrea. *Worm. Muſ.* 254.
2. Pecten. *Worm. Muſ.* 255.
3. Concha oblonga lævis, medio contracta.
4. Muſculus & Mutilus. *Worm. Muſ.* 255.
5. Concha ſtriata rugoſa ſubrotunda alba.
6. Concha teſta cœrulea oblonga lævi.
7. Concha teſta lævi orbiculata alba.

L E P A S.

1. Balanus cinereus, velut e ſex laminis ſtriatis compoſitus, ipſo vertice altera teſta bifida rhomboide occluſo. *Liſt. Angl.* 196. *t.* 5. *f.* 41.
2. Concha anatifera. *Worm. Muſ.* 256.

Ordo III.

ZOOPHYTA.

ECHINUS.

1. Echinus marinus. *Worm. Muſ.* 245.

ASTERIAS.

1. Stella marina. *Worm. Muſ.* 245.

MEDUSA.

1. Meduſa margine ſedecies emarginato, radiis ſedecim, fibris longiſſimis.
2. Meduſa margine integerrimo, diſco cavitatibus ramentiſque quatuor.
3. Meduſa margine integerrimo, diſco cruce alba notato.

SEPIA.

1. Sepia. *Matth. Dioſc.* 44.
2. Loligo. *Matth. Dioſc.* 244.

EXAMEN EPICRISEOS

IN

SYSTEMA PLANTARUM SEXUALE

CL. LINNÆI,

Anno 1737. Petropoli evulgatæ,

AUCTORE

JO. GEORGIO SIEGESBECK

M. D. & Horti Medici Petropolitani Præfecto,

Jussu AMICORUM institutum

A

JOHANNE BROWALLIO.

VIRIS CELEBERRIMIS

D. NICOLAO HASSELBOM,

E T

D. HERMANNO DIETER. SPORING,

IN REGIA ABOENSI ACADEMIA PROFESSORIBUS

S. P. D.

JOHANNES BROWALLIUS.

Æpius in familiaribus noſtris colloquiis, ſermone ad Botanicam deflectente, *Syſtema ſexuale* haud mediocriter laudavimus, reliquisque omnibus prætulimus; Nec vobis ab re viſum eſt, quod ego,

in prælectionibus Botanicis, *Methodum Linnæanam* præcipue ſecutus, eandem juventuti Academicæ, tanquam optimam, commendaverim. Igitur, nuper huc allatæ *Botanoſophiæ Siegesbeckianæ* annexam cum videretis *Epicriſin*, qua hæc methodus non tantum impugnatur & ſugillatur, ſed etiam, ut abſurda & inutilis penitus rejicitur, graviter tuliſtis impune vapulare *Linnæum;* ſimulque cavendum duxiſtis, ne imprudentioribus ſtudioſis, errores Petropolitani imponerent. Meam autem qualemcunque operam hoc in negotio haud inutilem judicaſtis, ac eapropter *Epicriſin* ea lege mecum communicaſtis, ut publico ſcripto examen ejus inſtituerem. Quem ego laborem eo lubentius ſuſcepi, quod &, *Vobis auctoribus*, *Linnæi*, amici veteris, cauſſam agere, & in rem Botanicam aliquid conferre poſſe mihi videbar. Perlecto vero libello ipſo, non ultra quidem dogmatibus *Linnæanis* metuebam, quin ſecure tacere licuiſſet. Enimvero, ſi fatendum quod res eſt, non deſunt quæ contra methodum ſexualem, qualis quidem huc uſque prodiit, jure urgeri poſſent; Ipſa *methodus* & fundamentum diviſionis ſuas habent difficultates & incommoda haud exigua; In *elaboratione* quoque me nonnulla deſiderare coëgit crebra & adcurata plantarum inſpectio. Singula autem bene perpendens, judicavi quidem *hæc* vel levi immutatione tolli, vel uberiori explicatione dilui poſſe, *illa* vero methodis omnibus communia eſſe; quod in ſyſtemate artificiali aliter evenire omnino fit impoſſibile; auctori inte-

integrum fuiſſe, quamlibet fructificationis partem eligere, qua fundamenti loco uteretur, modo non vel leges methodicas transgreſſus fuerit, vel pro naturali venditaverit, quod arti ſoli originem debet; Singula tandem cetera ſyſtemata & pluribus & gravioribus laborare incommodis, illis licet deſtituantur prærogativis, quibus magnifice placet ſexuale. Interim tamen, ſi qua adgrediendus auctor, ſuper his omnino lis ipſi moveri debuiſſet; quæ fere omnia Cl. *Siegesbeckium* intacta reliquiſſe miratus ſum. Adcuratiorem ergo ſyſtemati *Linnæano* opto adverſarium, qui dubia proferat obſervationibus innixa; quorum explicatione in rempublicam Botanicam non leve emolumentum redundaturum ſperamus. Hæc vero, quæ vel ferre vel prolicere poterit diſputatio, nec Vobis, nec Linnæo, nec trivialibus Botanicis, imo nec me quidem ſatis digna fore prævideo. Ne tamen officio defuiſſe videar, nihiloſecius brevem operam examini epicriſeos impendam. Ipſam vero Sciagraphiam prorſus intactam auctori ſuo relinquo; reor enim, non multum inde accedere quorundam Botanicorum placitis, quod hujus auctoritate muniantur; Quam infeliciter autem eadem placita de proprio *Auctor* interpolaverit, Lectores Botanici facile perſpicient; Non tantum enim eatenus a genuino fructificationis principio receſſit & dogmata adoptavit errorum feraciſſima, ſed etiam, progrediente ſcriptione, plurimis contradictionibus imprudens locum fecit. Singula diſcu-

tiant quibus prolixius altercandi otium ſuppetit; ſatis ego contra munitos non dubito tirones, modo Fundamenta *Linnæi* Botanica aliqualiter intellexerint. Valete.

Dab. Aboæ die X. *Aprilis*
1739.

EXA-

EXAMEN EPICRISEOS SIEGESBECKIANÆ;

PARTICULA I.

De Systemate plantarum sexuali in genere..

§. I.

Primam aciem contra sexum plantarum instruit Cl. Siegesbeckius; antea vero quam manum conseramus, in gratiam tironum paucissima de propagatione vegetabilium præfari lubet.

Generatio æquivoca, olim a plurimis credita & propugnata, his temporibus unanimi sapientum consensu rejicitur, nec defensores invenit nisi in vulgi fabulis anilique superstitione; Eo magis supervacaneum duco argumenta, quibus destruitur illud tenebrarum phantasma, hic repetere. Sufficit, quod neminem Studiosorum facile latere possit, quam graviter in saniorem Metaphysicam peccet infaustissimum assertum. Quæ autem generationem univocam urgent rationes, non in regno tantum animali sed etiam in vegetabili quia occurrunt, ergo quoque valebunt. Igitur communiter recepta veritas, non paucorum dogma, nedum solius *Linnæi* est: *omne vivum ex ovo provenire. Ovum* est, quod fœtus rudimentum & primum nutrimentum continet; quod alterutrum tantum, improprie eo nomine venit. Ovum proinde actum fœcundationis prærequirit, qui coi-

tu diverſorum ſexuum abſolvitur. Ergo ſine ſexu nullum ovum, nulla generatio. Sexus vero, aut in individuis ſeparatis, ut in regno animali communiter, & in quibusdam plantis; aut in individuis ſingulis ſimul occurrit, ut communiter in regno vegetabili & apud quædam inferioris credita ſortis animalia; prout ſcilicet cujuscunque creaturæ ſtatui convenientiſſimum judicavit Creatoris ſapientia. *Ova* autem regni vegetabilis *ſemina* dicuntur, quæ unicuique plantæ & arbori, ſecundum ſpeciem ſuam, indita eſſe diſerte adſtruit Phyſica Divina Moſaica Gen. I: v. 12. Determinavit namque Creator ſpecies viventium generatione ex ovo ſive ſemine. Sola hac conſtitutione *ſpecies* ſunt vere naturales & a variationibus immenſum diſtant; quodcunque enim ex eodem ſemine, quibuscunque in circumſtantiis & quantacunque cum diſſimilitudine prodit, illud ejusdem eſſe ſpeciei indubitato concludimus. Hæc eſt regnorum naturæ perfectio in pulcherrimo conſiſtens ordine; qui ut eo illibatior & ſine confuſione conſervaretur, ſapientiſſime noluit rerum Auctor ſpecies hybridas propagari; quod experientiâ in utroque regno diſcimus.

§. II. Videmus ergo, quod hunc, quem loquimur, in regno vegetabili propagationis modum analogia inter creaturas viventes ſuadeat, ordo inter ſpecies in mundo, ſine confuſione, conſervandus urgeat, ſapientia denique Creatoris & operum ejus perfectio evincat; ſed eundem inſuper ipſa etiam autopſia & experientia extra omne dubium ponit; nimirum: Cum in omni vegetabili flos fructum antecedat, patet eundum eſſe pro fructu; in flore ergo eſt actus generationis; ergo partes floris reſpondent genitalibus animalium. Qui hoc negat, eo abſurditatis progredi cogitur, ut pulcherrimum floreſcentiæ adparatum fruſtra conſtitutum affirmet, & aliquid, idque in regno vegetabili præcipuum, ſine conſilio a natura factum eſſe. Examinando autem floris partes, videmus *petala* in ambitu poſita, ut ſint involucri inſtar; *calycem*, adhuc magis externum, ipſis petalis inſervire; *ſtamina* ve-

ro

ro & *piſtilla* in medio ſita eſſe, quorum ad conſervationem reliquus omnis adparatus ſpectare videtur. Hinc, ingruente nimbo & pluvia noctuque plantarum plurimarum florentium petala connivent. Ulterius: ſæpe abeſt calyx, ſæpe etiam petala, nectarium ſæpius, ſtamina vero & piſtilla nunquam. Optime ergo in illis eſſentiam floris conſiſtere judicavit *Linnæus*. Eſſentia vero ſtaminum in *antheris*, piſtillorum in *germine* ſita eſt. Partes floris ſingulæ, peracto officio, cum non amplius neceſſariæ ſunt, marceſcere incipiunt, cadunt; reſtat germen indies auctum; prodit pericarpium, ubi ad conſervandos teneros fœtus integumento opus fuerit. Structura *antherarum* artificioſiſſima eſt, qualis, ſcilicet, elaborando ſemini convenit; cum teſticulis animalium manifeſtam prodens analogiam; quod in plurimis ad oculum monſtrari poteſt. *Farina* quoque earundem, non tantum in chymica reſolutione aliquid magni ſubeſſe innuit; ſed conſtanti etiam, eaque in unaquaque ſpecie ſingulari gaudet figura, ut exemplis demonſtratur in Mem. de l'Acad. anni 1711. pag. 277. ad 280.

Piſtilla, ad recipiendam farinam hanc genitalem comparata, vulvam, vaginam & uterum præbent; eorum, perinde ac ſtaminum, figura admodum variat, pro conditione & uſu, ſine dubio, cujuscunque plantæ; medium tamen ſemper in flore locum tenent. In piſtillorum ſtigmate apertura ſeu foraminulum obſervatur pilis obſitum, viſco in ambitu illinitum; interdum ſtylus quoque & germen hirſutie conſpicua ſunt, villis elaſticitate quadam gaudentibus, qua per gradus quaſi ad aperturam aſcendere cogitur farina genitalis. Foramen quoque in tubo ſeu ſtylo deprehenditur, quod figura cum ſtigmatis orificio convenit; In fructu numerus capſularum vel ſeminum idem eſt qui piſtillorum vel ſtigmatum. Quam primum ceciderit farina, embryo obſervatur in germine oriens & totius floris mox ſubſequitur immutatio. Imo in plurimis ipſe fœcundationis actus conſpici poteſt. Floſculoſi & ſemifloſculoſi Tournefortii; ſeu, adcuratius

loquendo, *Syngenesia* Linnæi exempli loco esse potest, ubi pistillum, quod bifidum vel emarginatum apparet, ex antherarum coalito cylindro, farina genitali conspersum emergit; singularis etiam est in *leguminosis* observatio. Imprimis autem in *Parnassia*, vulgatissima planta, quomodo officio suo satisfaciant antheræ miratus sum. Sed quid multis? in omni flore totus omnino eo collimat adparatus, ut rite procedat negotium fœcundationis. Ubi pistillum staminibus longius, ibi nutant flores; ubi brevius, erectum conservant situm; imo eriguntur florescentia instante antea penduli flores; In *Diœcia* Linn. ubertas farinæ aliæque circumstantiæ notari merentur. Qui dubitaverit, adeat ipsam naturam & in singulis speciebus veritatem hujus asserti videbit adstructam. Difficilior autem fœcundatio, plantæve per semina propagatio, individuorum longævitate compensatur, vitæque per germina, stolones & radices continuatione. Qui farinam antherarum, cum *Tournefortio*, pro excremento habent, quam vilem usum pulcherrimæ rei adsignant! quomodo in diclinia se expedient? quid flores sine fructu? cur absente marito abortiunt? Luculentum est exemplum *Jov. Pontani* de Palmis Brundusiensibus,

Distantibus quæ cum crescerent agris,
Permansit sine prole diu, sine fructibus arbor
Utraque;
Ast postquam patulos fuderunt brachia ramos
Frondosique apices se conspexere &c.
Optatos fœtus sponte tulere sua.

Excusationem tamen meretur *Tournefortius*, quem latuere incrementa, quæ deinde, assiduis observationibus, cepit Botanica; quarum si notitiam habuisset, lætus sententiam correxisset, judice eloquentissimo *Fontenellio*. Ejus vero exemplo abuti modernos non decet.

Addam in robur asserti adhuc *castrationem* florum, sed tribus tantum verbis. Hæc vel casu accidit, vel consilio instituitur. Ineptæ redduntur antheræ fœcundationi, quando pluviâ, ventô, aliisve caussis pulvis genitalis dispergitur,

gitur, abluitur, corrumpitur; hinc caritatem annonæ dependere ipſi norunt agricolæ. Luxuriantes plantæ abortiunt, perinde ac gallinæ pinguiores; quod nec inter cetera animalia eſt infrequens. Conferatur experimentum a *Geoffroyo* juniore cum Zea inſtitutum infra adducendum. Ipſe quoque ſæpius præcidi antheras, ſemper bono cum ſucceſſu, in quibuslibet plantis; debita modo cum cautione inſtituta fuerat operatio. Sed plura pro ſexu plantarum accumulare argumenta ſupervacaneum duco; quæ deſiderari poſſent, paſſim apud recentiores Botanicos occurrunt; quos inter *Vaillantius* & *Geoffroyus* Junior eminent, uſque dum prodierit, quæ, ſine dubio, omnium inſtar futura eſt, omnium votis expetita, a Linnæo nobis promiſſa *Philoſophia Botanica.*

Patere hinc ſatis opinor quibus partibus floris generatio primario debeatur; reliquarum facile eſſet adjicere uſus particulares, ſed feſtinatio prohibet. Indiſcriminatim autem omnibus officium generationis adjudicare, facit, ut nullius genuinum uſum intelligere poſſimus. Dubitanti nihil conſultius quam naturam ipſam adire; cave tamen omnibus, quæ vulgo feruntur, experientiis fidem ut habeas. Eo enim pacto vel transmutationem ſpecierum credere cogeremur, cum e. g. multi agricolæ confidenter aſſerant ſe multoties proprio vel damno vel commodo expertos eſſe ex *Siliginis* ſemine *Lolium*, ex *Hordei* vero *Avenam*, imo ex ſemine *Tritici Siliginem* prodiiſſe & contra; quod tamen experimentum nec mihi, nec ulli alii ſucceſſit, quantumvis ſollicite plurimas terras, multiplicibus adhibitis conditionibus, hunc in finem exploraverimus; Et profecto id ſi procederet, falſum foret in Botanica fructificationis principium, & manifeſtum ſimul evaderet, non Deum ſolum eſſe creatorem; quod cogitare impium, nedum aſſerere.

§. III. Hæc vero omnia, quæ, pro dignitate rei quidem brevius, pro intentione tamen prolixius, præfatus ſum, Cl. *Siegesbeckium*, ſi bona fide ſexum plantarum oppugnat, ignorare oportet; ſin vero diſſimulaverit ſtudii con-

contradicendi invidiæque in auctorem argui posse videtur. Ne tamen justo rigidior sim, prodeat ejus limitatio, qua asserit: *se non penitus negare sexum plantarum; sed illi opinioni in observatione Botanica de distincto vegetabilium sexu &c. aliqualiter accessisse, simul tamen circumstantias aperuisse, quæ sexum hunc omnino incertum ac dubium reddere valeant.* * Id quidem scriptum Cl. *Siegesbeckii* ego non vidi; nec forte operæ fuisset pretium, cum ipse fateatur *se in præsenti Epicrisi dubitationes copiosius ac dilucidius exposuisse.* † In adductis tamen verbis non bene sibi constare Auctorem apparet: quid hoc est, aliqualiter accedere opinioni, quam dubiam & incertam esse demonstrat? Si dubia & incerta, cur assentitur? Sed assentitur aliqualiter; fieri scilicet potest ut existat sexus; cur ergo male eum habet quod defensorem sexus invenit Linnæum? cur contra possibilitatem disputat? cur suspicionibus fundamenta dogmatis oppugnat? * Rem deinde a creatione orditur, & inconsulto Sacrum Textum sibi contrarium citat. * Urget *Deum non semina, sed herbas completas ipsisque floribus & fructibus condecoratas ex gremio terræ produxisse;* ego autem vanam duco disputationem de habitu, quo prodierint primitus vegetabilia, quousque non constat qua anni tempestate mundus sit conditus. Fatetur tamen mox, auctoritate Sacræ Scripturæ inductus, *facultatem cuilibet herbæ, frutici vel arbori concessam esse, ut fructu suo vel semine propagari possint;* nihilominus tamen regnum vegetabile huic legi stricte & unice allegatum esse negat. † Et canonem proinde Cl. *Linnæi* Fund. Bot. §. 134. *omne vivum ex ovo provenire datur* &c. cum grano salis accipiendum suadet. Mihi vero omnino idem & sentire & dicere videtur *Linnæus* quod S: a S: a Gen I. 12. Eodem igitur argumento utrumque esse refutandum censeo. Clarissime enim semen, in loco allato, pro fundamento propagationis assumitur, quo, scilicet determinantur species: *Protulit terra germen, herbam seminificancan-*

* *Pag.* 41. & 42. † *pag.* 42. * *pag.* 42. † *pag.* 43.

cantem ſemen ſecundum ſpeciem ſuam; & arborem facientem fructum, cujus ſemen ejus in ea, ſecundum ſpeciem ſuam. Nec video qua fronte quis hanc aſſertionem limitare audeat; Cl. *Siegesbeckii* experientia tamen illum contraria docet. Quam pulchre vero ea, quæ ſana dictitat ratio, cum revelatis conveniant, ex ante dictis videri poteſt; non igitur rationes pro veritate repetamus, ſed argumenta tantum in contrariam partem allata examinemus.

§. IV. Ad quinque autem omnino capita reduci poſſunt hæc argumenta; quæ totidem paragraphis nobis ſunt diſcutienda. Horum primum eſt., §

Quod variis aliis modis quam per ſola ſic vocata vegetabilium ova, vix non ſingulæ plantæ propagari queant, utpote per ſtolones, nova germina, radices &c. quibus etiam addit inſitiones, inoculationes & depactiones. Facilis eſt reſponſio unius poſitionem non eſſe alterius excluſionem. Notandum tamen in vocabulo *propagari* latere homonymiam: adcurate loquendo, nunquam ſine ſemine nova provenit planta; Semine vero producta, deinde ulterius quaſi multiplicari poteſt per ramos, germina, ſtolones, ſurculos, folia &c. quæ omnia partes ſunt plantæ ex ſemine productæ, ſingulaque, ut ex accuratioribus patet obſervationibus, integram plantulam continent, poſitis certis & neceſſariis circumſtantiis ſeſe evoluturam. Hoc igitur reſpectu viventia regni vegetabilis ab animalibus multum differunt, quod partibus admodum ſimilaribus conſtent; eo autem ipſo, ut damna ab animalibus illata facilius reparare poſſunt, ita finibus divinis optime reſpondent. Hinc Caulem radicem eſſe ſupra terram judicat in literis ad me datis Cl. *Linnæus;* quam ob cauſſam arborem inverſo omnino ſitu creſcere poſſe videmus, ut radices rami evadant & rami radices. Hoc nituntur fundamento inſitiones, inoculationes, depactiones, & ſi qui alii ſunt artificiales propagandi modi. Qui ulteriorem in hoc puncto deſideraverit dilucidationem, adeat ſcripta *Rudbeckii*,

§ *Pag.* 43. *pag.* 44.

beckii, *Grewii*, *Malpighii*, *Jungii*, *Raji*, *Wolffii*, *Thummigii* aliorumque. Quomodo autem, his rite intellectis, ſexus plantarum inde oppugnari queat, certe ego non video.

Sed, inſtat Cl. Siegesbeck, *felicius certius & promtius per ſtolones, germina &c. propagantur plantæ, quam per ſemina.* Largiar de quibusdam id etiam verum eſſe; quid autem inde ſequitur? niſi ut ſapientiſſimam Numinis curam conſideremus & extollamus, qua propagationi plantarum diſtributione proſpexit æqua; adeo ut quibus ſemina tardiora, pauciora, incertiora, his plurimi ſtolonis & germina, his longior ætas & major ſe multiplicandi facilitas data ſit; perinde ac inter animalia propagationis facilitas eſt pro longævitate ſpeciei; ut ſcilicet obtineat æquilibrium, & pulcherrimus in natura conſervetnr ordo; alias, quam miſera viventium conditio in mundo foret, niſi ſpecies his cancellis coërcerentur; quam abſurda confuſio ſi e. g. vel ephemera equi ætatem viveret, vel equa millies de die pareret! exempla igitur allata, cum nihil ad rem faciant, intacta prætereo; licet non deſint quæ circa eadem moneri poſſent. Unicum reſtat, quod ſilere nequeo: Poſtquam monuerat Cl. Auctor bulboſas & tuberoſas promtius & felicius per radices propagari, impie ne dicam an imprudenter addit: *Quod poteſt fieri per pauca, non debet fieri per plura.* Ejusdem quoque farinæ eſt concluſio: *In plurimis vegetabilibus revera minus neceſſarium, imo ſuperfluum plane videtur, ut per ſemina debeant propagari.** Interim tamen has easdem plantas per ſemina propagari poſſe eſt in confeſſo; norunt id hortulani, qui ſemina bulboſarum quotannis terræ committunt; nec diffitetur ipſe Siegesbeckius, licet cum temporis dispendio id fieri arguat; cur ergo ordinem Creatoris taxat; cur tam audacter aſſerit ſemina hæc ſuperflua quaſi diligentia a Creatore plantis conceſſa? Nonne magis decuiſſet *Siegesbeckium* fines Creatoris rimari, quam ex horto Petropolitano leges præſcribere Naturæ? miſerrimi & ſtultiſſimi homun-

* *Pag.* 45.

homunciones, quam in cogitationibus noſtris vani ſumus! modo labefactetur fundamentum ſyſtematis *Linnæani*, nihil curandum, licet Natura vapulet.

§. V. Validius videri poſſet argumentum, ſi modo verum, quod ulterius aſſerit Cl. Siegesbeckius, *plurimas plantas per ſemina popagari non poſſe.* Quid tenendum ex ſuperioribus patet. Hic non argumentis pugnat auctor, ſed exemplis; ea igitur nobis ſunt diſcutienda. † Primo loco *Muſam* adducit, ipſius Linnæi fultus auctoritate, qui Muſ. Cliff. p. 20 fatetur, *ejusdem ſemina vix unquam fœcunda reperiri vel propagationi apta.* Conſuluiſſet autem pro reſponſione Cl. Siegesbeckius pag. 35. & 36. ejusdem Libelli, & forte non neceſſe habuiſſet propter hunc ſcrupulum, publice de ſexu plantarum dubitare. *Si plures plantæ ſimul poſitæ, eodem fere tempore floruerint, vel altera per aliquot dies ſerius*, non dubitat Linnæus poſſe ſemina perfecta prodire; quod facile in ſolo natali evenire poterit. De cetero exemplum Muſæ Siegesbeckio quam maxime eſt contrarium; ſterilitas enim ejus inde eſt, quod prius floreant floſculi fœminini quam maſculini, ac eapropter ab his fœcundari nequeant. Quod ſi nihilominus perfecta ubique provenirent ſemina, habuiſſet ſane Siegesbeckius quod contra ſexum urgere potuiſſet; jam vero quod deficiant in hac planta, ſolitarie florente, ſemina, pro ſexus realitate irrefragabile eſt argumentum.

2. *Ex ſemine Ficus nihil produci* * auctoritate *Jo. Camerarii* ſtatuitur; fateor mihi experientiam hoc loco deeſſe; Interim tamen auctoritati *Camerarii* jure obloqui videtur *Rajus* Hiſt. Plant. 1432. *At non me movet Camerarii auctoritas ut credam Ficum ex ſemine non naſci; cum illud præter naturæ ordinem ſit, ut quævis planta ſemen producat toto genere infœcundum. Semen enim a natura deſtinatum eſt ad plantam propagandam. Natura autem fine ſuo non excidit, niſi ob defectum aliquem aut impedimentum interveniens. Quin & Geoponici plerique antiquiores Ficum e ſemine*

† *Pag.* 44. ** *pag.* 44.

femine nasci fatentur. Et Cicero in Catone Majore, Ex fici, inquit, tantulo grano tantos truncos procreat. Comperi deinde, narrante Cl. *Linnæo*, Ficus in Hollandia quotannis prolici e feminibus vel fructu lacerato terræ commendato, fructu tamen illo ex Italia allato; cùm quæ in hortis borealioris Europæ crescunt Ficus semper fœminæ sint: Itali vero Caprificum simul crescenten habeant.

3. Exempla *Rubi humilis Ribesii foliis regionum septemtrionalium*, * quem melius & intelligibilius dixisset *Rubum caule unifolio & unifloro, fol. simplicibus* Lin. Fl. L. 208. † *Fragariæ & Lilii alb.* ac *purpureo-crocei* C. B. gratis adducuntur, cum nulla fida experientia has plantas seminibus non propagari, sed potius contrarium constet; quod in specie *Rubi* adducta ipse observavi; Fragariam seminibus propagari, tanquam modo vulgo in Hollandia notissimo, retulit nuper Amicus; licet non diffitear peculiare esse in *Lilio purpureo croceo*, quod plerumque abortiat, dum bulbulos ex alis foliorum profert.

4. *Typham* vero quod attinet, lepidus est auctor, dum *impregnationem, ibi* manifestam, *incassum semper cedere affirmat*, eo argumento, *quod postea semina matura pappo-sa a ventis dispergantur.* Ergone ventus semina *Typhæ* reddit sterilia? Insuper autem experientia demonstravit sæpe in locis diffitis *Typhas* juniores enasci, quo nunquam radices veterum penetrare potuerunt.

5. *Zeam* vero Linn. H. Cl. 437. sive *Mays* vulgo, quod in suas trahere partes nitatur Cl. *Siegesbeckius*, quem tamen ut haud incelebrem Botanicum etiam ipse laudavit *Linnæus*, miror. Id enim vix in tirone Botanico aut simplici Hortulano veniam mereret. Etenim si habitum totius plantæ attentius consideraveris, haud difficulter videbis partium singularum structuram eo tendere, ut farina floris masculini genitalis certo & tuto ad fœmineum deferatur florem, gluma obtectum, ne fœcundationis turbetur actus. Id vero si lusco lumini non satisfecerit, expe-

* *Pag.* 44. & 45. † *pag.* 46.

experientiam consulat & castrationem instituat; de qua, ita Geoffroy l. c. p. 298.

J'ai élevé plusieurs pieds de Bled de Turquie; — jai coupé les étamines avec le plus de soin qu'il m'a été possible, tout aussi tôt qu'elles ont commencé de paroitre & avant que les sommets fussent épanouis. Sur quelques uns des pieds les Epis aprés être venus a une certaine grosseur, se sont séchez entierement, sans que les embryons des graines ayent profité, & sur quelques autres pieds il y a y quelques grains le long des épis, qui ont grossi très-considerablement, & qui ont paru chargés d'un germe, & par consequent feconds, pendant que tous les autres sont avortez, mais aucun épi n'est venu entier. Il se peut faire, que quelque précaution que j'eusse prise pour emporter tous les sommets avant qu'ils fussent épanouïs, il y en ait eu cependant quelqu'un d'épanoui, avant que j'aye pu les couper, ou bien il sera resté encore quelque sommet caché, qui se sera épanoui par la suite. Peut-être aussi, quelque poussiere apportée d'ailleurs par le vent, aura fait profiter ce petit nombre de grains — sans cela les plantes pour quoin' auroient elles pas toutes profité également.

Amplissimum *Loganum*, Concilii Provinciæ Pensilvaniensis in America Præsidem, tractatu quodam Leidæ 1739 8°. impresso, fœcundationem hujus plantæ infinitis experimentis explicuisse nuper mihi relatum est.

Facile foret mille in contrarium adducere exempla, quæ tamen, quia ubivis obvia, sciens prætereo. Largiar denique quædam semina produci infœcunda; idque in quibusdam speciebus frequentius quam in aliis accidere: quid tandem inde? *Gallinas* quoque interdum ova ponere sterilia quis ignorat? an eapropter concludendum utriusque sexus concursum ad speciem hanc propagandam non certo destinatum esse.

§. VI. Prodeat 3. argumentum ex diœcia petitum; Sunt enim, auctore Siegesbeckio, *arbores & plantæ quædam, quarum fœminæ, sic dictæ, procreant fructus, maritis penitus*

Pag. 46.

penitus absentibus. Iterum ad experientiam redit res; Citat pro se Cl. *Siegesbeck*.

1. *Fraxinum*, sed non apte satis, *Fraxinum florib. nudis* Lin. H. Cliff. 469. sine dubio intelligit. Pertinet hæc arbor ad Polygamiam Diœciam Linnæi; & est vel Hermaphrodita, vel fœmina; notandum vero fœminam sæpe intersperſos gerere flores hermaphroditos, hermaphroditam autem fœmineos, observante ex Pontedera Linnæo ad Gen. Pl. 773.

2. *Sabinam* in Horto Cliffortiano viduam observavit *Linnæus* & sterilem, quam præsente mare in Horto Upsaliensi viderat fructiferam. Conf. H. Cliff. p. 464. Qua vero nitatur Auctor noster vel observatione vel auctoritate nescio. In *Junipero* vulgari, ejusdem cum *Sabina* generis, notari meretur stupenda *farinæ* genitalis abundantia, quæ totos lacus pellicula sæpe obducit, nostro idiomate **Gioblomma** dicta: an eodem *Sabina* gaudeat privilegio, non satis mihi constat.

3. Gratis quoque *Taxus* nominatur, cum contrarium monstret experientia. Licet enim hæc, absente mare, semina proferat, infœcunda tamen illa sunt & subventanea; quod etiam in *Fraxino*, *Sabina*, reliquisque ejusdem commatis obtinet.

4. Quod ad *Ficum* vero attinet, notandum (*a*) esse *marem*, qui flosculos etiam fœmininos gerit steriles, *fœminam & androgynam* (*b*) Fructus, cum calyce constet, in fœmina edulis forte, mare absente, evadere poterit, semine licet fœcundo destituatur. (*c*) Interim tamen *Pontedera* mirum *Ichneumonum* officium ad copulam florum masculinorum & fœmininorum detexit & descripsit.

5. In argumento ab *Humulo* seu *Lupulo* Salictario ducto (*a*) pace Auctoris, ridiculum pæne dixerim, quod non distinguat inter semina fœcunda & strobilos ad cerevisiam bonam coquendam aptos. (*b*) Plurimis locis semina Humuli lecta admodum sterilia deprehenduntur, ut vix

* *Pag.* 45.

vix millesimum fœcundum sit. (e) Auctoritatem *Tournefortii* dudum apte infregit *Geoffroy* l. c. p. 295. *Je ne contesterai point, inquit, l'éloignement, mais je repondrai, que quelque qu'il puisse être, il ne nuit en rien, pourvu que le vent puisse apporter les poussieres.*

§. VII. Nec fortius in tenebris *Cryptogamiæ* antithesis Siegesbeckiana inveniet præsidium.

1. Enim, non, quemadmodum contendit Cl. Siegesbeck, Cryptogamiæ nomen huic classi impositum *est*, *quod a Creatore exclusæ sint* illuc pertinentes plantæ, *a theoria staminum*, multo minus *quod natura harum neget conjunctionem secundum stamina*, ita licet primo appareat intuitu; quod nec ipse Linnæus dissimulat in observ. in R. veg. 17. Sed potius quia partes fructificationis ibi difficilius discernantur, actusque fœcundationis, seu florescentia in occulto peragatur.

2. Flores *Ficus* vidit *Valerius Cordus*, delineavit *Malpighius*; dein fructificationes plantarum hujus classis maximam partem detectæ sunt, licet partes earum nudis oculis discerni & describi nequeant; hinc methodos habemus *Filicum* a situ fructificationis, *Muscorum* a capitulis, *Fungorum* a pileis; quo in puncto industria *Dillenianа* magni utique facienda est. Mares & fœminæ in *Equiseto*, *Polythrico*, *Bryo*, *Mnio* &c. facile distinguuntur. *Fungorum* semina coqui detegere solent, dum, in qua cocti sunt fungi, aqua convenienti terræ commissa, novas plantulas proliciunt. Lithophytorum flores detexit *Marsilius* Comes. Adcuratiores sunt *Marchantii* observationes. Rem autem totam ad liquidum fere deduxit Cl. *Michelius*, qui microscopiis adjutus *Algarum* flores delineavit, *Fungorum* stamina, sexum & semina ostendit, adcuratissimamque Filicum & Muscorum historiam promisit. Non semel & simul Botanica ad illud evecta est fastigium, quo nunc eminet; sensim progrediuntur & augmenta capiunt scientiæ; Nec igitur de illis quæ restant desperandum, augescente præsertim indies Botanicorum industria & diligentia. Et videbit forte adhuc nostra

ætas classem Cryptogamiæ revelatam & absolutam.

§. VIII. Ultimam objectionem Cl. Siegesbeckius, vix mihi persuadet seriam esse: Licet stamina & pistilla in floribus occurrant, *sexusque sit quædam apparentia, non tamen ideo mox concludendum*, quod *sexus diversitatem præ se ferant; & ad procreationem sobolis — a summo Numine unice fuerint destinata, quum aliis insuper iisque longe melioribus usibus inservire queant: e. g. medicinæ &c.*

1. quid hoc est: *Deprehendi potest in plantis sexus apparentia, tamen non concludendum quod sexus diversitatem præ se ferant?* h. e. deprehendi potest apparentia, tamen non concludere licet esse apparentiam. Sed salva res est, levi tantum admissa mutatione: deprehendi potest sexus apparentia, tamen non ideo mox concludendum esse sexum. Eundem in modum ego rite argumentor: Videtur Cl. *Siegesbeckius* hæc dormiens scripsisse, non tamen ideo mox concludendum eum dormivisse.

2. Addita vocula *unice* indigitat Auctorem antherarum & stigmatum usum ad procreationem sobolis non penitus excludere ausum; Hic vero de omnibus, quibus adhiberi possunt partes genitales plantarum, usibus non est quæstio; sed de fine in quem condita sunt proximo. Meliores autem inepte usus medici plantarum dicuntur, cum sublato primario & generandi usu, nec planta nec medicina existeret.

3. Industriam humanam res naturales in suos usus convertere quis nescit? Quis autem sanæ mentis, cum de finibus rerum creatarum proximis fuerit sermo, hos citare sine pudore poterit? eodem enim modo de dentibus *Sutorum* ratiocinari possem, eos non unice masticandis cibis a Creatore destinatos, cum melioribus usibus inservire possint e. g. tendendis coreis unde fiant optimi calcei: ita quoque lignum, cum aptum sit condendis cuneis, non unice creatum erit, ut sit caudex arboris; nec grana hordei, tritici, siliginis proxime ad propagationem

* *Pag.* 47. & 48.

nem ſpecierum ſuarum condita erunt, quoniam hominibus pro pane & potu inſerviunt. Nec aliquid in contrariam partem efficiet Cl. *Siegesbeckius* niſi monſtraverit Deum propter medicinam e. g. aliquid alicubi condidiſſe, quod de cetero nulli ſit uſui, ſeu, quod in ſitu naturali rite poſitum ſuas præterea in mundi ſyſtemate non agat partes. Tam vero jejunum de ſapientia Creatoris conceptum nec ipſe Cl. *Siegesbeckius* fovebit. Ego autem ſatis ſcio " *nullam* vel in animali quocunque fibram, vel „ in planta lineolam (multo minus antheras earumque fa„ rinam) vel in lapide punctum ſupervacanea cura poſi„ tum eſſe aut ſine proprio ac ſingulari uſu & officio. Alias quomodo natura rerum cum finibus Creatoris conveniret? Aut cui bono mechanica antherarum & farinæ conſtructio, quæ in præparatione medicamentorum alteratur, deſtruitur.

4. Sed adparentias tantum Auctor admittit, non realem ſexum. Ergone Deum adparentias creaſſe dicendum? perinde ac quidam *Pſeudo-Carteſiani* de ſenſibus brutorum judicant. Geſticulatores ſunt vel hypocritæ, qui adparentiis hominibus illudere ſtudent, & quid ſexus adparentia ad medicinam? anne ſub hoc ſchemate validior futura? Aut quo tandem has nugas progreſſuras credis? Sed nimis Lectoribus emunctioris naris video fore graves prolixas haſce cum monſtroſis rationum umbris digladationes; Quis enim vel leviſſima Naturalis hiſtoriæ cognitione imbutus, non videt quo loco ſint habendæ hujusmodi contra perfectionem rerum creatarum objectiones; Imo qui veritates communiſſimas, quas ſub Metaphyſico velo interdum docte occultare ſolent Philoſophi, callet, non dubitabit alios & proximiores, ut ita loquar, eſſe rerum fines, quam quibus arte humana adhibentur, nec, conſideratis ſtaminibus & piſtillis, ſexum plantarum negabit, partes licet illas aliis uſibus inſerviviſſe viderit. Apes ex farina antherarum ceram præparare, favos conſtruere, & e nectariis mel exſugere videmus, cur ergo has partes omnibus aliis uſibus creatas

eundem in modum non negamus? Apes enim naturæ agunt instinctu, quod de Pharmacopœis æque non affirmaverim.

PARTICULA II.

De Methodo Botanica sexui Plantarum superstructa.

§. I.

DEstructo, si diis placet, sexu plantarum, facili negotio Cl. *Siegesbeckius* etiam methodum Botanicam eidem superstructam dat præcipitem. Mox enim in ipso limite *ex jam supra de incertitudine sexus plantarum in medium prolatis apparere*, pronunciat, *quam coactis, lubricis & fallacibus imo luforiis methodus talis innitatur fundamentis.* Non hic ulterius morabimur de sexu Plantarum impigre triumphantem Cl. *Siegesbeckium*; sufficiant, quæ in præcedente particula, de certitudine ejusdem, dicta sunt; an vero theoriæ huic, tanquam fundamento idoneo, systema Botanicum possit superstrui, jam disquirendum. Manente quidem sexus veritate, per se patet fundamenta systematis sexualis pessimo ausu diffamari vel rejici; nec forte Lectorem fugiet, quam coactis lubricis & fallacibus, imo luforiis impugnentur argumentis. Sed, si vel maxime largirer incertum esse hunc Cl. *Siegesbeckio* adeo exosum plantarum sexum, non tamen inde sequitur partes fructificationis pro genitalibus plantarum venditatas, ineptas esse, quæ systemati vegetabilium artificiali præbeant fundamentum. Enimvero stamina & pistilla, eorumque partes nihilominus in vegetabilibus adesse monstrantur, ea constantia eaque insignes varietate, quæ classibus ordinibusque, imo etiam sæpe generibus deter-

determinandis ſufficere poſſit. Sapienter aſſeruerunt Botanici ex ſingulis fructificationis partibus non ſine utilitate ſyſtemata condi, cum ſaltem quid ad naturale ſyſtema quævis pars valeat, eo modo pateſieri poterit; ſcholæ autem quod doctrinæ aptiſſimum fuerit eligant, dum naturali caremus. In omnibus diſciplinis faciliſſimam quæ inventa fuerit methodum ſequimur; idem cur in Botanicis non licebit? Incrementis ſcientiarum vero novis ſola reſiſtere ſolet Doctorum ſuperbia & ignavia; cum enim ſibi ſatis ſapere videantur, provectique & otio dediti recentia perdiſcere vel nolint vel nequeant, & tamen doctiores ſe diſcipulos reformident, neve vel auctoritate vel lucro excidant, omnia ſine diſcrimine nova ſuſpecta reddere, cavillare, relegare nituntur. Conſideremus reliquas methodos Botanicas & videbimus eas maximam partem vagis, lubricis, fallacibus quarundam fructificationis partium deſcriptionibus ſuperſtructas; ſæpiſſime quoque leges methodi propoſitæ transgredi; cujus tamen culpæ, ſi non penitus immune fuerit ſexuale, mitius tamen peccare deprehendetur. Et tandem cur vitio verti debeat Linnæo, quod is ſolus ſimul uſus partium docuerit fundamenti loco in ſyſtemate condendo aſſumtarum, equidem non video; eo ipſo enim non tantum diſcipulis ſed etiam obſervatoribus conſuluit, quod facilius & diſcatur, ubi ratione uti ac veritatum quaſi nexus inſpicere licuerit, & in uberiori lumine obſervationes inſtituantur. Sed ſigillatim examinanda ſunt quæ Epicriſis in ſyſtemate Linnæano culpat.

§. II. Primum eſt, quod ex ficto vegetabilium matrimonio mirabiles *abſoni & naturæ contrarii ſequantur ordines & claſſes*; quibus ſcilicet, ſtatueretur omnem in regno vegetabili licitam eſſe polygamiam, imo & ſcortationem; cum plura occurrant ſtamina ubi unicum tantum adeſt piſtillum; cum in ſyngeneſia, præter hermaphroditos floſculos, occurrant fœminei, qui etiam ſæpe, farina genitali hermaphroditorum conſperſi, fœcundi redduntur; ſecundum *Siegesbeckium* ergo quis credet tales

confusiones & detestabiles scortationes in regno vegetabili ad propagationem a Deo O. M. esse subordinatas? Quis methodum tam lascivam studiosæ juventuti sine offensa poterit aperire? Quibus objectionibus sane quid respondeam nescio; interdum enim ipsa adversarii absurditate ad silentium cogimur. Mirabitur tamen prudens Lector Cl. *Siegesbeckium*, ultima quasi experturum, argumentis moralibus systema Botanicum oppugnare. Distinguendum esse judicabit inter regnum *animale* & *vegetabile*; absurdum ducet plantarum innocentes amores secundum ordinantias ecclesiasticas examinari. Videmus enim & palpamus propagationem in omnibus viventium speciebus non uni legi alligatam esse, sed pro conditione subjecti variare. Quæ inter homines unius maris & unius fœminæ conjunctionem, quam conjugium vocamus, optimam esse demonstrant circumstantiæ; illæ, in aliis viventium speciebus aliæ, polygamiam suadent. Gradus consanguinitatis inter homines prohibiti, sine incestus crimine ab aliis viventibus transgrediuntur, quod hæc inter ea vel supervacua, vel impossibilis finibusque Creatoris contraria sit lex. In ipso solo animali regno quot diversissima videmus conjugia; non tantum enim classes & ordines, sed genera quoque & species variant. Hoc igitur simile, quo lex hominibus lata, moralis non dicam an positiva, ad plantas transfertur, si quidquam aliud, enormiter claudicat. *Monogamia* inter *Homines* communiter servatur; *Quadrupedia* & Aves *polygamia* utuntur *fœminina*; alias enim tot *Gallos* quot *Gallinas*, tot *Hircos* quot *Capras*, tot *Tauros* quot *Vaccas* alere cogerentur agricolæ. Et sane mirari convenit, cur contra hæc, legi hominibus latæ æque contraria conjugia non æque declamaverit *Siegesbeckius*; præsertim cum animalium exempla, utpote nobis propinquiora, majori sine dubio vi in juventutis agant mentes. Inter *Insecta* denique & *Vermes* exempla, ut ita loquar, conjugiorum fere omnium possibilium occurrunt; examina *Apum polygamiam masculinam* retinent, *Vespæque* ac congeneres; sunt etiam

etiam *hermaphroditæ*, ut *Cloportæ*, *Vermes* plurimi, *Conchæque*. Non minori igitur juventutis periculo reliquæ historiæ naturalis partes quam systema sexuale explicarentur. Imo res pecuaria, aucupia, venationes, piscaturæ, reliquæque artes œconomicæ, ubi conjugia vivendique ratio animalium nostræ contraria revelatur, tanquam moribus bonis opposita proscriberentur. O nimiam & stultissimam pudicitiam! vel potius, perditissimum sit oportet ingenium, quod sine lascivia sexus in regno vegetabili discernere nequeat; Exercitatæ autem mentes, quibus rimari datum est sapientiam Creatoris in operum creatarum pulchritudine & perfectione, hæc omnia sancta prosequuntur veneratione; & dum usus partium & analogicum naturæ ordinem pervident, summa perfunduntur voluptate. Cui attentioni ut etiam juventus adsuescat adprime necessarium duco; tum enim sponte simul discet impuros imaginationis lascivæ lusus contemnere & fugere, sancta vero lumina amare, quibus magis magisque increscit ardor sapientissimum & optimum rerum Auctorem celebrandi. Sed, quid multis? veritas assertorum propria radiat luce; quæ vero contra pugnat intempestiva superstitio, risu & commiseratione quam refutatione dignior est.

§. III. Methodo sexuali objicitur ulterius *difficultas & obscuritas*; * Cum vero nullo idoneo argumento fulciatur hæc quærela nec defensione opus erit. Male enim propriam Auctoris confessionem allegat Cl. *Siegesheckius*; Fatetur quidem Linnæus in obs. ad R. Veget. 17., licet sibi nudi oculi fuerint satis, alios tamen, in examine florum, microscopiis forte penitus carere non posse; nullis autem aliis opus esse subsidiis simul defendit. Quantæ vero hæc difficultatis confessio? an solus microscopiorum usus, isque in paucis speciebus necessarius, difficilem & obscuram dicendus est reddere methodum? Addit quidem Cl. Siegesbeckius etiam sequentia, ceu ex ob-

* *Pag.* 49.

obſervationibus Linnæanis deſumta: *Quod ſi ergo tales florum minutiæ non niſi forte ſolis lynceis patent, ec cui bono ceu normam & baſin fundamentalem introducere easdem conamur in forum Botanicum?* quæ tamen nec in loco citato, nec ullibi in Cl. Linnæi ſcriptis me legiſſe memini; Facile etiam patet typographicum eſſe errorem; ſaltem talia Linnæo indigna, ejuſque dogmatibus adverſa, auctorem eundem agnoſcent quem ipſa Epicriſis. Nunquam enim ſtamina & piſtilla baſin botanices vel normam dixit *Linnæus;* licet in methodo artificiali a ſe elaborata plantas ſecundum eorundem numerum, proportionem, figuram & ſitum diſpoſuerit. Alias enim eodem jure dicendus eſſet *Tournefortius* baſin fundamentalem & normam Botanices ſtatuiſſe corollæ figuram. Nec in libro diu antequam prodiret Syſtema ſexuale edito, eidem contradixiſſe credendum magnum *Boerhaavium*, qui poſtea hanc methodum collaudavit admodum magnique fecit. Et ſi vel maxime ſenſibus rudioribus minus forent obviæ notæ characteriſticæ a Linnæo aſſumtæ, leviores tamen ſunt quæ adcurata diligentia ſuperari poſſunt difficultates, quam quæ incertitudine pertinaciſſima & inſuperabili muniuntur. Methodum ergo Botanicam facillimam & clariſſimam ego judicaverim illam, quæ maximam in cognitione plantarum generare poterit certitudinem; difficiles autem, quæ vagis & fluctuantibus nituntur characteribus. Nec laboris & attentionis pigebit, modo optatam feriamus metam & de re certi evadamus. Quo in puncto quin Linnæana methodus omnibus, quæ huc usque prodierunt, palmam præripiat affirmare non dubito; id quod propria ſatis didici experientia. Et, ſi vel ipſe Cl. *Siegesbeckius* præjudicia contra hanc methodum odiumque ſexus plantarum tantiſper deponere poſſet, dum centum Vegetabilium ſpecies ad ſyſtema ſexuale probe examinatas reduceret, & ita merita ejusdem pertentaret, certus ſum fore, ut ipſe mecum fateatur plurimas difficultates & incertitudines, in quas tironem præcipitem agunt reliqua ſyſtemata, hujus

ope

ope optime evitari posse, summoque rei Botanicæ bono prodiisse methodum, quam infaustis antea auspiciis totis viribus impugnavit.

§. IV. Tertia methodi sexualis culpa in eo consistere dicitur, quod *genera discrepantia conjungat, unde maximam & enormem in dispositione & cognitione plantarum fluere confusionem* Cl. *Siegesbeckius* opinatur. Responsionis loco notentur obiter sequentia.

1. Genera discrepantia in systemate sexuali conjungi seu, quod idem est, classes ibi non esse naturales, haud primum detexit Cl. *Siegesbeckius*, sed rotundo ore ab initio fassus est ipse *Linnæus*, quod scilicet ita ferat natura methodi artificialis; eodem igitur nomine omnes methodi sunt accusandæ; ea tamen cum differentia, quod reliquarum Auctores suas plerumque pro naturalibus tradiderint, *Linnæus* vero ingenue hunc honorem suæ competere negaverit, fragmentis naturalis methodi alia promissis occasione; quam fidem in *Classibus plantarum* deinde egregie liberavit; ipsum tamen hujus methodi mysterium & cynosuram, adhuc Botanicis ignotam, sera revelabit dies; Interea temporis artificialibus utendum selectis, quæ maximam generare quiverint certitudinem.

2. Nihilominus systema, quod loquimur, sexuale tot, si non plures, habet classes naturales quot ulla alia methodus, ut ex Generibus Linnæi abunde patet; imo vel ipsam *Rajanam*, quæ tamen solo classium naturalium numero auctoritatem sibi conciliavit, hoc in puncto superat.

3. Et licet nihil ultra præstitisset systema sexuale, quam ut pari reliquis passu ambularet, magni tamen in hac scientia est diversarum partium fructificationis symbolo de certitudine convinci.

4. Non sufficientes & perfectos agnosco canones, ad dijudicandam generum convenientiam, ab artificialibus distinctionibus inter perfectas & imperfectas, regulares &

* *Pag.* 50.

& irregulares, gymnoſpermas & angioſpermas, ſiliquoſas, bacciferas &c. plantas deſumtos; ipſa enim in methodo naturali experientia hæc, ſaltem pleraque, non tantum in generibus ordinum, ſed etiam in ſpeciebus generum inconſtantes eſſe, monſtrat.

5. Tenendum, in unoquoque fere genere aliquam fructificationis partem inconſtantem eſſe luxuriationibusque obnoxiam; a quo tamen incommodo ſtamina & piſtilla, licet non penitus, tamen maxime immunia deprehenduntur. Nunquam tamen deerit ex iisdem partibus, quæ generico characteri conſtituendo apta ſit, ne extra fructificationis principium divagari cogamur.

6. Non ergo nocebit in methodo artificiali inevitabilis generum diſcrepantium conjunctio, modo characteres certi fuerint; Eo enim pacto, conſervatis generibus naturalibus tam diſcentibus quam in arte magiſtris unaquæque adprime inſerviet rite elaborata methodus.

7. Quapropter abſurda eſt interpolatio dicti Linnæani: *nullam methodum Botanicam — nocuiſſe, niſi quatenus ex aſſumtis principiis genera naturalia dilaceravit;* ubi addit Cl. Siegesbeckius *vel genera penitus diverſa ac diſcrepantia conjunxit.* * Tum etiam omnia quæ prodierunt ſyſtemata plus detrimenti quam commodi rei Botanicæ attuliſſe indicarentur. Sed ſalva res eſt, cum etiam extra naturalem in ſyſtemate ſitum cognoſci poſſint genera & ſpecies plantarum.

8. His rite intellectis, non opus erit apologia pro exemplis conjunctorum in ſyſtemate ſexuali generum diſcrepantium: licet non omnia jure allegentur; cur enim e. g. Cyperum & Scirpum, Rosmarinum, Lycopum & Salviam, Bignoniam & Veronicam conjungere non liceret.

§. V. Comparatione tandem inter methodos Botanicas inſtituta, *Rivinianam* cæteris præfert, præſertim addita foliorum conſideratione. Hæc vero, cum præciſe me-

* *Pag.* 52.

methodum ſexualem non feriant & præterea ſola auctoritate ſcribentis nitantur, brevitati ſtudens intacta relinquo. Verbo tantum monendum: *Rivinum*, a petalorum æqualitate & numero methodum conſtruentem minime claſſes ſervare potuiſſe naturales; imo etiam quamplurima genera vel diſcerpſiſſe, vel, ſecundum principia aſſumta, diſcerpere debuiſſe; ſunt enim *genera*, quorum ſpecies aliæ polypetalo, aliæ monopetalo flore gaudent, ut in *Capraria*, *Lino*, *Ranunculo*, *Potentilla*, *Paride*, *Oxali*, *Nymphæa*, *Limonio* plurimisque aliis videre licet; imo etiam mares & fœminæ non in diœcia tantum ut *Papaja*, ſed in monœcia quoque ut *Ricinoides* diverſitatem monſtrant. Quæ ergo de convenientia claſſium & ordinum ſpes ſupereſt? Male ſola petala & fructus pro partibus fructificationis venditantur; incerti characteres generici aſſumuntur, quorum, ſi unicum novum genus inventum fuerit, tota mox familia aliam faciem induere debebit. In notione *floris* falſus fuit cum reliquis *Rivinus*, cum ſola ipſi petala eo nomine veniant; hinc eſt quod principium fructificationis inſufficiens judicatum ſit, maloque conſilio ad folia, caulem, ſitum floris &c. pro determinandis generibus tranſitum. Quo magis in conſtruendis characteribus generum naturalibus laudandum eſt conſilium *Bœrhaavii* & *Linnæi*; quo ſine ego quidem nullam in cognitione plantarum certitudinem obtineri poſſe judico.

PARTICULA III.

De Aphorismis quibusdam Cl. Linnæi, *qui* Cl. Siegesbeckio *paradoxi videntur.*

§. I.

CONclusio, quam ex aphorismis Botanicis format Linnæus, quod scilicet *sexus consideratio Botanico sit maxime necessaria*, * duplici nomine oppugnatur,

1. *Tanquam solis speculationibus, iisque speciosis magis quam utilibus apta.*

2. *Quod fallacia, quæ suppeditat, signa methodo sint inepta.* Argumentum in forma hujusmodi erit.

Quodcunque solis, iisque inutilibus speculationibus aptum est & fallacia suppeditat signa methodo inepta, ejus consideratio Botanico non est necessaria; at sexus plantarum &c. Ergo. Probet minorem Cl. *Siegesbeckius*, quod ipsi difficile futurum judicabit ex superioribus Lector; Ego vero hic actum agere nolo. Nullum autem Botanicorum novi, qui negaverit partem aliquam fructificationis consideratione dignam præter unum Cl. *Siegesbeckium*, prodigum semper verborum & assertionum, argumentorum & rationum parcissimum.

§. II. Eodem loco asseruerat *Linnæus*, *quod essentia & primaria fundamenta Botanices in solis petalis & fructu male quæsita sint.* Id autem potius bene factum existimat Cl. *Siegesbeckius*; saltem melius quam si partes fructificationis accidentales hic in censum venirent, uti sunt calyces quibus variæ plantæ, & stamina cum antheris, quibus tota caret cohors epiphyllospermarum. Ubi breviter notandum.

1. Omnes partes fructificationis considerandas, dum de characteribus generum naturalibus agitur, censuit & demonstravit Linnæus, atque in Characteribus generum il-

lustri

luſtri exemplo confirmavit. Hoc autem nomine a Cl. *Siegesbeckio* non impugnatur; quippe qui doctrinam ejus aperto marte non adgredi eſt auſus, ſed tantum furtivis quaſi inſidiis quærit ex dictis Linnæanis quid carpat.

2. Joculare eſt, quod reſpectu petalorum & fructus, calyx ac ſtamina partes fructificationis *Accidentales* vocantur. Quid valeat in generibus determinandis fructus, plurima ſyſtemata infinitis fere exemplis docuerunt, nec de eo amplius inter Botanicos controvertitur; Imo etiam petala, licet figuram floris in multis generibus fructu certiorem depehendamus, luxuriationibus ſæpiſſime obnoxia ſunt. Stamina vero & calyx licet interdum, minus tamen utique luxuriant & variant, eamque ob cauſſam certiores ſuppeditant characteres. In fidem dictorum conferantur tantum ſyſtemata e fructu & petalis deſumta cum ſexuali & calycinis. Vidi quædam ubi ludunt ſtamina & calyces genera, centies autem plura obſervavi, ubi petala & fructus. Nec obſtat quod calyce deſtituantur quædam plantæ; nihil enim id obeſt certitudini characteris e calyce deſumti, ubi adſuerit; tamen niſi majori, ſaltem non minori ſunt numero vegetabilia, quæ petalis & corolla carent. Contra antheras vero abſurdiſſime allegantur *epiphylloſpermæ*; Non urgebo, quod propter *Ophioglossi* & *Lunariæ* genus, ut dudum obſervavit *Linnæus*, minus ſit adcurata hæc denominatio; Petam tantum, ut mihi ergo in his monſtret Siegesbeckius petala & fructum; ſed facilius omnino videtur farinam genitalem, quam reliquas ibi partes fructificationis detegere; imo, ubi nulla reliquarum in cryptogamia apparent veſtigia, hæ tamen non obſcure adcurato, ſaltem armato ſe offerunt oculo. Quid autem dicet *Cl. Siegesbeckius* ſi demonſtrari poterit illum ipſum ſecundum ſtamina diſpoſuiſſe *Epiphylloſpermas? Sciagraphiæ* enim *p.* 4. *Flos imperfectus* dicitur, qui petalis plane caret, et *ſolis donatur ſtaminibus; p.* 7. Florum imperfectorum autem 5. continet plantas floſculis averſis foliorum lateribus adſperſis.

§. III. Deſiderat Cl. *Siegesbeckius* ut inductione exemplo-

plorum probet *Linnæus Rivinum nimiam fecisse petalorum regularitatem.*

Resp. 1. Cum Fundamenta Botanica sint aphorismi ex observationibus collecti, quibus doctis magis propinare quam tironibus explicare voluit Auctor sua dogmata, non majori jure ob defectum exemplorum culpari inibi contenta assertio nedum rejici poterit, quam quævis brevibus thesibus & compendio tradita veritas, quod prolixo non explicata fuerit volumine. Datur scilicet hæc venia scriptoribus, cur methodo utantur quam fini proposito aptissimam judicaverint; unde vetus est proverbium: methodum scriptionis semper esse arbitrariam. Nec ego Cl. *Siegesbeckium* accusavi, quod sine methodo & ordine scripserit.

2. Nihilominus non deerunt documenta hujus assertionis, si quamcumque *Riviani* systematis partem examinaverimus. Citavit dudum *Rajus* in præfatione Methodi emendatæ contra *Rivinum Bulbosas*, ac præterea ex asperifoliis *Echium*, & ex tetrapetalis siliculosis *Thlaspi Creticum*; quibus, si operæ esset pretium innumera fere addi possent; imo *Valeriana*, *Geranium*, *Aloë*, *Reseda &c.* demonstrant nec in generibus satis tuto petalorum regularitati fidendum; fallacior tamen eorundem est numerus: Conferatur *Dillenii* Catalogus plantarum Giessensium, ubi idem satis superque demonstratum est.

3. Ut iterum id moneam, nulla semper constans est pars fructificationis; hinc classes naturales frustra in qualibet sola quæruntur; nec ulla semper fallax; in quibusdam generibus hæc, in quibusdam alia constantior observatur & characterem largitur essentialem. Generatim tamen una altera dici potest constantior, quod minus frequenter variet & luxuriet. Qua de re adeo inter Botanicos constare credo, ut vanas judicent quæ extra hos limites vagantur altercationes; quibus etiam, hoc supposito, mihi in sequentibus superfedere licebit.

4. Ad Aphorismum Fund. Bot. 182. *Stamina & calyx luxuriationibus minus obnoxia, petalis longe certiora sunt:* movet Cl. Siegesbeckius.

1. Quod

1. Quod defint exempla; cui nuper reſponſum objectioni; patet totum vegetabile regnum; ſingula ſyſtemata exemplis abundant; ſola *Linnæi* genera conſuluiſſe ſatis fuiſſet: imo cui horti ampli copia, quomodo de exemplis queri poterit, quæ demonſtrent petala ſæpiſſime, perianthium & involucrum raro, ſtamina vix unquam multiplicatum conſtituere florem, ut in Fundamentis aph. 119. ad 122. docuit *Linnæus*.

2. Fatetur tamen in quibusdam numerum petalorum eſſe inconſtantem, quibus *Hemerocallis*, *Rumex*, *Medeola*, *Meniſpermum*, *Vaccinium*, *Paris*, *Hepatica*, *Nymphæa*, *Thalictrum*, *Helleborus*, *Crocus*, *Oxalis*, *Rhamnus* & ſexcenta addi poſſent alia; ubi numerum conſtantiorem obſervandum non male monet *Siegesbeckius*; In determinando tamen tam petalorum quam reliquarum partium fructificationis numero naturali, parem non habuit Linnæus, qui ad ſtructuram ſimul & præcipue ad proportionem attendere docuit.

3. Variationem in ſtaminibus & calycibus occurrere quis negavit? redit tantum enim ad magis & minus quæſtio. Idem tamen non feliciter ſatis exemplis adſtruere conatur Siegesbeckius.

In *Malvis*, *Althæis* & *Alceis*, rite conſtitutis generibus, nulla obſervatur calycis aberratio; ad numerum vero ſtaminum in ſyſtemate vel Linnæano vel naturali hic non ultra attenditur, quam quod magnus ſit; an uno vel altero quædam ſpecies aliam ſuperet, non curamus. Idem quoque de *Ketmia* dicendum, quam *Hibiſcum* vocat *Linnæus*. In *Geranio* Riv. & Rup. omnes partes floris mire ludunt: ſoboles hybridas numero infinitas provenire narrat *Linnæus*; numerus vero ſtaminum naturalis e *Gruinali* Riv. detegitur facile, quam ad idem genus pertinere, calyce licet gaudeat pentaphyllo, non negandum. Quod vero ad diadelphiam inclinent quædam hujus generis ſpecies, nihil obeſt certitudini.

Similiter in *Valerianæ* genere, magna eſt omnium fructificationis partium quoad numerum & figuram incon-

ſtantia, ut fatente ipſo *Linnæo*, ſpecies ejusdem non niſi ſtylo ſimplici, flore monopetalo inæquali & ſitu infra receptaculum fructus conveniant. Quam vero tandem inde concluſionem contra vel calycem vel ſtamina ſola formabit Cl. *Siegesbeckius*? *Lychnidum* vero apud Scriptores Botanicos quæ occurrunt ſpecies, ſi ad genuina reducantur genera, quoad calyces & numerum ſtaminum convenient, licet ſpecies occurrant ad dicciam pertinentes; *Cedronellam* ſi intellexerit *Knautii*, *Dracocephalum* Lin. certe cur allegetur neſcio; niſi cum Linnæo *Moldavicam* T. ſub eodem genere comprehendere voluerit; quoad ſtamina in tota Didynamiæ claſſe nulla mihi aberratio nota eſt. In *Leonuro* variat calyx & figura corollæ, nullatenus vero ſtamina. Ubicunque autem inconſtantia deprehenduntur ſtamina & piſtilla, per totum ſyſtema illud ſollicite annotavit Cl. *Linnæus*; imo differentias ſæpiſſime ſpecificas, ubi ita tulit occaſio, ex hiſce partibus deſumſit, ut eo facilius ſit diſcipulis errores hujusmodi, in ſyſtemate artificiali neceſſarios, evitare. Non mirandum tamen Cl. Siegesbeckium in hiſce laborare, cum ſpecies diverſorum generum confundat.

§. V. Flore convenientes plantas, fructu licet differant, cæteris paribus, conjungendas eſſe ſtatuit *Linnæus*; quem falſum & errorum fertilem exiſtimat canonem *Siegesbeckius*, & nullas alias conjungendas credit herbas, ſub generico ſcilicet nomine, quam quæ tam fructu quam flore convenerint. Facillima autem eſt reſponſio: Fundamentum aſſertionis Linnæanæ in eo conſiſtit, quod infinitis conſtet exemplis florem fructu eſſe conſtantiorem & in determinandis generibus certiorem; idem ipſe paſſim fatetur *Siegesbeckius*; imo pagina proxime ſequenti plurimis adductis exemplis vota ſolius fructus pro minime deciſivis habet. Si vero, ut hic velle ſimulat *Cl. Siegesbeckius*; non niſi quæ abſolute tam flore quam fructu conveniunt, ſub eodem genere comprehenderentur; plurima genera, quantumvis pro naturalibus agnita, dilacerata videremus: exemplo ſint *Mimoſa*,

Caſſia

Cassia, *Hypopithys*, *Adoxa*, *Myrica* &c. Non ergo vel serio vel consilio hanc formatam esse credo objectionem.

Interim tamen de terminis generum, ita ego sentio: *Species* omnino sunt naturales, ipsisque seminibus a Creatore determinatæ; has non servare maximum in Botanica est peccatum; Cum vero numero plurimæ sint, difficillime omnes, sine adminiculo quodam, memoria tenentur. Creatorem præterea in ordinem species hasce disposuisse argumentis demonstrari potest, & quodammodo ipsis oculis contemplari. *Genera* sunt classes specierum infimæ: in hisce constituendis naturam oportet sequi; de terminis autem, quos intra includi debeant hæc genera, non adcurate satis adhuc inter Botanicos convenire video. Ad fructificationem tamen solam confugere coëgit cordatiores multiplex eorum, qui ad cæteras attenderunt partes, error & incertitudo; si vero minima in partibus hisce discrepantia mox novum constitueret genus, tot fere genera quot species emergerent, nullique usui consilium foret de generibus construendis initum. Media igitur incedendum via, & plurimis partium fructificationis votis cedendum; imprimis autem cujuscunque partis constantia in censum veniat; id quod probe docuit in Fundam. Bot. acutissimus Linnæus. Hinc *Cardinalem* Riv. & *Lobeliam* Plum. licet altera pericarpium membranaceum bicapsulare, altera baccam pro fructu gerat, jure conjunxit, eoque potiori, quod satis perspectum sit baccam & capsulam gradu tantum differre.

§. VI. Fructificationis locum, quem pro maxime reali differentia specifica agnoscit *Cl. Linnæus*, minime *specificam sed potius genericam suppeditare objicit* Cl. *Siegesbeckius*. De specifica autem sermonem esse per se patet. Examinemus exempla quibus objectio nititur. *Axine* quid plantæ sit divinare non licet: si *Cornum herbaceam* Linn. Fl. Lapp. 65. hoc nomine indigitaverit, refutationem eodem citato loco paratam habet Cl. *Siegesbeckius*, quam consulere

haud gravetur. Circa exemplum ab *Ornithogalo* ductum confer Lin. Gen. pl. 270. & 271. unde videbis omnino majorem adesse rationem distinctionis genericæ quam quæ a loco fructificationis petitur: imo etiam plurimæ tam *Scillæ* quam *Ornithogali* species secundum situm fructificationis distingui possunt, adeo ut, hoc pro charactere generico assumto, tot fere genera quot species emergerent. *Vaccinium* buxi foliis fructu rubro, quod reor esse *Vaccinium* foliis perennantibus verticaliter ovatis Lin. Fl. L. 144. pessime a *Vacciniis* separatur. Quod vero *Filices* attinet, cum partes fructificationis ibi minus sint conspicuæ, secundum situm & figuram ejusdem dispesci possunt, quemadmodum a *Linnæo* factum videmus. Ut vero eo melius pateat, quod locus fructificationis non genera sed species distinguat, sequentia considerentur Linnæana genera: *Lysimachiæ* scilicet, *Veronicæ*, *Ribis*, *Alsines*, *Hieracii*, *Gnaphalii*, *Vaccinii*, *Convallariæ*, *Junci*, *Cyperi*, *Violæ*, *Caricis*, *Pedicularis*, *Scillæ*, *Ornithogali*, *Campanulæ*, *Physalis*, *Loniceræ*, *Hyoscyami*, *Galii*, *Asperulæ*, *Salviæ*, *Rhamni*, *Celastri*, *Gentianæ*, *Eryngii*, *Araliæ*, *Lini*, *Fritillariæ Polyanthæ*, *Daphnes*, *Ericæ*, *Buphthalmi*, *Dianthi*, *Silenes*, *Sedi*, *Ranunculi*, *Hellebori*, *Origani*, *Clinopodii*, *Thymi*, *Menthæ*, *Melissæ*, *Dracocephali*, *Stachyos*, *Nepetæ*, *Lantanæ*, *Fumariæ*, *Cytisi*, *Conyzæ*, *Erigeri*, *Asteris*, *Solidaginis*, *Tussilaginis*, *Lobeliæ*, *Aristolochiæ*, *Phyllanthi*, *Myriophylli*, *Ononidis*, *Astragali*, *Loti*, *Trifolii*, *Medicaginis*, *Sonchi*, *Echinopseos*, *Santolinæ*, *Bidentis*, *Artemisiæ*, &c. quorum species aliquas si conjungendas negaverit Cl. *Siegesbeckius*, plurimas tamen non disputabit.

§. VII. Contra Aphor. Fund. Bot. 280. ubi statuitur, *a partibus fructificationis, ni summa urgeat necessitas, nullam exposcendam esse differentiam*, urget Cl. *Siegesbeckius easdem tam genericam quam specificam commode suppeditare posse.* *

I.

* *Pag.* 56.

1. Cum de ſola differentia ſpecifica ſit quæſtio, gratis in generica laborat Cl. Auctor; circa exempla tamen adducta monendum: *Ephemerum*, quæ *Trادeſcentia* Lin. Gen. pl. 277. Hexandra monogyna, recte dicitur florem habere tripetalum; ſed *Commelina* Gen. pl. 30. Triandra monogyna, male dipetalo flore deſcribitur; eſt enim hexapetala, licet ſpecies occurrant quæ 4 aut 3bus tantum gaudeant petalis. Conf. Hort. Cliff. pag. 21. Nec in petalorum numero neceſſe eſt quærere horum generum differentiam; quod ex Characteribus Linnæanis citatis patet; præcipue cum in *Commelina* Plum. floris ſtructura ſit quam maxime ſingularis. Nec ingenioſe magis *Andromeda* tantum ob florem monopetalum a *Ledo* diſtinguitur, cum hæc in pluribus diſſimilia ſint genera; confer Linn. Char. Gen. 342. & 344. An vero tanti ſit ſola corollæ quoad figuram aliqualis differentia, ut *Chamædaphne* & *Polyfolia* Buxb. ſeparari debeant! judicet Botanicus an jure reprehendatur Linnæus, quod ſub genere *Andromedæ* eas conjunxerit.

Glaucium & *Papaver* plurimis partibus fructificationis differunt. Gen. Pl. 423. & 424. *Aſtragaloides* Dod. ſpecies eſt *Orobi*; quænam inter eam atque *Pelecinum* T. ſeu *Biſerrulam* Lin. & *Aſtragalum* ſit differentia, & an ſolo pericarpio diſtinguantur, patebit conferenti Gen. Lin. 591. cum 568 & 570. *Falcatam* & *Cochleatam* ſub nomine *Medicaginis* conjungit Linnæus Gen. pl. 594. eo potiore jure, quo clarius eſt ſtructuram pericarpii in hoc genere nihil valere; confer H. Cliff. p. 376. Eundem in modum, cum plurima concludant vota, quis negabit *Impatientem* & *Balſaminam* conjungi debere? confer Gen. pl. 680.

2. Veniamus jam ad exempla, quibus differentiam ſpecificam a partibus fructificationis deſumendam probat Cl. *Siegesbeckius*. De ipſo dogmate nihil dicam, quæ maxime realis fuerit, differentiam ſemper tamen obſervandam duco. Notandum vero, *Linnæum*, non penitus rejicere, ſed reſervare in caſum neceſſitatis differentias a

partibus fructificationis ductas. Ipse quoque sæpissime tam in Flora Lapponica quam Horto Cliffortiano illis utitur; faciliores tamen & ordini magis convenientes ducit illas, quæ ex reliquis plantæ petuntur partibus; quam suam sententiam pluribus explicat & confirmat Crit. Bot. p. 198. Circa exempla tamen moneam: in *Acetosa* vesicaria Mexicana Cl. *Siegesbeckium* valvularum alas sumere pro calyce; in *Anthyllide* vesic. Hisp. observavit quidem calyces inflatos Linnæus, commodiorem tamen ex foliis subministravit differentiam H. Cliff. p. 371. A quibus specifice distinguenda sit *Ketmia vesicaria*, nescio, cum unica tantum species nota sit, quæ sub nomine *Trioni* describitur a Linnæo G. Pl. 563. *Malvam* Africanam fol. vario non vidi, nec ejus descriptionem adcuratam apud Botanicos, qui mihi ad manus sunt, invenio; similiter mihi incognita est *Cerinthe flore* luteo minor, quam tamen reor esse *Cerinthen* fol. cordatis sessilibus Linn. in quo charactere specifico quid desideretur non video. Commune totius Epicriseos vitium est, quod nomina plantarum pessima, non citatis auctoribus, adducat, adeo ut sæpe ne divinare quidem liceat, quam plantam indigitet. Ad distinguendas *Lathyri* species omnino alicujus est usus siliquarum varia structura, non vero earundem hirsuties & lævitas, quippe quæ sæpissime tantum varietas est, & character speciei fallacissimus; conferas omnino Lin. Crit. Bot. pag. 190. ubi plurimis idem exemplis & argumentis probatur.

§. VIII. Aphorismum Fundamentorum Bot. 150. *Luxuriantes flores nulli naturales, sed omnes monstra sunt; pleni enim eunuchi evaserunt, adeoque semper abortiunt* &c. oppugnat Cl. *Siegesbeckius*.

1. Elegantissimo argumento, * quod monstrositas supponat deformitatem, flores *autem pleni admodum sint elegantes, & a florum cultoribus magni æstimentur. Monstrum* dicitur cujus partes naturalem non servant symmetriam, quodve

* *Pag.* 57.

quodve partibus quibusdam aut caret aut luxuriat; & naſcitur ſemper, non arte fit; aberrationem igitur Naturæ dixerunt quidam Philoſophi. De guſtibus non diſputandum; Anthophilorum auctoritatem hic non agnoſco; quæ rara ſunt & monſtroſa, magis ſemper ſunt in deliciis, quam quæ ordinaria & communia. Anguis biceps communi conſenſu monſtrum eſt, a curioſis tamen magni æſtimatur. Non ergo in Philoſophia valet hoc argumentum.

2. Majoris videtur momenti inſtantia quod flores pleni non omnes abortiant; hic autem diſtinctionis Linnæanæ, eodem licet aphoriſmo allatæ, inter flores *plenos*, *multiplicatos* & *proliferos* oblitus eſſe videtur Cl. *Siegesbeckius*; *Plenus* enim flos dicitur, cum corolla adeo multiplicatur, ut omnia ſtamina excludat. Fund. Bot. 121. *Multiplicatus* autem, quando luxuriat ſalvis quibusdam ſtaminibus. Exempla igitur *Cl. Siegesbeckii* nihil ad rem faciunt; niſi monſtraverit harum plantarum flores ſtaminibus penitus caruiſſe, & tamen ſemina fœcunda produxiſſe.

§. IX- Aphoriſmum Fund. Bot. 158. ubi docetur *Variationes tot eſſe, quot differentes plantæ ex ejusdem ſpecici ſemine ſunt productæ*, non quidem oppugnat Cl. Siegesbeckius; putat tamen numerum plantarum non ideo diminui, ſed opus eſſe, ut in Catalogis plantarum varietates quoque recenſeantur. Ego autem exiſtimo, quod ſi, ſecundum genuina Botanicæ fundamenta, didicerimus rite variationes a ſpeciebus diſtinguere, earum recenſionem minus eſſe neceſſariam, ni ſingulares fuerint, quæ in obſervationibus circa ſpecies locum habere poſſunt, aut ad doctrinam phyſicam aliquid momenti afferre queunt. Alias

1. Cum variationum nullus ſit finis, multiplicaretur in infinitum Botanicorum labor, nec Bibliothecæ Catalogorum caperent volumina; ſuperſunt autem adhuc multa alia & neceſſaria, quæ exerceant Botanicorum induſtriam.

2. Ridicula plane videretur hac in Botanicis curioſitas, perinde ac ſi facies ſingulorum *hominum* diverſas,

Vaccarum & *Gallinarum* colores deſcribere vellet *Zoologus*.

§. X. Quod Magnitudo & Color in differentia ſpecifica nihil valeat, *Cl. Siegesbeckio* obſervationibus contrarium videtur; ſed exempla, quibus nititur, cum malis & vagis nominibus indigitentur, beneficium latendi hac vice auctori ſuo largiuntur: *Cannacorum* tamen Ceylanicum a vulgari *Canna* ſpecie non differre me certiorem fecit Cl. *Linnæus*. Ipſum vero dogma quod attinet, ſufficiet conſuluiſſe Crit. Bot. *Cl. Linnæi* p. 155. & 174. Ponamus magnitudinem ſpecies diſtinguere, mox ſine controverſia puſio biennis *Siegesbeckiolus* a *Siegesbeckio* maturæ ætatis tota ſpecie differret; vidi ego in *Orſa* Dalekarliæ orientalis paroecia homines provectos ætate, qui duarum ulnarum altitudinem non bene æquabant; idque in tota obtinebat familia; an hi alius ſpeciei quam reliqui ejusdem terræ incolæ, ſuique conſanguinei, judicandi ſunt; & quis in agris, pratis, aquoſis, exaridis, fertilibus & ſterilibus non vidit Linnæanæ aſſertionis veritatem? Tandem quinam inter minimum, minus, parvum, magnum, majus, maximum ponendi ſunt limites? Idem fere de Coloribus dicendum; diverſe coloratos flores ex eadem radice provenire rarum non eſt. Sed ex propriis feminibus, urget *Cl. Siegesbeckius*, producuntur; dicam: Totas etiam hominum familias imo & gentes videmus facie quadam propria gaudere, quæ tamen non ideo diverſam a reliquis conſtituere creduntur ſpeciem. Ejusmodi variationes derivari ſolent a cœli ſolique genio; non minus inde dependent plantæ quam homines; imo etiam ipſa femina variationibus ſubjecta norunt hortulani & agricolæ, eaque non ſubito ſed pedetentim vel degenerare vel nobiliora evadere. Et ejusmodi fuit forte quæ Cl Auctorem fefellit experientia.

§. XI. Male admodum habet *Cl. Siegesbeckium* quod Linnæus Botanicos *Alphabetarios* vocaverit *Heterodoxos*, illamque denominationem quadruplici ariete demoliri nititur. * In anteceſſum notemus vocem e foro Theologico

* *Pag.* 58.

eo translatam esse ad Botanicos systematicos; quemadmodum enim Heterodoxi in Theologia dicuntur, qui symbolum doctrinæ in Ecclesia receptæ seu agnitæ veritatis cynosuram non sequuntur, ita etiam *Alphabetarii* &c. a vero fructificationis fundamento recedunt, & methodum doctrinæ pervertunt. Heterodoxos tamen non dicendos putat Cl. Auctor

1. *Cum rem bonam fecerint & Botanicæ egregie consuluerint.* Non hic disputabo, an heterodoxus possit rem bonam facere? eo enim tantum redit quæstio, *an ordo Alphabeti possit esse methodus pro plantis?* Tum vero vel ipsi Typographi Botanicam nos docere possent. Sed unde, quæso, discam plantæ nomen, antequam illud in Lexico secundum alphabeti seriem quærere possim; non enim plantæ inscriptum est, sub qua litera ibidem inveniri possit. Alphabetariorum nihilominus non nego quædam esse in rem nostram merita; sed quin pro orthodoxis systematicis agnoscantur multa obstant, & primo quidem ipse systematici genuinus character. *Empirici* amant alphabeti ordinem, cum systemata non intelligant; quanto autem nostro periculo medicinas ex vegetabilibus colligunt, non latet. Imo ipsi *Lexicographi* necesse habent ad systematicos lectorem remittere, si certa plantarum nomina dare voluerint; ad cognitionem ergo plantarum, de qua quæstio est, nihil faciunt, nec sunt nisi indices; licet hoc ordine bonas tradant sæpe & ad Physicam, Medicinam, Oeconomiamve proficuas observationes.

2. Sed, instat Cl. Siegesbeckius, *ipsi Systematici indices addere coguntur.* Rs. Cum multa sint systemata, variaque plantis indita nomina, commoditatem in evolvendis synonymis & homonymis indices suppeditant, & occasionem quærendi. In toto autem hoc discursu crassissimam ignorationem elenchi commisit Cl. Auctor. Eundem in modum urget ulterius

3. *Lexicographos* secundum denominationem Linnæanam *heterodoxos* futuros; quæ potius ad jocum quam serio dicta puto. Voces primivitæ recte juxta seriem al-

phabeti disponuntur, quatenus aliam & magis naturalem ordinem nesciunt. Idem eodem jure in Botanica obtineret, si herbæ nuda verba essent. Grammaticam usus loquendi genuit, arbitrium Doctoris disponit. Plantarum vero ordines a natura discentur.

4. Tandem, tanquam re bene gesta, heterodoxiam in Calycistas & Sexualistas retorquet, cum scilicet *hypothesibus suis turbent scientiam, nec quidquam conferant ad solidiorem rei herbariæ doctrinam.* Resp. Definitio *Orthodoxi systematici* est, quod plantas ex principio fructificationis dignoscere allaboret; nec aliam tradidit Cl. *Siegesbeckius;* confert ejusmodi Botanicus ad solidiorem rei herbariæ doctrinam, cum plura systemata invicem collata majorem concilient certitudinem; quam in doctrina nostra dimidio auctam laboribus Sexualistarum & Calycistarum asserere non dubito; quam multa apud *Rivinianos* & *Tournefortianos* vaga & incerta determinavit & certissima reddidit Systema sexuale! sed horum systematum merita hic repetere nolo; moneo tantum me non bene intelligere, quam notionem hypotheseos habeat *Cl. Siegesbeckius;* Calyx est pars re ipsa existens fructificationis; species ejusdem observationibus ex ipsa natura discimus; secundum has plantæ disponuntur. Sexus quoque adest in plantis; saltem nec ipse *Cl. Siegesbeckius staminum* & *pistillorum* existentiam negabit; cur ergo secundum eadem non licet plantas disponere? aut quid in hisce systematibus hypotheticum? Forte ipsa partium denominatio? Sed quis ignorat Linguas non esse naturales, & impositione voces significare? aliud ergo erit in sensu Siegesbeckiano hypothesis; forte id quod a præceptoribus ipse non didicit; quam quidem significationem apud Lexicographos suos vix reperiet Cl. *Siegesbeckius.* Non enim, quod novi, occurrit nisi in eodem libro, ubi *turbare scientiam* idem significat ac *Siegesbeckio plus in Botanicis sapere.*

§. XII. Ad Aphor. Fund. Bot. 241. sequentia movet Cl. Siegesbeckius.

Quod *nomina generica usitatissima* & *officinalia retineri*

&

& tolerari possint in officinis Pharmaceuticis & praxi medica, minime vero in disciplina Botanica, si veris fundamentis & notis characteristicis adversentur. Aphorismus prædictus ita sonat: „ Nomina generica patrum Botanices græca „ vel latina, si bona sint, retineri debent, ut etiam *usitatissima & officinalia.* Quis non videt idem hic de nominibus patrum & usitatissimis prædicari, ut scilicet retineantur si *Bona fuerint?* quod tamen in Critica Bot. p. 100. mitius explicat: *modo per se erronea non sint vel absurda.* ne scilicet innovatio majorem difficultatem afferat quam emolumentum Quo vero jure duplicem plantarum admittat Cl. *Siegesbeckius* denominationem, *scientificam* alteram, alteram *officinalem* ipse videat; Ergone scientia Botanica non usibus vitæ discitur sed curiositati? Enimvero quærimus certas denominationes, ut intelligi & intelligere queamus, nec in praxi decipiamur.

2. Accusat deinde *Linnæum*, quod ipse, novitati nimium studens, multa nomina receptissima & satis bona, præter necessitatem immutaverit; idque sequentibus probare nititur exemplis. *Halicacabum* off. vocat *Linnæus Phyllin.* Rf. *Physalin* dicere debuisset; ita enim *Alkekengi* Tourn. 64. vocatur in Gen. Pl. 144; Plura huic generi nomina indita fuere; *Solanum* alius generis est nomen; *Camaru* Brasil. & *Alkekengi* barbara sunt, qualia ipse Cl. *Siegesbeckius* rejicienda pronunciat; *Halicacabus durum* est, nulla auctoritate munitum (Fund. Bot. 229.) æquivocum etiam, ita enim *Dodonæus*, *Dalechampius*, *J. Baubinus* & *Morisonus* vocant *Corindum* T. *Cardiospermum Linn. Physalis* vero est antiquum nomen Dioscoridis receptum. vide Hort. Cliff. p. 63.

Lapathum Rumicem. Rf. Linnæus Flor. Lap. p. 93.

Meum Athamantam. Resp. *Linnæus* Crit. Bot. p. 130.

Rorellam Droseram. Resp. *Linnæus* Fund. Bot. 221. & Flor. Lapp. pag 77.

Bupleuroidem Physalin, (*Phyllin* sine dubio dicere voluit.) Rf. *Linnæus* H. Cl. p. 87. Crit. Bot. p. 130. &c.

Ora-

Onagram Oenotheram. Resp. *Linnæus* Hort. Cliff. p. 144.

Ketmiam Hibiscum. Rs. *Ketmia* barbarum, *Hibiscus* antiquum est.

Belladonnam Atropam. Resp. *Linnæus* Hort. Cliff. p. 57.

Ephemerum Tradescantiam. Resp. *Linnæus Hort.* Cliff. p. 127.

Sphondylium Heracleum. Resp. *Linnæus* Hort. Cliff. p. 103.

Phalangium Balbinen, lege *Bulbinen.* Resp. *Linnæus* Hort. Cliff. p. 123. Crit. Bot. p. 57. Gen. Plant. 269. & 303.

Methonicam Gloriosam. Resp. *Linnæus* Hort. Cliff. p. 121.

Rationes his in locis allatas primum refutet Cl. *Siegesbeckius*, & suas deinde contra denominationes Linnæanas afferat.

§. XIII. Aphorismum Fund. Bot. 221. adprobat Cl. Siegesbeckius, quod, scilicet, *nomina generica ex duobus vocabulis integris ac distinctis facta, e republica Botanica relegandæ sunt.* Sed

1. Id facit propter aliam prorsus quam *Linnæus* rationem. Ne entia præter necessitatem multiplicentur; cum in loquendo valeat quod brevissimum & commodissimum; ut terminus figatur, ne integram generis definitionem pro nomine adferamus; cumque maxima pars duplicatorum nominum aliis etiam laboret vitiis, ea rejicienda suadet *Linnæus.* Cl. autem *Siegesbeckio* idem assertum præcipue placet, propter faciliorem in *oides* vel *astrum* flexionem; ego autem subalternos illos generum spurios non agnosco. *Species* sunt omnino naturales ab ipso Creatore determinatæ; *Genera* sunt infimæ specierum classes naturales, quæ sodales agnoscunt, non subalternos; hæc enim superflua inter pares intruderetur subordinatio. *Ordines* sunt generum cognatorum compages, *Classes* vero ordinum. Turbat & transgreditur leges systematis

matis quicunque hunc ordinem pervertere vel interpolare nititur; confundit enim genera cum ordinibus? Supponit præterea hæc in *oides* & *aſtrum* denominatio notitiam aliorum generum, eoque in puncto non mitius peccat quam notæ in nominibus ſpecificis collatitiæ, quas merito ridet *Linnæus* Crit. Bot. p. 158. Et tandem quis determinabit utrum genus pro primario agnoſcendum unde alterum denominetur? Imo æqualia jura reciprocam producerent denominationem, ut tandem totus vegetabilium Catalogus meris *oidibus* & *aſtris* conſtaret; adde Linn. Crit. Bot. p. 34. & ſeq. ubi de his ex profeſſo.

2. Urget, quod culpa Doctorem ipſum *Linnæum* redarguat, cum in Flora Lapponica occurrat *Sceptrum Carolinum* & in generibus *Cornu copiæ*. Quod ad prius adtinet, cuivis inſpicienti Floram Lapponicam pag. 197. mox patet, *Sceptrum Carolinum* eſſe ſynonymum ſpeciei cujusdam *Pedicularis* e Rudbeckio citatum; quam ſcilicet ſpeciem in Hort. Cliff. p. 326. *Pedicularem paluſtrem altiſſimam ſpicatam*, *aſplenii foliis regionum ſeptentrionalium* Cl. *Siegesbeckius* vocaſſe narratur, nomine multipliciter peccante; quid ſi in pratis creſceret, ſi pumila eſſet, ſi duobus tantum vel tribus, ut ſæpe fit, floribus gauderet, ſi *Aſplenii* foliorum forma incognita, vel, ut eſt, in diverſis ſpeciebus diverſa; ſi in America tandem occurreret, quis hanc eandem cum *Siegebeckii* planta judicare poſſet?

Nomen autem *Cornu copiæ*, a *Scheuchzero* inditum, cur in Generibus retinuerit Linnæus, rationem reddidit Hort. Cliff. p. 490. ſcilicet ob ſummam cum cornu copiæ fructus in hoc genere ſimilitudinem; quæ quidem res, imprimis cum nomen præterea ſit poëticum, tanti viſa eſt, ut conſiderationem Aphor. Bot. 221. & 222. penitus abſorbeat. Poſſem ego in contrarium multa Cl. *Siegesbeckio* objicere, ubi in nominibus vel contra propria peccat dogmata; ita enim e. g. *differentiam a patria* * ipſe re-

* *Pag.* 34.

rejicit & tamen per totam Sciagraphiam talia, non citatis auctoribus, nobis obtrudit nomina; ſed non eſt illé ſcopus meus; licebit hac vice Cl. *Siegesbeckio* in propriis impune peccare, cum mihi tantum propoſuerim ab ejus criſi Linnæanum Syſtema vindicare; cujus quidem, cum me dudum tædeat laboris, e ſequentibus pauca tantum breviſſime attingam.

§. XIV. *Nomina generica, qua ex græca vel latina lingua radicem non habent, rejicienda ſunt.* F. B. aphor. 229. Ibi iterum culpat in *Linnæo*, quod nihilominus multa barbara nomina ipſe introduxerit. Exempli loco citat denominationes ex claris quibusdam Botanicis petitas. Fundamentum aſſertionis Linnæanæ eſt, ut ſe invicem eo melius intelligant Botanici, & ſine aliarum linguarum ſtudio poſſint ſolidam ſinguli operam conferre ad commune Botanices ædificium. conf. Crit. Bot. Linn. p. 48. Non igitur hic aphoriſmus ultra hos terminos extendendus; hinc addit *Linnæus* Aph:m. 238. Ubi enim quis notior quam in propria ſocietate, imprimis ſi bene de ea meritus? Et quomodo Botanicorum nomina Botanicis barbara dici poſſunt?

Sed, Si nomina generica in ſanctorum & illuſtrium virorum memoriam conſtructa aph. 236. perſiſtere nequeunt, minus etiam bona ſunt, quæ a Botanicis petuntur; quod quidem aſſerit *Cl. Siegesbeckius* † eam præcipue ob rationem, quod ejusmodi nomina ad flexiones in *-aſtrum* & *-oides* inepta ſunt, Sciag. p. 25. Sufficienter ſuam & Botanicorum egit cauſſam ipſe Linnæus, Crit. Bot. p. 77. ſq. adeo ut aliquid addere omnino ſit ſuperfluum. Perſiſtant in calendario eccleſiaſtico Sanctorum nomina; denominentur a Regibus urbes; ornentur Mæcenates panegyricis; dedicentur a famelicis adulatoribus libri pecunioſis; ſuo quisque in fundo dominet; in denominatione plantarum perſiſtat Botanicorum memoria, uſque dum inveniantur nomina characteres eſſentiales plantarum exprimentia. Magni interim hoc inventum erit ad promoven-

† *Pag.* 61.

vendam ſcientiam, quæ longe adhuc abeſt ab illo faſtigio, quod animo metimur.

§. XV. Contra F. Bot. Aphor. 235. qui aſſerit *nomina generica adjectiva ſubſtantivis pejora eſſe*, opponit Cl. Siegesbeckius.

1. Quod varia ejusmodi nomina ſunt uſitatiſſima & mutatione non opus habent e. g. *Acetoſa*, *Angelica*, *Anſerina*, *Conſolida*, *Hepatica*, *Scabioſa*. Rſ. Adjectiva non abſolute rejicit *Linnæus*, licet ſubſtantivis inferiora pronunciet; Ab antiquis impoſita retinet, ſed ne nova effingantur cavendum ducit; quemadmodum mentem ſuam fuſius explicat Crit. Bot. p. 66. Inter exempla allata *Acetoſa* eſt nomen ſpeciei *Rumicis*; *Anſerina Potentillæ* ſpecies; *Conſolida* vagum nomen ſpeciebus quibusdam variorum generum inditum.

2. Urget quod ipſe Linnæus *Convallariam*, *Coronariam Glorioſam* &c. in Generibus habeat. Rſ. Sunt circumſtantiæ in quibus nominibus adjectivis uti convenit; atque etiam illa in-*aria* reliquis præfert Linnæus Crit. Bot. p. 67. Quod ad *Convallariam*, ſufficiens redditur ejus nominis ratio Flor. Lapp. p. 80. *Coronariæ* nomen, Synonymum uſitatiſſimum, excluſo *Lychnidis*, quod ad aliud genus pertinet, retinuit. *Glorioſæ* appellationem cur *Methonicæ* prætulerit docet ipſe *Linnæus* Hort. Cliff. p. 121.

§. XVI. Aph. F. B. 298. *Nomen ſpecificum terminis poſitivis, non vero negantibus, utatur*, Cl. Siegesbeckio nimiam ſapit ſcrupuloſitatem; qui potius commode putat dici: *Phaſeolus* non ſcandens; *Urtica* non urens. Rs. Eundem in modum ipſe Cl. Siegesbeckius rite deſcriberetur, quod non ſit *Turca*, nec *Novator*, nec *Wolffianus* &c. imo mille ejusmodi characteres addi poſſent negativi, & ego tamen de *Siegesbeckio* nihil ſcirem; quam primum vero, unico termino poſitivo, affirmatum fuerit *Siegesbeckium* eſſe auctorem Epicriſeos, plurima mihi innoteſcunt attributa, quæ certam viri gerant notitiam. confer. Crit. Bot. p. 224. ubi Linnæum eadem argumentandi

ra-

ratione usum video. Ita quoque rectius *Phaseolus* caule erecto, *Urtica* caulibus glabris dicitur.

§. XVII. Sequitur in Epicrisi Apologia, quam, pro Iconum usu in formandis characteribus genericis, contra Præfationem ad genera Plantarum scripsit Cl. *Siegesbeckius*, ut apparet, conviciandi libidine correptus, non sibi satis ab acerbis & injuriosis verbis temperans; Ego vero tantum quæ ad rem faciunt, breviter recensebo.

1. More suo argumenta, quibus assertio Linnæana nititur, licet paragrapho eadem occurrant, reticendo, occasionem cavillandi quærit Cl. *Siegesbeckius*; Primo enim omnium refutare debuisset tria *Linnæi* contra hunc iconum usum argumenta, & demonstrare: Ex iconibus, (α) argumenta firma, absente descriptione, desumi posse, (β) æque commode ac ex descriptionibus posse characterem recenseri & in usum trahi, (γ) sine multiplicatione immensa & sine confusione posse in numerosis generum familiis characterem genericum determinari.

2. Non omni tempore, sed in seculo hoc Botanico icones inutiles ad determinanda genera judicat *Linnæus*; mox enim *subjungit*- *Antequam literarum mor-* „ *talibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis* „ *exprimere, ubi oris sonus præsens esse non potuit; at in-* „ *ventis his facilior certiorque datur via communicandi ideas* „ *scriptis; Sic etiam in Botanicis ante detectas literas, fi-* „ *guræ auxilium præbuere summum; at datis his, compen-* „ *diosiori itur via; literæ autem hæ sunt* 26. (fructificatio- „ nis partes) *quibus scribamus nostras ideas.* Quid vero in his desiderat Cl. Siegesbeckius?

3. Observandum, non esse *Linnæo* sermonem de specifica differentia, quam optime depingi posse novimus; inepte ergo citantur icones *Floræ Lapponicæ* & *Musæ Cliffortianæ*; ibi enim non genera sed species depictæ sunt. Nec

4. Mirandum, quod in tanta descriptionum penuria icones *Tournefortii* maximum præstiterint usum; interim tamen & ibi species fere ubique depinguntur; maximas-

que

que horum quantumvis præclarorum, iconum quoad genera usus habet difficultates; quod Botanices studiosus ignorare nequit.

5. Nec unquam *Linnæus* ex iconibus solis perfectam descriptionem genericam haurire potuit, quod abunde testantur ejus *Genera;* nisi forte ubi unica tantum alicujus generis occurrit species; Eo in casu laude dignissimæ sunt icones Tournefortianæ; alias nullæ; cum partes specierum differentes reticere nequeat pictor.

§. XVII. Contra perspicuitatem in characteribus genericis, quam ibidem promittit *Linnæus*, provocat Cl. Siegesbeckius *ad ipsa ejus scripta, ubi plurima ambigua maxime & terminis inusitatis concepta occurrere* dicit; plurima quoque ob defectum exemplorum obscura;

Rs. 1. Termini omnes a Linnæo adhibiti, aut antea Botanicis noti, aut in Fundamentis aliisve ejus scriptis explicati, aut tam clari sunt, ut explicatione non egeant. Et cur hic non adducuntur exempla ab ipso exemplorum rigidissimo exactore Cl. *Siegesbeckio?*

2. *Fundamenta* Botanicis scripta sunt, qui exempla antea nosse & dogmata tironibus explicare debent; licet tam perspicua horum Fundamentorum sit brevitas, ut non dubitem studiosos, qui a natura exempla petere ipsi non gravantur, proprio marte omnia intellecturos. Si vero tam obscura, judice Cl. *Siegesbeckio*, sunt *Linnæi* dogmata, ut fere intelligi nequeant, cur quæso oppugnat, cur vituperat quæ non intelligit? Exempla tamen data sunt in *Bibliotheca*, *Classibus*, *Critica* &c. dabuntur in *Philosophia* Botanica.

3. Exemplum maximæ obscuritatis promittit *Cl. Siegesbeckius* in illis, quæ de Characteris naturalis prærogativa proferuntur; audiamus ipsa *Linnæi* verba, in Præf. ad Gen. Plant. §. XVIII.

Usus & prærogativæ Characteris Naturalis sunt: (α) ap-
„ plicabilis est ejusmodi character methodis omnibus da-
„ tis & dandis, si modo indestructibili structificationis
„ fundamento superstructum sit Systema. Desumat quis

„ methodum vel a calyce, vel corolla, vel ſtaminibus, „ vel piſtillis, vel fructu; idem tamen erit nobis cha- „ racter naturalis, ubi idem genus. Antea neceſſe fuit „ tot componere characteres omnium generum, quot „ prodiere ſyſtemata; hocce autem (charactere natura- „ li) dato, non item. (β) Si vel mille detegerentur „ nova genera, non unicam notam eam ob cauſſam ge- „ neri naturali proximo vel addere vel auferre neceſſe „ eſt, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

„ (γ) Diſtincte (ſeorſim) poteſt tradi, absque me- „ thodo, hic character ſeu generis hæc definitio, in „ quocunque libro placuerit; æque perfecte teneri & „ intelligi, ac dum ſub ſua militabat claſſe.

„ (δ) Exprimit eandem idæam, ſi vel nomina millies „ mutarentur.

„ (ε) Plures vides notas, quam quibus neceſſario ab „ aliis diſtingui debet (ut diſtinguatur, indiget) ſubje- „ ctum genus; hæ confirmant te certum habere genus, „ nec aliud. An notæ aliquæ ſuperfluæ ſint, ſi omnia „ detecta eſſent genera, ſerus determinabit dies.

Hæc omnino ſunt, quæ *omnia Cl. Siegesbeckius tam intricata & obſcura* judicat, ut *nemo facile ſcire poſſit quid ſibi velint.* Sit penes Lectorem judicium; Ego quidem non tantum hæc omnia bene intelligo, ſed etiam intellectu facillima judico; eo magis ergo miror, quod Botanico veterano obſcura videantur.

§. XVIII. Quæ reſtant maximam partem medica ſunt; ubi ego quidem dubito utris potius habenda fides, ſpeculationibus Botanicorum an experientiis Medicorum; neutræ enim ab errandi proclivitate ſunt immunes. Verbo tamen ad objectiones *Cl. Siegesbeckii* reſpondeam.

1. A fructificatione vires plantarum dijudicandas putat *Linnæus*, plantaſque, quæ genere conveniunt, etiam virtute convenire. Quæ quidem, ut ingenium acre prodit, ita nec rationibus caret aſſertio; * Eam tamen exem-

* *Pag. 63.*

exemplis *Napelli* & *Anthoræ*, *Apocyni* & *Vincetoxici* oppugnat *Cl. Siegesbeckius*. Licet autem obſervatio, quam citat, mihi ad manus non ſit, video tamen.

(α) Plantas ejuſdem generis male diverſis nominibus inſigniri; nec

(β) me latet *Anthoram* & *Napellum* (ut Siegesbeckianis nominibus utar) earundem eſſe virium, licet forte different parum gradu; *Aconitum* editur ſine damno a Medelpadis Fl. L. p. 179. *Anthora* conſenſu omnium vehementer purgat; Sapore amaro prædita eſt, ſumma cum cautione adhibenda, auctore *Joh. Bauhino*. Quod vero alterum exemplum attinet, denominationi ſuæ imputet *Cl. Siegesbeckius*, quod neſciam quam plantam indigitet. Quædam enim ſpecies nomine *Apocyni* inſignitæ ad genus *Aſclepiadis*, quædam ad *Periplocæ*, quædam etiam ad *Apocyni* genus pertinent.

2. De notione veneni *Linnæo* nullam movendam judico controverſiam. Umbellatarum in humidis intendi acrimoniam mille exemplis patuit; mortem autem uſum earum ſequi non eſt neceſſe; ſufficit quod corpus violenter afficiant, & conſtitutioni ſanæ ſint inimicæ. Exemplo ſint *Cicuta*, *Phellandrium*, *Oenanthe*, *Apium* paluſtre &c. quæ in locis ſiccioribus dulces evadunt & edules.

3. Eundem in modum lacteſcentes non omnes, plerasque tamen venenatas judicat *Linnæus*; Largiar *Cl. Siegesbeckio* duas plantas lacteſcentes ſine noxa comedi poſſe, quid inde? Notandum tamen *Linnæo* non de fructu, ſed de planta ſermonem eſſe, & exempla allata huc non pertinere.

4. Quod Cryptogamia vegetabilia ſæpe ſuſpecta includat, non credit *Cl. Siegesbeckius*, cum *fr. Ficus*, Herb. *Phyllitidis*, *Aſpleniii*, *Capilli Veneris*, Rad. *Polypodii*, *Filicis* &c. interne ſine noxa adhibeantur. Rſ. addam ego, quod *Merulii*, *Boleti* &c. quotidie edantur; *Polythricum* bobus pro medicina exhibeatur; Fungorum plurimi a *Pecudibus* ſine noxa deglutiantur; *Lithophyta* ho-

minibus medicamentosa sint, &c. his tamen omnibus nullo modo infringitur assertio Linnæana.

§. IX. An Color Ruber ubique acidum indicet? Affirmat *Linnæus* in Syst. N. Observationibus ad Regn. Vegetabile, quo super illi movet controversiam Cl. *Siegesbeckius*. Non vacat singula huc pertinentia excutere. Quæstionum esse de R. Vegetabili per se patet; & quidem de colore plantæ proprio, quatenus inde de viribus ejusdem ferri possit judicium? Cum limitatione quadam videtur Cl. *Linnæus* sententiam exprimere Aph. Bot. 364. *Flores & fructus rubri acidum communiter occultant*. In doctrina de subjectis coloratis eos adhuc non fecimus progressus, ut intelligamus omnes mutationes, quibus debetur colorum variatio. Aliquid tamen experientia colligimus; ubi cavendum ne nimis properemus ad pronunciata universalia. Acidum colores vegetabilium intendere videmus & ut plurimum in rubros mutare; sed etiam alcali colores flavos ad rubedinem exaltat; quod probat *spiritus salis ammoniaci* vinosus, qui cum radice *Rubia*, *Rhabarbaro*, *Curcuma* &c. tincturam præbet rubram. Cortex radicis *Alcannæ* omnia olea rubicundo colore tingit, & *Spiritum Sal.* Ammon. cœruleum ac amethystinum reddit. Tinctura vero ejusdem cum acido facta flava est. Solutio quoque *Myrrhæ* rubescit a quovis alcali. Videmus interim tamen etiam omnes spiritus acidos & oleosos ætate & digestione rubedinem contrahere; quod vero spiritus oleoso-urinosi idem faciant, ab oleosi principii seu phlogisti, cujus ad colores magnam vim esse dicimus, evolutione derivant Chemici; quo tamen in puncto attractio acidi aërei forte non negligenda. De plantis ubi magis variat color, minori certitudine judicatur; Et reor constantes colores *Linnæum* maxime respexisse; quo in casu, exempla *Tulipæ*, *Leucoji*, *Tunicæ*, *Malvæ*, reliquorumque florum, ubi constans non est ruber color, nihil ad rem faciunt. De cætero communiter rubet in vegetabilibus præsens acidum; quod innumeris patet exemplis; ad flores & fructum prima-

primario reſpectum habuiſſe *Linnæum* patet ex Aphoriſmo ſupra citato; folia igitur non jure ei objiciuntur; tamen horum acidiora cum tempore etiam ruborem contrahere monſtrat ipſum *Rumicis* genus, plurimaque alia. Quoad radices & cortices quid dicendum docet *Alnus*, *Tormentilla* & ſexcenta ejuſmodi. Fieri etiam poteſt, ut color ab acido dependeat, licet ipſum acidum vulgaribus & notis probis demonſtrari nequeat; quod exactiſſima cum reagentibus inſtituta experimenta haud diſſuadent. Alia forte occaſio hanc materiam ab ipſis principiis repetendi ſingulaque ſecundum rigorem ſcientiæ determinandi dabitur; cui, judicium meum, tanquam commodiori loco, reſervo.

CONCLUSIO.

Ex his, quæ relegens Siegesbeckianam Epicriſin feſtinanter in chartam conjeci, patere abunde opinor, quo loco habenda ſint, quæ ibidem contra Syſtema Sexuale reliquoſque *Linnæi* labores tanto apparatu objiciuntur. Saltem enim ſatis demonſtravi hanc methodum, *Linnæique* in rem Botanicam merita his, non diminui poſſe arroſionibus. Simul autem ſponte patet, quid Cl. *Siegesbeckio* animi in proprium ſit ſtudium, cum omni niſu deſtruere velle videatur ea, quæ ſummis laboribus ædificarunt Botanici de Incrementis Scientiæ maxime ſolliciti.

TANTUM.

Sequentia, cum pagella vacet, ab amico transmissa addo ex *Sciagraphia Siegesbeckiana* specimina Botanica.

Pag. 3. Negat flores *fungis*; sed consulat *Michelium*.

Pag. 6. *Granadillam* ad flores compositos refert, ubi unicus flos semper intra unicum calycem; cum tamen p. 4. descripserit *compositum* florem e plurimis flosculis ex communi perianthio prodeuntibus constantem.

Ibidem. *Scabiosam*, *Lychni - scabiosam*, *Eryngium*, *Axinen*, *Hæmanthum*, *Dipsacum* compositos dicit habere flores; contrarium a recentioribus *Vaillantio*, *Dillenio*, *Ruppio*, *Linnæo* aliisque discere potuit; in floribus enim compositis staminum antheræ in cylindrum coalitæ sunt.

Pag. 7. *Helleboro*, *Helleboroidi* & *Nymphæa* compositos flores tribuit; sed prima & secunda nectariis fistulosis gaudent, quæ flores non sunt; tertia calycem habet pro petalis & petala pro flore intra florem.

Pag. 11. Radicem & Folia dicit partes plantarum essentiales; sed ubi est *radix* in *Coralliis*, *Fucis*, *Agaricis* &c. Ubi *folia* in *Cuscuta*, *Salicornia*, *Equiseto*, *Coralliis*, *Fungis*, *Cereo*, *Melocacto*, *Euphorbiis* plurimis &c.

JOHAN-

JOHANNIS GESNERI

Med. Doct. Phys. & Math. Prof. Ord.

DISSERTATIONES PHYSICÆ

DE

VEGETABILIBUS.

QUARUM PRIOR

Partium VEGETATIONIS

Structuram, Differentias & Usus,

POSTERIOR VERO

Partium FRUCTIFICATIONIS

Structuram, Differentias, ac Usus sistit.

In quibus

ELEMENTA BOTANICA

Celeb. LINNÆI

dilucide explicantur.

DISSERTATIONIS PHYSICÆ DE VEGETABILIBUS PARS PRIOR.

DE VEGETATIONE.

Thesis. I.

IN tanta varietate Naturæ operum perfectissimorum, quæ admiranda fabricâ, & præclaris in universâ vita usibus se commendant, nonnulla suam naturam & functiones adeo absconditis recessibus reclusa habent, ut nonnisi vi judicii per seriem ratiociniorum & calculi geometrici innotescant; alia vero tam raro sese oculis offerunt, ut nonnisi alienâ fide de iis tradi possit. In productis autem, quæ absolutissimæ fabricæ summa perfectione, & usu in commoditatibus & oblectamentis vitæ eximia sunt, imprimis referenda sunt *Vegetabilia*, ita comparata, ut omnium mentibus & oculis sese offerant, & fere nusquam non inveniantur, unde etiam plurima, quæ eorum functionem attinent, observatione, quam natura sponte of-

fert, cognoſcuntur. Quibus inductus de Vegetabilibus commentari conſtitui, cum ſingularis ſit meus in ſtudium botanicum amor & hoc argumentum uſu in communi vitâ & Theologia naturali non contemnendis rationibus ſeſe commendet. In quo tractando ita verſabor, ut notitiam partium Vegetabilium cum earum ſtructuta, differentiis & functionibus, vegetatione & fructificatione exponam; hiſtoriam Vegetationis ipſam, & argumentum de perfectione plantarum alii occaſioni reſervaturus.

Theſ. II.

Corpora univerſa, quæ globus terraqueus offert, alia ſunt ex ſola partium per *mixtionem* conjunctione *concreta*. *Mixta* inde atque *Foſſilia* dicta, eaque varia in ſolidorum & fluidorum genere; alia præter mixtas partes ex quibus componuntur fabricâ, ſive partium compoſitione prædita ſunt, cujus ope motus determinatos præſtando *vivunt*. In his ſunt humores, qui in diſtinctis ſuis vaſis determinata lege moventur & præparantur in peculiares uſus. Sunt hæc *Corpora organica naturalia*, quorum Claſſis duplex, alia *vivendo creſcunt*, quæ ſunt *VEGETABILIA*, alia *creſcunt*, *vivunt*, & *ſentiunt*, & ſunt *ANIMANTIA*.

Theſ. III.

Vegetabilia ſunt ergo corpora, quæ vivendo creſcunt. Diſtinguuntur à foſſilibus ſtructurâ organicâ, per quam vegetabilium vita exercetur; ab animalibus, quod facultate ſenſationis & motuum voluntariorum deſtituantur. Sunt quidem, qui ipſis etiam plantis ſenſum tribuant: qualem præcipue admirantur in Foliis quarundam ſtirpium, quæ ad contactum vel etiam ſolum acceſſum hominis vel animalis ſeſe contrahunt & hinc pudicæ dicuntur, ut eſt in Mimoſa, in Polypodio ſenſibili, nec non in vaſculis ſeminalibus Balſaminæ, Hellebori &c. quæ matura ad contactum ſe contrahunt, & ſua ſemina projiciunt.

jiciunt. Non minor vis eſt in pulvere ſeminis maſculini plantarum; in Staminibus Apetalarum, quæ auram genitalem cum impetu projiciunt, in floribus & ovariis, quæ pulveris ſpecie in Ruta muraria, Polypodio, Equiſeto, & omnibus herbis capillaribus comparent, & per microſcopium viſa elaſtro ſimplici vel compoſito inſtructa conſpiciuntur, quod in ſtatu maturitatis vel accedente calore repagulis liberatum magna vi ex ovarii capſulâ minutiſſima ſemina projicit. Eam etiam huc adducere licet ſenſibilitatem ad ſiccitatem vel humiditatem in ariſtis locuſtarum, in herbis culmiferis & ſeminibus roſtratis Geranii à nonnullis obſervatam, & ad Hygrometra pro indicando ſiccatis & humiditatis gradu commode adhibitam. (*a.*) Sed tota hæc ſenſibilitas pendet ex ſtructurâ plantarum mechanicâ, quæ has mutationes ad appulſum humidi, ſicci, calidi, & frigidi edit: quemadmodum funis contortus propter humidum attractum aucta diametro craſſitiei longitudinem ſuam minuit, eam vero auget, quando calor corpora rarefaciens humidum ex eo diſſipavit. Quamobrem eædem mutationes obſervatæ in plantis nullam ſenſationis ſpeciem exhibent, qualis in animalibus per concurſum animæ percipientis exercetur.

Theſ. IV.

Vita plantæ eſt conſpiratio actionum, quas planta, vi ſuæ fabricæ exercet ſecundum regulas motus. Vitæ hujus in plantis duplex actio obſervatur; una quæ ad plantæ incrementum, altera quæ ad ejus propagationem pertinet.

Actio vitæ plantarum, quæ incrementum earum ſpectat *Vegetatio*, altera vero quæ propagationem plantæ facit *Fructificatio* nominatur.

Theſ.

(*a*) Miſcell. Berol. Contin. II. p. 67.

Thes. V.

Cum autem plantæ suas actiones ope fabricæ convenienter regulis motus exerceant, inquirendum primo erit in fabricam omnibus plantis & earum partibus communem; dein in singularem cuique plantarum parti.

Attendens ad fabricam plantarum in singulis ejus partibus observabit 1. Vasa liquorem vehentia, quæ *Vasa succosa* nominantur. 2. Alveos liquoribus plenos, ex succosis vasis continuatos, *Utriculi* vocantur. 3. Vasa aëre plena prioribus adposita, quæ *Tracheæ* dicuntur, denominatione desumta à similitudine cum trachea vel aspera arteria animalium, per quam spiritum ducunt. Sunt hæc vasa, utriculi, tracheæ, canales ex membranis in cavitatem convolutis facti: Membranæ ex fibris sunt contextæ: Fibræ ex corpusculis secundum longitudinem adpositis.

Has partes nudus oculus in multis, armatus in omnibus observat. Tracheas etiam ars liquoribus implere docuit (*b*): De quibus omnibus in fabrica partium plantæ singularum plura tradentur.

Thes. VI.

Vita plantæ exercetur per agitationem succi in vasis succosis & utriculis, atque aëris in tracheis. Sunt enim hæ partes, ex quibus planta componitur; humores sunt fluida, quæ vasa succosa & utriculi vehunt, aër vero fluidum, quod in tracheis continetur. Quamobrem actiones, quarum conspiratio vel congeries vitam plantæ efficit, à motibus horum fluidorum per vasa succosa, utriculos & tracheas producentur.

Quænam vero mutationes pendeant ab hoc motu, satis erit manifestum, si attendimus partim ad naturam humorum,

(*b*) Schreiber in Vita Ruysch. p. 72.

morum, partim ad fabricam vaſorum & ſtatum athmoſphæræ, in qua plantæ vivunt.

Docent enim maxime ſenſibilia Thermoſcopia (*c*) calorem & frigus omni momento mutari. Calor corpora rarefacit ſive in majorem molem expandit, frigus condenſat ſive contrahit. Hinc fluida in vaſis plantarum contenta ſimiles mutationes patiuntur pro gradu rareſcentiæ, quam à calore experiuntur, quæ rareſcentia omnium maxima eſt in aëre. Hinc duplex hic erit mutatio, altera quæ fit per preſſionem externam, quam exercet aër in tracheis hærens per calorem continuo variantem mox rarefactus, idemque mox condenſatus in adpoſita vaſa ſuccoſa, & utriculos alternatim premens; altera eſt dilatatio varia aëris tracheas & humoris vaſa & utriculos implentis. In utraque agitatione eſt preſſio ad parietes, & attritus comminuens. Prior humores potiſſimum movet juxta longitudinem canalis; altera ab axi verſus diametrum latitudinis canalium: prior elongationem, poſterior dilatationem producunt; Dum autem ſecundum longitudinem canalium propelluntur humores in locis, è quibus progrediuntur, fit ſpatium minus reſiſtens, huc ergo impelluntur humores, per loca vero aperta expelluntur. Accedit quod tubuli anguſti plantarum aperti per rationem nobis hactenus non perſpectam attrahant fluida, ut de tubis capillaribus (*d*) conſtat, quæ fluida ultra ſuperficiem horizontalem, in qua exiſtunt, manifeſte attollunt.

Ex his itaque in plantis potiſſimum ſequentia provenient. 1. Præparatio varii ſucci in variis plantarum partibus. 2. Evolutio partium plantarum, quæ in incremento, ſtatu & generatione conſpicitur. 3. Decrementum earum & mors. Quæ ut diſtinctius intelligantur præmiſſam ſingularum plantæ partium notitiam requirunt; de

(*c*) BOERHAAVE Chem. Vol. I. p. 150.
(*d*) MUSSCHENBROEK Diſſert. Phyſicæ p. 273.

de quibus, quæ ad vegetationem pertinent, in hac parte trademus.

Thes. VII.

In tradenda partium fabrica Vegetationis partes naturæ ordinem sequentes præmittimus, partes Fructificationis in altera Dissertationis parte exhibituri.

Sunt autem *Vegetationis* partes *Radix*, *Caulis*, *ejusque appendices*, & *Folia*. *Fructificationis* autem partes duæ sunt, *Ovum* cum suis involucris & appendicibus, 2. *Seminis masculini apparatus*.

Thes. VIII.

Radix est pars plantæ, quâ ad locum natalem adjungitur. Locus natalis est quælibet res unde planta excrescit; quæ tam varia est, tamque multiplex, ut postquam Cl. HOOCK (*e*) deinde Doctiss. MICHELI (*f*) Mucum, Mucorem, Mucilaginem & similia Naturæ producta veras esse plantas docuerunt, nullum vere corpus existat, quod plantis locum natalem non præbeat. Namque præter terram, solida omnis generis plantarum radices sustentare constat ex plantis mariuis, quas vitro, metallo, lapidibus, testis conchyliorum, ossibusve animalium innasci, observatio multiplex testatur; ut & ex fungis, quales ex omni parte corporis animalis produci videmus, itemque ex copiosis plantis, muscis, lichenibus, fungis, visco, atque aliis stirpibus ex plantis enatis. In fluidis idem fieri videmus, quæ non tam plantas fovent & alunt suis radicibus fundo aquarum infixas, sed & multas alias liberrime in aqua fluitantes nullis certis locis affixas, quæ singulari vesicularum natatoriarum apparatu, &

(*e*) Micrographia fig. 1. schem. 12.

(*f*) Nova plantar. gen. Florent. 1729. fol. p. 215. & seqq. Tab. 89. 90. 91. 95. 96. &c.

& appendicibus anchorarum ſpeciem referentibus, hinc inde deferuntur, variisque locis adjunguntur.

Theſ. IX.

In plerarumque plantarum radicibus cernitur. 1. *Cuticula.* 2. *Cutis craſſior.* 3. *Caro.* Cuticula eſt exterius involucrum tenue & foraminoſum, eique ſubjacet cutis, craſſior membrana, quæ ex tubulis ſuccoſis in denſiores faſciculos congeſtis, quos *fibras* vocant, itemque utriculis & tracheis componitur. Interiora opplet caro, ſimili apparatu compoſita, tubulis ſuis cum cute communicans, qui deinde cum vaſis cutaneis in exteriori ſuperficie radicis in cuticula patent. Exempla ejusmodi tubulorum in radicibus per microſcopia viſorum multa exhibent MALPIGHIUS (*g*) & GREW (*h*) qui eadem exhibet in variis radicibus. Hæc ipſa etiam per obſervationes & experimenta luculenter confirmantur. Et quidem quoad *vaſa aërea* ſeu *tracheas* demonſtrantur ea ope antliæ pneumaticæ in hunc modum: Radice ad fundum vaſis alligata, ſuperfundatur Mercurius, vel aqua colorata & impoſito vaſe diſco antliæ ſub campana, educto aëre, ex ſuperficie radici copioſæ parvæ bullæ aëreæ egredi videbuntur: admiſſo rurſus aëre, extracta radix hinc inde vaſculoſos tractus plenos oſtendet Mercurio vel fluido colorato in loca ab aëre relicta proprio pondere & preſſione athmoſphæræ ingreſſo. Idem experimentum in Rapa tentavit Cl. NIEUENTIT. (*i*) Colligitur etiam ex incremento ponderis, quod hac ratione tractata radix accipit. *Vaſa ſuccoſa* & diſtributionem ſucci per ea, ipſe oculus perſpicit, maxime ſi calorem admoveas, humores rarefactione expandente moventem, cujus generis

(*g*) Anatomia Plantarum.
(*h*) l'Anatomie des Plantes. Chap. 2.
(*i*) l'Exiſtence de DIEU demontrée dans les merveilles de la nature. p. 370.

ris elegantiſſima experimenta inſtituit Cel. & Amiciſſ. D. Bened. Stehelinus Phyſ. in Acad. Baſil. P. O. Diverſum quoque tubulorum ſuccoſorum & utriculorum ſitum, decurſum, diſtributionem & figuram plantis datam eſſe, prout diverſi generis ſuccis parandis deſtinantur, in innumeris exemplis videmus, maxime in decurſu vaſorum Rapæ à Cel. RUYSCHIO (*k*) per macerationem præparatæ. Sunt enim in cauda & cortice Rapæ vaſa ſuccoſa rectius & ſimplicius excurrentia ſucco amaro ſtyptico referta: interiora vaſa tortuoſa, circinata & multis modis inflexa ſuccum vehunt dulcem & proprium rapæ. Unde commode inferre licet, vaſa exteriora rectius excurrentia vix multum mutare ſuccos è terra advectos; contra interiora, dum variis contactibus & directionibus applicant & varie miſcent in exteriori cortice jam præparatos humores, ſuccum immutare in naturam propriam & dulcis ſaporis. Vaſa autem ſuccoſa & tracheæ in ſuperficie aperta, humores imbibunt, partim ea vi cohæſionis, qua fluida tenuiſſimos canales capillares ſubeunt, partim dum materia perſpirans & mota, loca efficit minus reſiſtentia; ita ex quantitate materiæ, quæ ex ſuperficie Coronæ ſolis perſpirat, tempore 24. horarum æſtimat Cl. Hale (*l*) celeritatem, quâ intrat ſuccus per radicem ad eam, quâ per ſuperficiem movetur ut 165: 67. ſeu quam proximè ut 5: 2. Sola etiam maceratio docet ſuperficiem plantarum humidum copioſum abſorbere. Imprimis huc referendus eſt modus quo hodie tempore hyberno flores in hypocauſtis producuntur ex radicibus plantarum bulboſis, vaſculo vitreo aqua pleno ita impoſitis, ut ſuperficies inferior radicis, aquam in vaſculo detentam, attingat. Pluribus methodum expoſitam habemus apud LEHMANNUM (*m*) & BROCKESIUM.

Inde generatim ex fabrica radicis concluditur. 1. Aquam &

(*k*) Curæ poſter. in dedic.
(*l*) Vegetable Staticks vol. 1. London 1731. 8. p. 7.
(*m*) De ſorum maturatione media hieme. Lipſ. 1738. 4.

& aërem poris apertis vaſorum in radice recipi. 2. Abſorptum humorem ibidem in vaſis & utriculis varie agitari, cum ſuccis plantæ commiſceri, variis locis applicari, ſeparari, iterum miſceri, in varios & oppoſitos motus agitari; & ex lege fluidorum heterogeneorum in canalibus motorum mutari; & quoad odorem, ſaporem, conſiſtentiam, diverſi & novi liquoris productionem fieri pro diverſitate vaſorum quoad ortum, ſitum, nexum, decurſum, amplitudinem, figuram & varietatem admixtorum. 3. Canales à vi fluidi ſe expandentis & juxta directionem longitudinis propulſi, extendi, explicari, creſcere, maxime dum 4. per humores advecta materies interſtitiis vaſorum extenſorum ſeſe inſinuat, & partium cohæſione in ſolidam plantæ ſubſtantiam mutatur.

Theſ. X.

In plantis, quæ duro lapidi, vitro aut metallo, ſuis radicibus adhæreſcunt, nec eadem obſervatur ſtructura, nec veroſimile eſt, ex corporum horum ſubſtantia nutrimentum quoddam ad plantam accedere. Demonſtrabimus enim in hujus generis plantis omne, & in aliis plantis nutrimenti partem maximam, per ſuperficiem foliorum & caulis ingredi.

Inde infertur alias radices eſſe, quæ plantam unice ad locum natalem adfigunt; alias quæ ſimul nutrimenti partem ſuppeditant. Adeoque *duplex* erit *Claſſis radicum.* 1. Eſt *Radix vera*, quæ præter ſtabilitatem, quam plantæ conciliat, nutrimenti partem adfert. 2. *Radix apparens*, quæ ſolam ſtabilitatem plantæ conciliat.

Theſ. XI.

Radices veræ ſunt vel ſimplices vel compoſitæ. *Simplices* fibris tantum conſtant cylindricis, quibus ſeſe in natale ſolum immittentes & plantam firmant & nutrimenti

materiem hauriunt, eæque alias *fibrosæ* vocantur. Differunt pro *fibrarum situ*, *horizontali* vel *perpendiculari*, pro *consistentia* carnosa aut filamentosa (ut Botanici loquuntur,) & postremo pro divisione in ramos *simplices* vel *compositos*. Aliæ *Compositæ* sunt, quæ præter fibrillas alias partes habent, quibus in terra firmantur, crassas eas & convolutas in exiguo spatio novæ plantæ rudimenta in se continentes: Earum aliæ figuram ovatam exprimentes, *Bulbosæ*: aliæ nodorum in modum conformatæ, *Tuberosæ* dicuntur. *Bulbosæ* ratione substantiæ sunt *solidæ*, *tunicatæ*, *squamosæ*; ratione compositionis *simplices*, *duplicatæ*, aut ex pluribus *aggregatæ*; ratione figuræ *variæ*. *Tuberosæ* situ diversæ, *pendulæ* sunt, vel *sessiles*. (*n*)

Thes. XII.

Proxima radici pars est *Caulis*, eoque nomine venit quicquid ex radice surgit. Hujus consideratio tanti est momenti, ut, cum præ cæteris plantæ partibus magis sit constans, & in sensus incurrens, vulgaris & antiqua stirpium in arbores, frutices, & herbas distinguendi ratio inde desumta sit. Nempe Stirps, cujus caulis quotannis perit, dicitur *Herba*; si caulem per hiemem servat & in eo germinat, *Suffrutex*; si singularis crassus & in magnam proceritatem surgens, *Arbor*; si plures ab una radice duriores & humiliores caules prodeant, *Frutex*. Caulis divisuræ sunt *Rami*, in arboribus dicuntur *Brachia*; Caulis, vel ramorum extremitates, quibus aliis corporibus planta adnectitur, dicitur *Capreolus*; Caulis partes juxta superficiem horizontalem excrescentes sunt *Viticuli*; Caulis primordia reliquis partibus nondum explicatis prodeuntia *Turiones* vocantur. Caulis in arboribus dicitur *Caudex* seu *Truncus*, in fruticibus *Virgultum* aut *Stolo*, si infirmus aut humi reptet aut vicinis stipitibus innitatur *Sarmentum*; In suffrutice & herba proprie *Caulis*; In cerealibus *Culmus*;

(*n*) Linnæi Fundam. Bot. Amstel. 1726. 8. §. 81.

mus; In leguminosis *Scapus*. Cl. Linnæus (*o*) quod nos Caulem dicimus *Truncum* vocat, cujus tres differentiæ. 1. *Caulis*, 2. *Culmus*. 3. *Scapus* trunci species ex radice surgens, solam fructificationem sine ramis & foliis sustinens. *CAULIS* est simplex vel compositus. *Simplex* continuatâ serie versus apicem extenditur, estque integer vel ramosus. *Integer* est cum nullos emittit ramos, hicque *nudus*, vel *foliatus*; *rectus* aut *volubilis*; *reclinatus*, *procumbens*, *repens*; *teres*, *digonus*, *trigonus* &c. *polygonus*; *Striatus*, aut *canaliculatus*; *glaber*, *villosus*, *scaber*, *hispidus*. *Ramosus Caulis* ramulos emittit laterales, estque *ascendens* vel *diffusus*, *brachiatus*, *ramosissimus*, *fulcratus*; cætera habet ut Integer. *Compositus* ascendendo in ramulos subdivisus deliquescit, *dichotomus*, *distichus*, *subdivisus*. CULMUS est *integer*, vel *ramosus*; *æqualis*, *articulatus*; *squamosus*, *nudus*, aut *foliatus*. SCAPUS est *nudus* vel *foliatus*.

Thes. XIII.

Structuram Caulis distincte ob oculos ponit Caudex arborum per transversum sectus, ubi diversæ substantiæ circulos concentricos & quidem distincte videas. (*p*) 1. *Corticem*, qui constat compage lignearum fibrillarum, laxiori intervallo dispositarum; intervalla explent utriculi, quorum extimi patentibus oris suis connascentibus *Cuticulam* faciunt. 2. Cortici proximus est *Liber*, à quo separatur, quod pluribus fibrillarum ordinibus arctius digestis componatur, paucioribus utriculis. 3. In quibusdam sequitur *Alburnum*, quod fit fibrillis & utriculis firmius & densius, quam in libro connexis, sed latius quam in ligno. 4. *Lignum*, seu materies arctissime positis fibris iis inter se connexis constans, quas perrumpunt Utriculi pauciores & tracheæ, alburno ut pluri-

(*o*) l. c. §. 82.
(*p*) Pontederæ Diss. Bot. Anthologiæ adnexæ. Patav. 1720. 4.

plurimum circumſepta. 5. *Medulla* ſeu *Matrix*, quæ eſt utriculorum congeries ab extremo cortice per fibrillas & tracheas reptando in medullam laxata.

Harum etiam partium, tum & ipſius Caulis ſingularis & varia in diverſis plantis varietas & ſtructuræ apparatus, qualem per microſcopia obſervatam anatomes plantarum Auctores primarii MALPIGHIUS & GREWIUS copioſe (*q*) exhibent; ad quorum illuſtrationem accuratiſſimæ obſervationes ab induſtria LEUENHOECKIANA (*r*) acceſſerunt. Hic namque obſervat in *Pino* arbore canales ſurſum adſcendentes denſius congeſtos, quos vocat Tubos ligneos, vel *vaſa aërea*, item alios horizontales cum prioribus communicantes & apertis finibus patentes in ſuperficie: inter hos exigua & copioſa *vaſa ſuccoſa* vocat arterias; denique *Utriculos amplos*, quos cellulas reſiniferas nominat. (*s*) In *ligno quercino* deprehendit triplicis generis vaſa longitudinalia ſurſum adſcendentia & duplicis generis vaſa horizontalia. Sunt *longitudinalia* 1. majora veſiculis ex tenuiſſimis membranis conſtantibus prædita. 2. minora. 3. exilia valde, qualia in $\frac{1}{50}$ parte ſpatii pollicis quadrati 20000. numerat. *Horizontalia* quædam principio quidem ex arboris medullâ prodeunt, poſtea magnâ copiâ ex ſurſum tendentibus vaſculis ortum ſuum ducunt: alia vero multo copioſiora hinc inde numeroſiſſima, ut in pollice quadrato ultra 1400000 habeantur. Eidem quoque (*t*) *fabricam tubulorum* examinanti ea helicis in modum viſa ſunt. In palma Coccifera obſervavit vaſorum latera formari fibris ſpiralibus cylindris vaſorum eum in modum ſuperinductis, ut filum æneum ſuperinducitur chordæ muſicæ ex inteſtinis paratæ: (*u*) eandem quoque fabricam

(*q*) In locis citatis.
(*r*) Epiſtol. 74. p. 312. Ic. 5. ſeqq. p. 413.
(*s*) Arcan. natur. p. 12. & ſeqq.
(*t*) Ep. Phyſiol. XXVIII. p. 265. Ic. 5. 6.
(*u*) Id. Arcan. Nat. det. vol. II. p. 23. Ic. fig. 19.

cam in culmo Straminis, cujus cortex ſuperficie conſtat vaſculis incredibilis parvitatis, nonnullis etiam paulo majoribus polygonis. Clariſſ. RUYSCHIUS (*v*) quoque nova ratione Caulium fabricam, partes earum maceratione reſolutas exhibendo, plurimum illuſtravit, eamque ſubſtantiam non diſſimili ratione atque oſſa corporis animati ſolida ex parvis concentricis laminis per intermedios claviculos oſſeos connexis formari docuit GAGLIARDUS (*x*), ita plantarum truncos ex quamplurimis invicem impoſitis parvis laminis conſtare demonſtrat: hæ per intermedios claviculos ſive productiones ligneas transverſas connectuntur: ipſæ vero parvæ laminæ ex fibris conſtant juxta caulis longitudinem hinc inde ita inflexis, ut mox coeuntes jungantur mutuis anaſtomoſibus, mox diſcedentes ſpatia forment, in quibus utriculi per intertextas fibras transverſas ſubdiviſi, & multis modis communicantes facti. Eſt mihi hujus generis ſpecimen ad manus à Sene hoc Venerabili, cum nonagenarius jam erat, paratum ex Malva Sinenſi, in qua laminæ concentricæ cum claviculis & intermediis ſpatiis utriculorum non tantum diſtincte nudis oculis conſpiciuntur, ſed & ex tenuibus membranis in cavitates amplas laxatis formata medulla, cujus cavitates multum inter ſe & cum ſubſtantia caulis communicat.

Theſ. XIV.

Ex expoſita Caulis fabrica manifeſtum eſt, eum hic apparatum obtinere, quo & novi humores per patentia foramina Cuticulæ abſorpti & qui per vaſa radicis communicantia in Caulem delati ſunt; ibi vi vaſorum ſuccoſorum, utriculorum & trachearum moveantur, præparentur, mutentur in uſus idoneos in variis caulis partibus, ſimulque tali impetu ferantur, qui ad extenſionem cana-

(*v*) Schreiberus in vita Ruyſchii, & Cl. Ruyſch. paſſim.
(*x*) Oſſium Anatome.

canalium ſecundum omnes dimenſiones ſufficit, ut explicentur & evolvantur partes in naturale plantæ cuique incrementum & magnitudinem.

Theſ. XV.

Hoc ipſum, quod Theoria à priori, ut ajunt, ex fabrica per ratiocinia deducit, obſervationibus copioſis à diligentiſſimis obſervatoribus LEUENHOECKIO, NIEUENTIT, WOLFIO, THUMMIGIO, HALESIO luculenter demonſtratum & plenius exhibitum eſt. Multis enim experimentis docuere plantas aërem, itemque aquam & humores non tantum copioſiſſime per ſuperficiem caulis inhalare & exhalare, ſed & hæc liquida ſurſum, deorſum, & quacunque ratione liberrime decurrere.

Et *aërem* quidem in *Vaſis caulis* contineri, ſufficienter docent experimenta à Cl. NIEUENTIT (*y*) A°. 1696. primum tentata, dein a Cl. WOLFIO (*z*) & aliis repetita. Cum enim truncum reſectæ arboris Ulmi, Mali Armeniacæ, & aliarum, in vaſculo ſub Campana vitrea Antliæ pneumaticæ repoſito ad aëris ope Emboli eductionem, obſervavit egredientes ex trunci ſuperficie copioſas bullas aëreas per aquam aſcendentes; manifeſto indicio latitantis intra poros Ligni aëris, ad reſiſtentiam aëris externi prementis ablatam, prorumpentis. Hæc poſtmodum interſtitia aqua ita implevit, ut ex incremento ponderis in Trunco de quantitate contenti aëris judicium fieri potuerit.

Aëris etiam à plantis abſorptionem manifeſta ratione exhibitum legimus apud Accuratiſſ. HALESIUM. (*a*) Immiſit is reſectæ arboris Truncum Siphoni vitreo recurvo

(*y*) l. c. p. 370.

(*z*) Vernünfftige Gedanken vom Gebrauch der Theilen in Thieren und Pflantzen.

(*a*) l. c. p. 155.

curvo & loco commiſſuræ accurate Emplaſtro obturato, alteri Tubi brachio aquam infudit, ut infuſæ aquæ ſuperficies aliquo intervallo à ſuperficie Trunci diſtaret: hoc vero intervallum ſingulis diebus ita minui obſervavit, ut aqua continuo adeo appropinquaret ad Trunci ſuperficiem, ut etiam paucis diebus eam attigerit. Ex quo infertur, aërem inter aquæ & Trunci ſuperficiem contentum, a plantæ ſubſtantia fuiſſe reſorptum, & quantitate ejus ſingulis diebus minutâ aëris externi preſſione aquam tandem ad Trunci ſuperficiem fuiſſe elevatam. Continuatum deinde experimentum docuit, quam inſignis etiam aquæ quantitas per patentia trunci vaſa *abſorbeatur.*

Decurſum humorum liberum per vaſa docere inter alia poteſt (*b*) Experimentum ex relatione HUGENII primum in Horto Ser. Electoris Brandenburgici tentatum, dein à LEUENHOECKIO, & aliis repetitum, quo arbores inverſas ita plantabant, ut radices ſub Cœlo in ramos excreſcerent. In Tilia obſervavit Cl. Leuenhoeck ſpatio duorum annorum ramos in terram reclinatos radices ſenſim egiſſe: radices vero poſtquam erectæ per 14. circiter dies ſteterant, frondes & germina produxiſſe, potiſſimum ad divaricationem radicis in ramos craſſiores, itemque ad tenuiores partes radicis. In Vite Vinifera pervulgata eſt hujus experimenti hiſtoria. Idem in Radicibus Cichorii obſervatum à Cel. BULFINGERO (*c*), unde etiam infert, eſſe ubique quod ſurculis, & eſſe quod radicibus formandis convenit, ſed alteris evolvendis nutrimentum deberi internum; alteris externum. Sed inprimis memorabile eſt experimentum HALESIANUM (*d*), quo arborem vegetantem obſervavit hærentem in aëre libero radicibus e terra evulſis & per ſolos ramos ſuos duabus vicinis arboribus connaſcentes, nutritam.

Quæ

(*b*) Arcan. nat. p. 153. & ſeqq.
(*c*) Commentar. Academ. Petropoſit. T. V. A. 1738. p. 200.
(*d*) l. c. p. 131.

Quæ ſane omnia egregie docent communicationem ſucci in vaſis, & liberum ejus iter ſurſum, deorſum, ad latera quod nullis valvulis intercipitur, licet Cl. LEUENHOECK (*e*) de exiſtentia valvularum dubitanter pronuntiaverit.

Theſ. XVI.

Partes Vegetationis cauli vel radici adpoſitæ vocantur *Folia*. In eo itaque diverſa ſunt à caule, quod in plantis caule præditis ipſi apponantur: in iis, quæ caule deſtituuntur, ſeu acaulibus, ex radice non ſurgant, ſed ad ejus latera exoriantur.

Hac ratione in Folio erit ſuperficies *interior*, quæ caulem reſpicit, quæ etiam *ſuperior*, & *inferior*, vel *exterior* à caule averſa. Caulis ramulus in folium conſtinuatus dicitur folii *Petiolus*, ejus appendix *Coſta*; Folii ora *Ambitus* ſeu *Margo*. Productiones acuminatæ in ſuperficie caulis vel folii dicuntur *Aculei*, *Spinæ*. Folia nondum explicata ſeu in nodulis adhuc convoluta, *Gemmæ* vocantur in arboribus & fruticibus. Id apertiſſime docet evolutio, quæ poſt paucos dies ſequitur. Sunt etiam gemmæ quædam Fructiferæ vel Floriferæ, quæ præter folia quoque flores proferunt. Cl. MALPIGHIUS in gemmis Fraxini veſiculas, medullam, fibras ligneas, corticem & folia diſtincte Microſcopio conſpexit; etiam flores convolutos detexit per Microſcopium in gemmis Leuenhoeckius (*f*), in gemma Uvæ Urſi non tantum faſciculos uvarum, ſed & recentis ligni ramulos depingens.

Differentiam Foliorum Diligentiſſimus Linnæus (*g*) ſequentem ſedulo adnotavit, ſunt nempe *Simplicia*, vel *Compoſita*. *Simplicia* eidem baſi vel petiolo folium adnectunt, quod ratione *circumſcriptionis*, rotundum, orbicula-

(*e*) Epiſt. Phyſiol. XIX. p. 171. &c.
(*f*) Ep. 88. p. 174. Ic. 17.
(*g*) l. c. §. 83. Hort. Cliffort. Tab. I. & II.

culatum, ſubrotundum, ovatum, ellipticum; reniforme, cordatum, lunulatum, oblongum, lanceolatum, capillare, lineare, ſubulatum, aceroſum. *Ratione angulorum*, teres, cylindricum, gladiatum, trigonum, ſagittatum, haſtatum; Triangulare, pentangulare. *Ratione Laciniarum* integrum, lobatum, palmatum; bifidum, trifidum, quinquefidum, multifidum; Sinuatum longitudinaliter, vel marginaliter. *Ratione marginis apicis* integrum, acutum, acuminatum, emarginatum, retuſum, inciſum. *Ratione marginis lateralis* integerrimum, plicatum, dentatum, ſerratum, crenatum; undulatum, criſpum. *Ratione ſuperficiei*, nitidum, glabrum, ſcabrum; villoſum, hirſutum, ſtrigoſum; aſperum, aculeatum; rugoſum, venoſum, nervoſum; carinatum, carnoſum. *Ratione extenſionis*, erecta, patula; horizontalia, reflexa, revoluta; *Ratione ſitus*, ſeminalia, radicalia, caulina, floralia, vaginantia, perforata, amplexicaulia; Seſſilia, petiolata, auriculata; oppoſita, verticillata; alterna, ſparſa, accumulata; imbricata. *Folia Compoſita* communi petiolo plura foliola gerunt. Sunt *digitata* quinata, ternata, conjungata. *Pinnata* cum impari, ſine impari, abrupta, cirroſa. *Decompoſita* duplicato, triplicato &c. digitata; duplicato-triplicato-pennata.

Theſ. XVII.

Folia conſtant 1. *cuticula* ſuperiorem atque inferiorem folii partem tegente & 2. *Fibris* durioribus à caule & petiolo in rete vaſculoſum continuatis. Abeunt hæ poſt varias vario ordine & nexu factas ſubdiviſiones tandem in utriculos varii generis ſuccis plenos, & inter ſe communicantes, quibus copioſæ interpoſitæ ſunt tracheæ, & patent cum utriculis & vaſis ſuccoſis variis foraminibus in foliorum ſuperficie. Hanc Foliorum ſtructuram, quam nudus oculus in bene multis plantis obſervat, per Microſcopium & præparationem macerationis ope inſtitutam,

etiam diſtinctius & plenius exhibere licet. Oſtendit enim Microſcopium (*h*) dictos utriculos in quibusdam foliis plantarum, Caſtaneæ, Populi, Mori &c. continuari in ductus, in ſuperficie folii patentibus foraminibus humores effundentes. Præparatio vero foliorum per macerationem à Cel. RUYSCHIO primum tentata & inter arcana habita, poſtmodum à Cl. TREW (*i*) & GMELIN (*k*) felici ſucceſſu exhibita & fideliter communicata eſt hujuſmodi. Folia, imprimis duriora, immiſſa vaſi, ſuperfuſa fervida in vaſe tecto per 4 vel 5. hebdomadas reponuntur, donec ſeceſſus, vel elevatio cuticulæ circa petiolum indicet macerationem peractam eſſe: dein ſeparatio cuticulæ cauta manu, flatus imprimis miniſterio adjuta facile procedit, & rete vaſculorum à contenta materia utriculorum leni agitatione excutiente depuratur. Hac maceratione demonſtrantur in foliis 1. *Cuticula exterior*, ſeu *ſuperior*. 2. *Inferior*. 3. *Interpoſitum* inter Cuticulas *rete vaſculorum* ex vaſis conſtans & humore, qui inter nervos ſeu fibras per folii cuticulam transparet. Nervi, ſive fibræ ſunt vaſa ſuccoſa, quæ deſinunt in ſubſtantiam pulpoſam plurimorum vaſculorum in unam maſſam conjunctorum, & varii generis ſuccos continentem, qui maceratione ſoluti & eloti fibras folii cum utriculis relinquunt. Non inepte *Sceleton* vocant folium hac ratione præparatum, quia ſola compages ſolida, dura, hic remanet; Talia Sceleta foliorum depingunt Cl. RUYSCHIUS, (*l*) SEBA, (*m*) TREWIUS. (*n*) Dum ipſe præterita æſtate Thermis utens Badenſibus experimentis macerationis commode vacarem, inter alia obſervatione digna, obſervavi rete vaſculo-

(*h*) MALPIGHIUS l. c.
(*i*) Commerc. lit. Norimb. A. 1732. p. 63.
(*k*) l. c. p. 268.
(*l*) Adverſ. anatom. Dec. III. n. 2. Cur. poſt Ic.
(*m*) In Theſauro Rer. Natur. paſſim.
(*n*) Commerc. litt. Tab.

ſculorum continuata maceratione in duo diſtincta retia dividendum eſſe, qualia cum cuticula ſuperiori & inferiori à ſe invicem ſeparata in foliis Pyri & Mali diſtincte exhibere poſſum. Rete inferius ramis conſtat laxius intertextis & ampliores areolas efformantibus: his reſpondent rami primarii ſuperioris, qui deinde per interſtitia areolarum in rete vaſculoſum tenerrimum innumeris anaſtomoſibus inter ſe communicans dividuntur. In foliis craſſis & teretibus Opuntiæ ſeu Ficus Indicæ 3. vel 4. diſtincta retia ſibi ſecundum longitudinem incumbentia jam olim adnotavit Cel. RUYSCHIUS (*o*); in foliis planis vero, quod ſciam, hactenus nemo. Dum hæc ſcribo, obſervationem cum Excell. & Amiciſſimo Viro D. ALB. HALLERO Archiatro Regio Anat. & Bot. in Acad. Göttingenſi Profeſſore Celeberrimo communicans in reſponſis accipio Cel. D. HOLMANNUM Philoſophiæ apud Göttingenſes Prof. Celeberrimum, quoque Retia hæc duplicia ſatis nitida parare.

Tracheæ in foliis plantarum eadem ratione atque in caule & radicibus per erumpentes in vacuo ex ſuperficie foliorum in aqua ſubmerſorum bullas demonſtrantur; quod in Braſſicæ foliis jam pridem exhibuit Cl. NIEUENTIT (*p*).

Theſ. XVIII.

Ex qua Foliorum in plantis fabrica infertur, ſuccum partim ex Caule per petiolum ad Folium delatum, partim per ſuperficiem externam cum aëre abſorptum in foliis per vaſa ſuccoſa motum ad utriculos diſtributum, ibidem ſtagnatione, permixtione, exhalatione, agitatione varia, per calorem & preſſionem aëris in tracheis varie mutari, & præparari in Plantæ naturam.

Et

(*o*) Adv. anatom. Dec. III. l. c.
(*p*) l. c. p. 371.

Et cum ſuperficies Foliorum ſit pars multo maxima ſuperficiei plantarum, patet maximam etiam humorum & aëris copiam recipi, ac ibidem præparari; hinc ea præparationis ſucci plantæ cuique proprii præcipuum eſſe Inſtrumentum; non ſecus ac in præparando ſanguine animali Pulmonum efficacia, ut apud Phyſiologos monſtratur, maxima eſt.

Theſ. XIX.

Hæc etiam ipſis oculis exhibendo clarius evincunt accuratiſſima, & unica in hoc genere Haleſiana experimenta in Statica Vegetabilium. Nam ſi ex ejus methodo (*q*) radix plantæ immittatur in vas vitreum recurvum, aqua plenum, clauſo loco commiſſuræ, decrementum aquæ in altero crure indicabit quantitatem aquæ per radicem abſorptæ, quæ à pondere totius plantæ ſubtracta exhibebit incrementum plantæ ex materia ex aëre abſorpta. Immiſſus etiam in aquam arboris frondiferæ foliis ſuis onuſtus ramus, magnam aquæ copiam attrahet, quam indicabit ponderis incrementum. Nec difficilius cognoſcimus *quantitatem aëris per folia abſorpti* (*r*), ſi vaſculum aqua plenum, in quo ramus arboris, foliis inſtructus, hæret, immittatur in patinam, cui aqua eſt infuſa; ſuperpoſito vitro ſuperne clauſo, cujus margo inferior aquam attingit, apparebit, aquam, quæ in patina eſt, ſenſim ultra ſuperficiem ejus externam horizontalem intus attolli in vitrum: manifeſto argumento, reſiſtentiam adeo intra vitrum minui, ut aër externus aquam in vitri cavitatem premere & attollere valeat. Hæc autem reſiſtentia tantum minuitur per aërem poris in ſuperficie foliorum patentibus abſorptum. Deſcribendus mihi eſſet integer Cl. Auctoris Tractatus, ſi ſingularia quæ de aëris abſorptione, de inhalatione, & perſpiratione plan-

(*q*) p. 27.
(*r*) p. 156. 167.

plantarum, de vi, motu & circulatione ſucci nutritii in plantis experimentis ſedulo indagavit accuratiſſimus Auctor, hic commemorare vellem. Hæc autem ſcopo noſtro imprimis ſufficere viſa ſunt; ſaltem evidentiſſimus Foliorum uſus in præparandis humoribus plantarum manifeſto ex his liquet; Fit inde, ut decerptis foliis planta ut plurimum marceſcat.

Hi ſunt uſus, quos partes Vegetationis habent in plantæ incremento & nutrimento: alii poſiti ſunt in præparatione ſucci, qui ad partes Fructificationis fertur: de iis, & Fructificationis organis, quæ porro dicenda eſſent, cum ob chartæ anguſtiam addere non liceat, proxima Diſſertatione DEO dante exhibebimus.

DISSERTATIONIS PHYSICÆ DE VEGETABILIBUS PARS POSTERIOR.

DE FRUCTIFICATIONE.

Thes. I.

QUid ſint Vegetabilia, quæ partes Vegetationis, quæ earum Differentiæ & qui Uſus in Diſſertatione præcedente explicavimus: quam ob rem nunc ordine ducimur ad *Hiſtoriam Fructificationis*, in qua non minor quam in Vegetatione jucunda eſt contemplatio, maximæ partium in eosdem uſus conſpirantium varietatis admirandæque hactenus ferè ſolis animantibus adſcriptæ Generandi facultatis, tot machinis variantibus, tam artificioſo apparatu, tanto conſenſu quoad loca & tempora, & in abjectis quoque & minutiſſimis plantis ſe manifeſtantis, & ita animum atque oculos commoventis, ut infinitæ CREATORIS Sapientiæ, Potentiæ, & Bonitatis indicia luculentiſſima undiquaque exhibeat.

Theſ. II.

Thes. II.

Fructificatio est plantæ actio per quam sese propagat, hoc est, aliam sibi specie similem gignit.

DEUS T. O. M. postquam potentissimo nutu Voluntatis per efficacissimum FIAT totum hunc mundum produxisset, non tantum voluit ut certis Legibus gubernaretur, & Corpora secundum Naturam vel Vim, quam in Elementis eorum reposuit, suos motus partium compositioni convenienter exercerent, atque in quovis Planeta usque ad definitum suæ destructionis tempus Materia, quæ Mutationum ejus causa est, ope gravitatis & Athmosphære eam ambientis conservaretur; verum ut & species rerum organicarum servarentur & multiplicarentur. Indidit itaque hisce corporibus naturalibus organicis sese propagandi, sive suæ speciei corpora producendi facultatem, cujus naturam in plantis hic potissimum explicare animus est, maxime cum hæc vis quam veteres Chymici *Seminalem* dixerunt & ipsis etiam Metallis & Corporibus mixtis perperàm assignarunt, semper inter actiones naturæ præcipuas habita fuerit.

Thes. III.

Multiplicem quidem facultatem, qua planta sese multiplicat Sapientissimus & Optimus CREATOR eidem indidit, & talem vel unicam vel plures & variatas plantis conciliavit, quales Natura plantæ potissimum postulare videbatur; Verùm propagationis unicum modum naturalem constituit *ope seminis*, dum ex eo per fabricam plantæ parato, & in statu maturitatis excusso in apto loco Nutrimenti novæ suæ speciei planta nascitur.

Thes. IV.

Augetur autem planta novorum surculorum ex eadem stirpe natorum accessione, multis modis, & inde ars artificia-

tificiales varias rationes invenit ſtirpes absque ſeminum auxilio propagandi. Sunt hi *Artificiales propagationis modi* diverſi pro differentia partium plantæ; alii fiunt per Radices, alii per Truncos, per Gemmas alii; imò & per ipſa Folia, prout vel vagum experimentum, aut mens præſcia futuri effectus, aut accuratior contemplatio Naturæ & Analogia varias methodos ſubminiſtrarunt.

Per *Radicem* (*a*) propagatio fit per compoſitæ radicis partes, vel per Soboles ejus, vel per flagella. RADICES COMPOSITÆ, quas deſcripſimus Part. I. Theſ. X. ſunt, quæ præter fibrillas, alias partes habent craſſiores & convolutas, novæ plantæ rudimenta in ſe continentes, ut ſunt Bulboſæ, Tuberoſæ, Gramineæ, pendulæ; Hæ vel ad baſin, vel ad latus, vel in ſinu, vel ex fibrillis pendulas habent veras gemmas ſubterraneas, plantam convolutam in ſe recondentes, quæ à radice veteri ſeparatæ & Terræ commiſſæ ſuas plantas evolvunt. SOBOLES radicis *Viviradices* vel *Stolones* aliis dictæ ſunt novi ſurculi vel propagines ex radice ſub Terra reptante aſſurgentes, quales à ſua ſtirpe avulſi plantam propagant. FLAGELLA ſunt cauliculi repentes, ad nodos radices agentes, qui Terræ commiſſi ut præcedentes vegetant.

Caulibus vel Ramis propagatio fit, eos vel Terræ immittendo vel inſerendo arboris Trunco aut Ramo vel ipſi (*b*) Radici. Varia Surculus talis nomina pro varia magnitudine accepit, ut dicatur *Talea* vel *Malleolus* vel *Sagitta*. SURCULUS QUI IN TERRAM DEPONITUR, vel avellitur à caule antequam agat radices, vel in Terram depactus integer, vel inciſus à matre non ſeparatur antequam radices agat: Hic modus non differt à *circumpoſitione*, dum Terra vaſe idoneo excepta attollitur ad ramulum, eique circumponitur, ramulo per vas Terram continens foraminibus ad id factis trajecto. INSITIONIS (*c*) alia

(*a*) Conf. Raj. Hiſtor. plantar. T. I. p. 32. & ſeqq.
(*b*) Spectacle de la Nature Tom. II. part. 2. p. 169.
(*c*) COLUM. L. VI. c. IV. PALLAD. L. III. tit. 17.

alia eſt & varians ratio. *Unum* genus eſt quo refecta arbor refectos ſurculos recipit, dum Virgæ minori transverſim oblique ſectæ ſurculus paris craſſitiei, pari obliquitate cæſus, alteri congruens applicatur & firmatur. *Alterum*, quo arbore ad Medullam terebrâ perforatâ, eductâ ſcobe, ramus alterius arboris brevior & paucis vel duabus tantum gemmis foris relictis immittitur, & arctè applicatur; quod genus rarius ſuccedit. *Tertium* eſt, quando in refecti rami fiſſuram ſurculus alienæ arboris immittitur: à primo genere non multum differt *Quartum*, quod *Ablactationem* vocant, quando ramus arboris ab uno latere ſolutus, matri tamen adhuc hærens, arboris vicinæ ramo truncato applicatur & alligatur donec coaluerint, deinde ſuo ſtipite ſeparatus alieno duntaxat ſucco ali permittatur &

Exiit in Cœlum ramis felicibus arbos,
Miraturque novas frondes, & non ſua poma. (*d*)

Per *Gemmas Propagationis* modi non minus multiplices ſunt. Hæ ſane ſemini ſimillimæ ſatæ vel humi vel in arbore radices agunt, germina ferunt, & ſe in plantam attollunt. De *Gemmis ſubterraneis* ſive Radicibus bulboſis jam dictum eſt: in eundem cenſum quoque veniunt *Bulbi aliarum partium*, ut Florum in Allio, Capſularum in Biſtortâ, Bulbi in Foliorum alis, Dentariæ, Saxifragæ foliis palmatis, & aliarum plantarum, in quibus cum rarius maturefcat fructus, pro conſervanda ſpecie neceſſarii fuerunt, obſervante Cel. LINNÆO. (*e*) GEMMARUM in arboribus hiſtoriam dedimus §. XVI. PART. I. fit per has Propagatio per INOCULATIONEM vel EMPLASTRATIONEM, quæ vera eſt ſatio in arboribus, & fit per gemmam cum corticis parte ſeparatam & intra fiſſuram inter corticem & librum arboris ejuſdem vel alienæ com-

(*d*) VIRGIL. Georgic. L. II. v. 73.
(*e*) Flor. Lappon. Amſtel. 1737. 8. §. 172.

commiſſam ac firmatam, donec comprehendat & creſcat. Inuſitatus hactenus reſtabat modus, ut GEMMÆ HUMI SEMINARENTUR, quemadmodum Bulboſarum radices: hunc felici ſucceſſu adjecit Celeb. Prof. Patavinus D. JUL. PONTEDERA. (*f*)

Per *Folia* tandem propagare plantas ante pauca adhuc Luſtra inaudita plane res erat; nec tamen hanc methodum Naturam abnuere vel negare eruditiſſimo ſcripto demonſtravit Cl. THUMMIGIUS (*g*), in quo tres caſus tanquam totidem diverſos modos educandæ ex foliis arboris apud G. Andr. Agricolam ex parte annotatos deſcribit, ex obſervationibus de malis Citrinis, quas experimento D. Mirandolæ Itali ductus Ill. Comes à Wratiſlau educari curavit. *Primus caſus* eſt, quo arbor educatur ex gemma folio juncta, ubi potius ex gemma excreſcit, folio primum nutrimentum largiente. In *ſecundo caſu* folium transformatur in arborem, petiolo per integram folii longitudinem extenſo in caudicem, ramis per folii latitudinem emiſſis in ramos arbuſculi abeuntibus, ſurculis qui ex ramis deſcendunt exareſcentibus, & in eorum cum ramis confinio gemmis ſuccedentibus. *Tertius denique caſus* ab utroque priori prorſus eſt diverſus. In eo ſcilicet folium infima ſui parte callum producit, ex quo radices propullulant. Integrum deinde folium exareſcit & abſumitur, ex ſuperiori autem calli parte ſurculus progerminat. Rationem rariſſimi Experimenti quærit in Medulla, quam Gemmarum & Seminis officinam ſtatuit, partim obſervationibus Microſcopicis eo deductus, partim quod manifeſtum ſit gemmarum radices Medullæ eſſe infixas.

Ex quibus omnibus tandem clare colligitur, plantas propagandi actionem naturalem unicam, reliquos vero modos artificiales eſſe, aut ſi ab ipſa planta exerceatur, tum non

(*f*) Compend. Tabul. Botan. Patav. 1718. 4. p. IX.
(*g*) Meletem. var. & rar. Argumenti. Lipſ. 1727. p. 12-66.

non novas produci plantas, ſed tantum primam per acceſſionem novarum cum priori junctarum augeri.

Theſ. V.

Fructificationis partes duæ ſunt 1. *Semen* vel *Ovum* cum ſuis involucris & appendicibus. 2. *Genitura* ſive *ſemen maſculinum* cum ejus apparatu. Hæ partes in vario ſtatu conſideratæ formant *Florem* & *Fructum*, de quibus ordinatius ſingulatim erit tradendum.

Semen eſt pars Fructificationis, per quam naturalis plantæ propagatio exercetur. *Ovum* dicitur à ſimilitudine functionis cum ovo animalium, ex quo excluditur Foetus. Differentiam ſeminis à Radice, Stolonibus, Gemmis, quibus planta augetur & arte propagatur, vidimus in §. præcedente: Seminis verò ſtructuram & differentias inferius ſubjungemus.

Pars plantæ, quæ ſemen recondit, vocatur *Pericarpium*, vel *Fructus*, aliis *Ovarium*, quando matura ſunt ſemina, ante ſtatum maturitatis *Piſtillum* (JUNGIO *Stylus*) (*h*) in quo tres diſtinctæ partes occurrunt. 1. *Germen*, quod rudimenta ſeminum in ſe continet, & in Fructum maturefcit. 2. Germinis productio, quæ *Stylus* dicitur, aliis *Tuba*, vel *Vagina*, vel *Antemnæ*. 3. Margo ſive extremitas Styli vel germinis; ſi Stylus deficiat, *Stigma* à Cl. LINNÆO (*i*) vocatur.

Status, qui antecedit Fructum, eſt *Status Floreſcentiæ*. Pars plantæ piſtillo donata eſt *Flos fœmininus*. Numerus autem fœminarum deſumitur à Numero Styli, vel eo deficiente, à Numero Stigmatum. Florem fœmininum ideo dicimus, quia ex germine piſtilli ſemina naſcuntur ſive ova, quæ eadem munera habent quæ foeminarum in Animalibus.

Theſ. VI.

(*h*) Magog. Phytoscopica.
(*i*) Fundam. Botan. Amſt. 1736. 8. §. 86.

Thes. VI.

Multæ *dantur Plantæ, in quibus tantum occurrit Flos fœmininus* Thes. V. descriptus; *quas solas nulla semina fœcunda producere multiplex observatio testatur.* Inter plures observationes quas ad insufficientiam solius floris fœminini ad producenda semina fœcunda demonstrandam casus obtulit, recenseri meretur illa Cl. Bobarti (*k*) Hort. Oxon. Præfecti, qui Lychnidis Sylvestris albæ simplicis C. B. semina aliquoties Horto Oxoniensi inferens, ut ibidem plantam propagaret, spe & successu frustratus, in causam reluctantis hic Naturæ inquirens, accuratiori examine vidit, solis organis fœmininis florem esse instructum; unde concludit accessum aliarum partium, quæ in aliis floribus præsentes sunt, & staminum vel masculinarum partium nomine veniunt, huc requiri; quod ipsum quoque Experientia confirmavit, cum semina sevisset Lychnidis in cujus vicinia alia Lychnis, organis masculinis prædita, fuit. Instar omnium Argumentorum esse potest modus, quo Fœcundatio Palmæ Dactyliferæ ad obtinendos Dactylorum fructus maturos, apud Persas instituitur, à Cl. KÆMPFERO (*l*) in his locis annotatus. Ita enim inquit; Plena res dignissimaque admirationis est modus Palmas fœmininas fœcundandi. Habet id tot popularium, Persidis, Arabiæ, Ægypti, nutrix inter plantas singulare, ut animalium exemplo, mari stato tempore miscenda, atque singuli ejus uteri, quasi conjugali coitu, imprægnandi sint; secus omnia sua, quæ in lucem prodiderat fructuum rudimenta, indeclinabili abortu, dimissura. Palmicolis itaque incumbit, ut imprægnandis arboribus quotannis impendant operam, siquidem in se redundare annonam cupiunt. Modus procedendi hic est: Spathæ masculæ incluso tumentes flore & ad Thalami consortium maturo, sub Finem Februarii ex arboris fastigio extrahuntur: quibus

(*k*) BLAIR. Botanik. Essays. Lond. 1720. p. 226 seqq.
(*l*) Amœnit. Exotic. Fasc. IV. rel. 6. p. 706. & seqq. Tab. 2.

bus in longum diſſectis eximuntur ſpadices, floſculis nondum oſcitantibus, ſed in unam maſſam compactis conſerti. Hos protinus in ſurculos ſive bacillos, ſpadicibus fœmininis inſerendos divellunt. Bacillos alii amant recentes, atque illicò inſinuare ſpadicibus, ſi qui jam lucem nacti ſunt; alii eos prius exſiccant, & in Martium uſque menſem cuſtodiunt, quo hiantibus uteris ad unum omnibus inſitionem uno actu & opera inſtituant. Quid quod orbum Curatore nemus fœcundari univerſum poſſit ab unica Phœnice floridâ, ſi duntaxat vario flatu ſeminale pollen juſte circumferatur: nam perinde eſt quomodo pertingat, ſeu vento appulſum ſeu manu immiſſum; ſive etiam ore afflatum; prout THEOPHRASTUS (*m*) idem affirmat. De fructu palmeo res extra dubium eſt, unde quibus maſculæ deficiunt arbores, iisdem aliunde flores petendi ſunt. Idem habemus ex recenti obſervatione Cel. D. D. Chr. Gottl. LUDWIG Bot. Lipſ. Societatis Literariæ ſub Auſpiciis Ser. ac Potentiſſ. FRID. AUGUSTI Reg. Polon. in Africam miſſæ Socius; ita enim ille in Eruditiſſ. Diſſ de Sexu plantarum. (*n*) Sumunt ramum floriferum ex arbore ſtaminibus conſpicua, & in rimam vaginæ fructiferæ implantant, ſicque ut illi lingua patriâ exprimunt, fœmina per marem impregnatur; pulvis enim vento agitatur, late ſe expandit, & arbores adſtantes quoque vi ſua fertiles reddit. Arbor fructifera cui adplicatus fuit flos ſtamina ferens, vaginam majorem habet, eandem expandit, rumpit: illa exareſcente flores interiores piſtilla extendunt, pulpa fit optima, dulcis, ſucculenta, nucleus craſſus, qui in noſtra terra ſolo commiſſus plantulas produxit. Arbor fructifera, cui nondum applicatus fuit flos ſtamina ferens, vaginam minorem habet, quæ ariditate magis quam piſtillorum vi rupta, expanditur. In fructu pulpæ loco adeſt cortex durior, ſiccus, adſtringens, Officulum vel nullum, vel tenue,

(*m*) Hiſt. Plant. L. II. c. 9.
(*n*) Lipſ. 1727. 4. p. 29.

tenue, germen non promittens. Arbor quæ ſtamina fert, floribus exſiccatis nil producit, & ſequenti anno prorumpunt novi flores iterum pulverulenti.

Theſ. VII.

Ex dictis ſequitur, eſſe *in Plantis diſtinctas partes, quæ ſemen ſive ovum reddunt fœcundum.* Pars ſemen fœcundans dicitur *Genitura* ſive *ſemen maſculinum*, aliis *pollen maſculinus*, cum plerumque pulveris ſpecie in plantarum floribus conſpicuus ſit; cujus verò in variis plantis tam ſingularis & diſtincta ſtructura organica, ut quæ pulviſculus nudo oculo apparet genitura, Microſcopio admirandæ fabricæ corpora organica exhibeat, quæ paſſim apud Auctores delineantur, præcipuè D. GREW, (*o*) BONANNUM, (*p*) & D. VERDRIES, (*q*) qui ultra 50. diverſa horum ſpecimina delineat. Partes quæ genituram recondunt, vocantur *Antheræ*, aliis *Apices*, *Capitula*, *Teſticuli;* ſuis valvis recondunt & emittunt ſemen. Eminentiæ, quæ Antheras ſuſtinent, dicuntur *filamenta*, olim *pediculi* vel *ſtamina;* hodie *ſtaminum* nomine venit tota pars maſculina, ſcilicet Antheræ cum filamentis. Pars plantæ ſtaminibus donata vocatur *Flos maſculinus.*

Theſ. VIII.

Dicta organa maſculina & fœminina aliquando in floribus diſtinctis occurrunt, plerumque autem in eodem flore conjunguntur. Flos in quo ſtamen & piſtillum ſimul occurrit, dicitur *Flos hermaphroditicus.*

Ex hac florum differentia variæ etiam conſtituuntur (*r*)

(*o*) Micrograph.
(*p*) Muſ. Kircher. Romæ 1710. fol.
(*q*) Act. Erudit. Lipſ. Ao. 1724. menſ. Sept. p. 409. ſeqq.

(*r*) plantarum Classes. Plantæ in quibus flores occurrunt Hermaphroditici, vocantur *Hermaphroditæ*, ut sunt pleræque stirpes; eæ in quibus soli flores masculini, *plantæ mares*, ut in Lupulo, Cannabe, Salice, Urtica, Spinacia, Junipero, Taxo, aliis; eæ in quibus soli flores fœminini habentur, sunt *Fœminæ*. Ut varietas Sexus naturalis in præcedentibus. Plantæ in quibus flores sunt masculini & fœminini, *Androgynæ* dicuntur, ut Buxus. Quæ verò masculinos & hermaphroditos, vel fœmininos & hermaphroditos flores habent, dicuntur *Hybridæ*, ut Morus, Empetrum, aliæ. Distinctiones inter marem & fœminam à veteribus constitutæ ut plurimum ex falso principio teneritudinis foliorum aut figurâ fructus desumtæ sunt. Ita enim ARISTOTELES de plantis: (*s*) Masculum genus asperius & magis rigidum; at fœmineum debilius & fœcundius. Clar. etiam Casp. BAUHINUS Mercurialem fructiferam sive fœminam ob fructum testiculatum, Mercurialem marem nominat.

Thes. IX.

Flores itaque sunt verum organum generationis plantæ. Fit autem generatio mediante genitura antherarum supra stigmata illabente. Plurima sunt, quæ præter ea, quæ in Thes. VI. proposuimus, hunc generationis actum confirmant. Nam diligens inspectio omnium plantarum hujusmodi organa exhibet: neque enim Fungi, vel Musci, vel Lichenes, aut simplicissimæ plantæ hoc apparatu destituuntur, ut ex oculatissimi MICHELII (*t*) observationibus numerosis id constat. In ipsis etiam plantis Filicinis incognitam hactenus ovarii & seminis masculini differentiam felicissime detexit accuratissimus & in abditis Naturæ penetralibus perscrutandis ingeniosissimus D. BENED.

(*r*) Linnæi Fund. Bot.
(*s*) Lib. I. c. 2.
(*t*) Nov. Plantar. Gen Florent. 1729. f.

NED. STEHELINUS Prof. P. Basil. vidit enim Microscopio genituram in annulo elastico contineri, qui ovario circumponitur. (*u*)

Deinde ipsa autopsia hunc generationis actum clarissime edocet. Primus qui florum connubia vidit Cel. D. SEB. VAILLANT in peculiari de structura Florum libello (*x*) tam eleganter describit, ut nemini de hac re dubium superesse possit, non obstantibus Cl. PONTEDERA (*y*) & SIEGESBECKIO (*z*), qui in hodierna luce Sexum plantarum & actum generationis non penitus agnoscunt. Ita autem Cl. Vaillant; (*a*) Quoties acciderit, ut in eadem stirpe flores gerantur simul, quorum hi fœminina tantum, illi autem masculina & fœminina conjuncta, organa cingunt, arrectio, tumorque organorum masculinorum in his tam subitò contingit, ut lobuli gemmæ flosculosæ cedant illorum impetui, atque hinc inde semet expandant mirabili mehercle velocitate, & extemplò quam violentissimè fœcundam explodant, omnemque uno impetu ejaculentur genituram, diffusâ nimirum pulverulentà nubeculâ spargente quaquaversum fœcundationem arvi genitalis. Vix venereus hic ludus absolutus est, quin illicò florum labia aut lobuli, ad se invicem accedant eodem quidem, quo à se mutuò recesserant, celeritatis impetu, veteremque ita formam statim renovent. Apparatum hunc artificiosum facile spectare datur in Parietaria. Sed accedas oportet horâ sacrâ Veneri! Aurora est, quæ favet his congressibus; ubi verò agere renuunt satis opportune, cogere vel sic poteris, aciculæ apice leniter modo stimules. In hermaphroditis, ubi duo sexus conjuncti haben-

(*u*) Hist. de l'Acad. Reg. des Sc. 1730. p. 87. Ed. Amst.
(*x*) Discours sur la Structure des Fleurs. à Leide 1718. p. 6. 4to.
(*y*) In Anthologia. Patav. 1720.
(*z*) In Epicrisi in Cl. Linnæi Systema Sexuale plant. subnexa Botanosoph. Petrop. 1737.
(*a*) loc. cit.

bentur, multum abeſt, ut tanto impetu explodatur: plerique enim flores, præcipue nutantes, in quibus piſtillum obliquum intra ſtamina poſitum habet, actum generationis floribus clauſis exercent, dum ſtigma adhuc intra medias antheras continetur.

Ex proportione quoque veroſimiliter judicamus, cum pro magnitudine & numero ſeminum ipſa quoque ſtamina majora ſint vel numeroſiora: Tulipæ, Irides, Lilia & aliæ plantæ, quæ magna habent ovaria & ſemina numeroſa, ſtamina quoque obtinent inſignis magnitudinis. Plantæ quæ in eodem flore plura continent ovaria ut Ranunculus, Anemone, Populago, ea etiam non minus copioſa habent ſtamina.

Ex loco ſtaminum & piſtilli non leve argumentum petere poſſumus; nam in pleriſque plantis floribus hermaphroditicis præditis ſtamina ambiunt ovarium, & ea ratione, ut maxima pars genituræ ad ſtigma accedat.

Ipſa etiam piſtilli fabrica & Antherarum materies idem confirmant. In pluribus enim ſtylus & ſtigma villoſum eſt, in cujus ſuperficie hirſuta facile genitura hæret. Imo etiam genitura ſive materies antherarum facile ob ſuperficiem ut plurimum aſperiuſculam & marginem veluti ciliatum promptè adhæret. Accedit ipſa ejus materies ceracea, (*b*) quam Apes ut ad folia abraſam ſcabris pedibus, in globos actam, ſub poſtica alvei parte repoſitam, in alvearia ducunt: ut ſavis formandis obſignandiſque ſerviat. Utrum verò ipſa hæc Antherarum materies rudimenta exhibeat quæ in ovulum ſeu ſemen ingreſſa, deinde in plantæ ſpeciem evolvantur (*c*) quemadmodum de Animalculis ſeminis maſculini in ovum ingreſſis multi cum LEUENHOECKIO ſtatuunt, certò definire non licet. An halitus

(*b*) BOERHAAVE Elem. Chem. Lugd. Bat. 1732. 4. Vol. 1. pag. 59.

(*c*) MORLAND of the parts and uſe of Flower in Plants. Philoſ. Tranſ. n. 287. Abr. by H. Jones Lond. 1731. Vol. IV. P. 2. p. 305. BRADLEY New Improvemens. Tom. I.

litus potius aut ſpiritus volatilis, qui pulvere hoc ſe expedit, ova ipſa fœcundat ſecundum Cl. VAILLANT? (*d*) Sanè autopſia repugnare videtur, cum in pleriſque plurimum in ipſum piſtillum ingredi conſpiciamus. An verò vis attrahens Sulphurea partis genituræ ſeu farinæ fœcundantis rudimenta plantæ in ſemine jam conſtituta in actionem deducit ſecundum diligentiſſimi (*e*) HALESII conjecturas?

Ex *tempore* quoque Vegetationis harum partium concludere datum eſt: *Namque* in Antheris, ſtamina farinam fœcundantem eo tempore continent, quo piſtillum viget, deinde excuſſo pulvere peracta fœcundatione perit ſtamen, ſuccus copioſior in piſtillum devolutus efficit ut in fructum mature ſcat.

Ex *abſentia farinæ fœcundantis* idem manifeſtum, ut jam ſuperius oſtenſum eſt, Theſ. VI. & multa alia exempla docent. Decerptis enim floſculis maſculinis fructus ova pariunt ſubventanea; Memorabile in hanc rem adducit exemplum Cl. LINNÆUS. (*f*) Hortulanus in Suecia unicum 1727. è ſemine ſato obtinuit peponem; crevit fertiliſſimo in ſolo; floruit quotidie; ille omni die ſtudiosè excerpſit flores maſculinos, quos ſpurios dicebat, eoſque evellebat, ne nutrititium ſuccum à veris fœmininis ad ſe traherent. Floruere & fœminini flores, defloruere, florem rejecere, fructum per octo dies retinuere, tum abortiere omnes. Prohibuit enim privatio florum maſculinorum fœcundationem, unde nullus ipſi fructus. Fit inde, ut *dum pluvia eluit pulverem ſtaminum*, germina piſtilli decidant, aut in fructus naſcantur abortivos, ut ſtillent vites, percoquantur, maraſmo exareſcant, locum concedant inſectorum nidis & eorum evolutioni, ut fruges uſtilagine pereant: & quæ ſunt alia vitia. Sedulo itaque Natura ubique ſollicita fuit

(*d*) l. c. p. 16.
(*e*) Vegetable Statick. Vol. I. Lond. 1731. 8. p. 357.
(*f*) Critic. Botan. L. B. 1737. §. 308.

fuit ut genitura illibata ad piſtillum perveniret. Videte & admiremini ſolertiam, quam Natura adhibet in plantarum aquaticarum, quæ farinam fœcundantem habent, floribus. Tempore floreſcentiæ flores ſpecifice leviores redditi, ultra aquæ ſuperficiem attolluntur, ut in aëre fœcundatio fiat, nec humiditate diluatur genitura; dum verò ſub aqua flores adhuc reconduntur ſubmerſi, ſollicitè per petalorum commiſſuras clauduntur, apicibus verſus ſtigma inclinatis, & verſus interiora tantum farinaceis, exteriori ſuperficie membranacea & lata, ut in Nymphæa & affinibus apparet. In plantis etiam ſexu diſtinctis, aut quarum flores fœminini à maſculinis removentur, tantam hujus pulveris copiam maſculinis indidit, ut elaſticitatis mechaniſmo, aut per ventum facile ad vicinos flores maſculinos omnes perferatur. Denique ex monſtroſis plantis neceſſitas ſeminis maſculini conſtat; quando enim nimia fœcunditate luxuriant flores, & ſtamina in petala degenerant, ſemina fiunt ſterilia, ut in floribus multiplicatis ſive plenis verſicoloribus, qui Anthophilorum Sirenes & deliciæ, videmus. Hi enim flores veri ſunt *Eunuchi*.

Plura hoc argumentum illuſtrantia inveniet Lector Benev. quando Cel. LINNÆI Med. D. Bot. & Mineralogi publici in Holmiâ, deſideratiſſima Philoſophia Botanica in lucem prodibit.

Theſ. X.

Hæc Sexus conſideratio maximi ſane eſt in Botanicis momenti; nam cum hæ partes ſint eſſentiales omnibus plantis, commode ſerviunt diſtributioni plantarum in Genera & Claſſes: quemadmodum primus ſumma accuratione, & ſucceſſus felicitate incomparabili, plantarum ſecundum Sexum diſtributionem inſtituit Vir ad reformandam Hiſtoriam naturalem prorſus natus, D. CAROLUS LINNÆUS Suecus, in Syſtemate Natu-

ræ (*g*), Generibus plantarum, (*h*) & Methodo Sexuali (*i*). Classes plantarum XXIV. quibus totam plantarum suppellectilem complectitur, in compendio exhibitæ sunt sequentes. Plantarum aliæ organa generationis nudis oculis visibilia, vel iisdem inconspicua habent: hæ *Cryptogamiæ* dicuntur, quod nuptias celebrent clandestinas, ut Musci, Filices, Fungi, aliæ. In illis verò flores sunt vel Hermaphroditi, vel sexu distincti. Plantæ floribus sexu distinctis præditæ, eos vel habent in eadem planta, quasi in eadem domo habitantes, dicuntur *Monœciæ*, ut in Animantibus Mytuli, Cochleæ, Insecta varia; vel flores habent in duabus plantis diversis, quarum una masculinos, altera fœmininos fert, ut in Quadrupedibus & Avibus inter animantia id observatur; Hæ sunt *Diœciæ*. Vel aliæ ejusdem speciei plantæ sunt mares, vel fœminæ, aliæ hermaphroditicæ: hæ sunt *Polyœciæ*, ut Insecta plura.

Plantæ quæ floribus hermaphroditis gaudent, habent stamina vel libera vel inter se connata. Connascuntur hæc vel in Apicibus, quæ *Syngenesiæ* plantæ; vel cum pistillo, quæ *Gynandriæ*; vel cum filamentis in unum, duo aut plura corpora, quasi totidem confraternitates, unde constituuntur plantæ *Mono-Dia-Poly-adelphiæ*.

Qui autem plantarum flores stamina separata habent, ea vel æqualia obtinent, vel duo inter quatuor, vel quatuor inter sex cæteris longiora & eminentiora, unde constituuntur plantæ *Di-& Tetradynamiæ*.

Reliquæ plantæ, quæ æqualia stamina habent, ex horum scil. masculinorum organorum numero distinctæ sunt, & dicuntur *Mo-Di-Tri-Tetra-Penta-Hex-Hept-Oct-Enne-Dec-Dodec-Ico-& Polyandriæ*. In Icosandriis notandum stamina receptaculo adhærere.

Con-

(*g*) Prodiit Lugd. Bat. 1735. fol. Hall. Magd. c. vers. German. 4to. 1740. Stockholmiæ 1740. 8.
(*h*) Lugd. Batav. 1737. 8.
(*i*) Ib. Lugd. Batav. 1737.

Conſtitutis hiſce Claſſibus, generum Characteres ex partium Fructificationis numero, ſitu, figurâ & proportione definiuntur.

Theſ. XI.

Genitalia hæc plantarum organa rariſſime tam nuda expoſuit Natura, (*k*) quin in plantis quam plurimis Tegumentis ſint inveſtita. Præbent ea partim involucri vicem, partim eos præparant humores, qui ad interiora delati aptam dant Genituræ & Seminis materiam. Sunt ea variorum ordinum; proxima ſive interiora, exteriora, ſimplicia, compoſita. Interius, ſi duo adſint, vocatur *Corolla*, exterius *Calyx*; ſi alia accedant, *Involucra* dicuntur. Si modo unicum adſit, corolla a calyce diſtinguitur, quod corolla facilè ſit decidua tenerior & plerumque colorata. Cl. PONTEDERA (*l*) notam addit, quod corollæ partes cum ſtaminibus ſitu alternent, calycis verò partibus opponantur.

Corolla conſtat *petalo* & *nectario*. *Petalum* eſt bractea vel Tunica Corollæ, ut plurimum tenera & colorata plana, vel in Tubum formata. *Nectarium* eſt fovea ſuccum melleum recondens, quem Apes hauſtum favis ſuis inſtillant. (*m*) Aliquando in petalis ut plurimum circa unguem hæret, aliquando in diſtinctis partibus acceſſoriis reconditur.

Theſ. XII.

Cum involucra cum genitalibus partibus, quas recondunt, florem conſtituant, manifeſtum eſt ex horum diſcrimine varias etiam eſſe FLORUM CLASSES. Sunt alii *ſimpli-*

(*k*) Ut in Agaricis, Fungis apud MICHEL. l. c. Tab. 61. C. D. F. G. 63. A. 65. CC. Tab. 68. K. L. Tab. 76. A. B. C. D. &c.
(*l*) Anthol. L. I.
(*m*) BOER. l. c.

pliciſſimi, qui nempe calyce & corolla carent, ut in Fungis; alii ſunt *Apetali*, qui carent corollâ, ut flores Betæ, Spinaciæ &c. Alii ſunt *Petalodes*, qui Corollâ inſtruuntur, ut Roſæ, Caryophylli, Lychnides &c. Alii *Nudi*, qui corollâ gaudent, calyce verò deſtituuntur, ut Tulipa. Flos autem calyce, corollâ, ſtamine, & piſtillo inſtructus, dicitur *completus*: deficiente horum aliquo, *incompletus*.

Theſ. XIII.

Ex *Petalorum* deinde *Numero*, *figura*, *ſitu & proportione* aliæ naſcuntur *Florum differentiæ*, quæ ob uſum, quem in conſtituendis generibus & claſſibus, atque in deſcribendis plantis habent, plane prætermitti non poſſunt. Ex petalorum numero prout uno, duobus, tribus, quatuor, quinque, ſex, pluribus, vel indeterminato eorum numero gaudent, diſtincti ſunt in Flores *Monopetalos*, *Di-Tri-Tetra-Penta-Hexa-Polypetalos*, numero Petalorum deſumto à baſi Corollæ; Laciniarum à medio Limbo. *Ex* FIGURÆ SIMILITUDINE dicuntur (*n*) *Campaniformes*, *Infundibuliformes*, *Labiati* ſive *Ringentes*, aut, dum nullam certam formam exprimunt, *Anomali*.

Ex SITU *Regulares* ſunt vel *Irregulares*; *Regulares* ſi petala vel ſegmenta eorum æqualia in circulum ex centro Floris ductum inſcribi poſſunt, in quibus ſunt Flores *Roſacei*, *Liliacei*, *Caryophyllæi*, *Cruciati*, & plerique inter *Polypetalos*, inter monopetalos ſunt Campaniformes & Infundibuliformes. *Irregulares* dicuntur, quorum petala vel ſegmenta inæqualia magnitudine vel ſitu, ut *Ringentes* & *Anomali*, atque *Papilionacei* figurâ Papilionis volantis, ſuperiore parte vexillum, mediâ utraque alas, infimâ carinam referente.

Theſ. XIV.

(*n*) TOURNEFORT Inſtit. Rei Herbar. Pariſ. 1719. 4to. p. 73. Tab. 9.

Thes. XIV.

Calycis differentias cum Cl. LINNÆO sex numeramus, quarum sequentes exhibemus definitiones, pleniorem omnium tractationem in Cl. Authoris Philosophia Botanica & auctis fundamentis Botanicis exspectantes. 1. est *Perianthium* si flore maturo marcescit vel decidat. 2. *Involucrum* si in pericarpium abeat vel seminum tegumentum. 3. *Spatha* si fuerit ala siccior membranacea, ut in Iride. 4. Species est *Gluma* sive squama, in cujus sinu flos hæret, ut in graminibus. 5. est *Amentum*, quando pili quibus flores infiguntur, calycis vicem præstant, ut in Typha. 6. Species est *Calyptra*, si operculum genitalia tegat, ut in Muscis.

Thes. XV.

Alia etiam sunt florum discrimina, prout aliquas Fructificationis partes communes habent, vel singulas singulares. *Flos Simplex* dicitur, cum pluribus nulla Fructificationis pars communis, vel si singuli flores, singulares suas habeant fructificationis partes, ut Rosa, cujus flores singuli quilibet suum calycem, sua petala habent. Flos *aggregatus* est secundum LINNÆUM, si plures flores aliquas Fructificationis partes communes habent, sive calycem, sive receptacula, velut dum uno calyce plures flores continentur. Aggregatus flos est vel *Umbellatus* vel *Compositus*. *Umbellatus* est, quando flos aggregatus plures continet flosculos receptaculo ramosè pedunculato fastigiatos, ut in Chærophyllo. *Flos Compositus* est, quando flos aggregatus plures continet flosculos sessiles, communi receptaculo & perianthio contentos; Linnæus (*o*) etiam huc refert flores quorum Antheræ in Cylindrum connascuntur, ut Viola in Syngenesiis, quæ ut & Balsamina ob distinctum calycem ad flores simplices à plerisque refertur.

(*o*) Fund. Bot. §. 117.

tur. Florum compoſitorum tres Claſſes Authores (*p*) numerant. Prima *Floſculoſorum*, ſi conſtant ſolis flosculis vel petalis tubulatis, ut Cyanus. Altera eſt florum *ſemifloſculoſorum*, ſi conſtant ex flosculis ſive petalis planis ſemifloſculoſis, ut Cichorium, Dens Leonis; aliis dicuntur flores planipetali, vel lingulati, aut Cichoracei. Tertia Claſſis eſt florum *radiatorum*, ſi diſcum floſculorum tubuloſorum flosculi ſemifloſculoſi vel plani, tanquam radii, ambiunt: ut in Bellide, Leucanthemo, aliis. Flosculi autem dicuntur flores, qui tanquam partes ad conſtituendum florem compoſitum concurrunt.

Theſ. XVI.

Nectuntur flores cum caule per *Pedunculum*, qui dicitur caulis continuatio fructificationem ſuſtinens, quæ eſt unica, gemina, plurima, numeroſa, radicalis, caulina, alaris, terminatrix, ſolitaria, ſparſa, conglobata, conglomerata, paniculata, corymboſa, faſciculata, verticillata, ſpicata. (*q*)

Theſ. XVII.

Ex partibus & differentiis Calycis, Floris & Fructus ſecundum ſimilitudinem diſpoſitis, variæ natæ ſunt *plantarum Methodi* vel diſtributiones plantarum ſecundum Claſſes, Ordines, Genera, Species, Variationes, quarum ope in ampliſſimo Botanices campo viator manu quaſi ducitur ad plantam ſibi oblatam agnoſcendam & denominandam, atque ex denominatione data ejus hiſtoriam & facultates ex Auctore cognoſcendas. „Primus omnium (ut verbis utar Cel. TOURNEFORTII (*r*) jure ſuo inter Botanicos Principis) qui veram aperuit viam ad plan-

(*p*) TOURNEFORT. l. c.
(*q*) Fund. Bot §. 85.
(*r*) Inſt. Rei Herb. p. 51.

plantarum cognitionem aſſequendam, generum adjumento, fuit CONRADUS GESNERUS, vir ille publicum bonum juvandi adeo ſtudioſus, totius Hiſtoriæ Naturalis parens ac veluti promptuarium. Singulari enim nec alias uſitata ratione icones ſtirpium depingi & ſculpi fecit, plantas in partes dividendo, & ſingula ſeorſim ſpectanda exhibendo ,, ; ut ex ejus figuris Matthioli Herbario à Camerario inſertis adhuc manifeſtum eſt. Mortuus autem eſt A. 1565. ætat. 49. cùm fundamenta Botanices jaceret, quæ pluribus deinde vitiis laboravit, quod ejus veſtigia non ſecuti fuerint, qui poſt ipſum vixerunt. Fundamenta enim hæc maximè ponebat in flore & fructu. Sed opera ejus Botanica, quæ moriens Wolfii curæ commiſerat, ad Camerarium delata, perierunt. Primus autem, qui poſt eum ſolida Botanices principia à fructificatione deſumta conſtituit, fuit Andreas CÆSALPINUS (*s*) Aretinus, Profeſſor quondam Patavinus. Poſt hunc variæ plantarum Methodi excogitatæ ſunt, quæ vel à fructu vel flore vel fructificatione tota plantarum diſtributionem exhibent. Methodos à *fructu* deſumtas tradunt Andr. CÆSALPINUS, Rob. MORISON, Scotus (*t*), Joh. RAJUS, Anglus (*u*), Chriſtoph. KNAUT (*x*) Medicus Halenſis, Paul. HERMANNUS Prof. (*y*) Lugd. Batav. & Herm. BOERHAAVE (*z*) in eadem Acad. Prof. A numero petalorum in flore plantas diſtribuerunt Aug. Quir. RIVINUS (*a*) Prof. Lipſ., Henr. Bernh. RUPPIUS (*b*) Jenenſ., Chriſt. Gottl. LUDWIG (*c*) Prof. Lipſ., Chriſtian. KNAUT (*d*)

(*s*) Libr. XVI. de Plantis. Florent. 1583. 4to.

(*t*) Hiſt. Plant. Oxon. 1680. 1699. fol.

(*u*) Meth. Plant. Lond. 1682. 1693. 8vo. Hiſt. Plant. III. Vol. fol. 1693. 1704.

(*x*) Enum. Plant. circa Halam. Lipſ. 1687. 8.

(*y*) Flor. Lugd. Batav. Flores. Lugd. Bat. 1690. 8.

(*z*) Index Plant. Horti. Lugd. Bat. 8vo. 1710. 4to. 1720.

(*a*) Introd. in Rem Herb. & Ordd. Plantar. Lipſ. 1690-1699. fol.

(*b*) Flor. Jenenſ. Franc. 1718. 1726. 8.

(*c*) Definit. Plant. Lipſ. 1737. 8.

(*d*) Med. Halenſ. A Corollæ figura plantas diſpoſuit Joſ. Pitton TOURNEFORT (*e*) Aquiſextiens. Prof. Reg. Pariſ. & qui ejus methodum emendavit Julius PONTEDERA (*f*) Piſanus Prof. Botan. Patavinus. Ex Corollæ Numero & Figura diſtributionem fecit Joh. Georg. Henr. KRAMER (*g*) Med. Dresdenſ. A Calice Methodum deſumſit Petr. MAGNOL (*h*) Prof. Monſpel., & Carol. LINNÆUS (*i*) Suecus, qui & ſecundum Stamina, & Fructificationem totam plantarum methodos concinnavit, & memorata Syſtemata omnia maximo cum fructu, nec minori publicâ utilitate in Claſſibus plantarum tradidit.

Theſ. XVIII.

Viſis partibus & involucris Florum, inquirendum nobis quoque erit in horum functiones & modos, quibus flores ſuas actiones exercent; intelligimus id partim ad nexum florum cum partibus Fructificationis per pedunculum, partim ad eorum ſtructuram, attendendo. Extremitas pedunculi ex ſe producit ſtamina, piſtillum, petala & calycem. Craſſeſcens ejus pars, cui vel floſculi vel fructificationis partes inhærent, vocatur *Receptaculum*, aliis *Thalamus* quaſi nuptialis, vel *placenta*.

Eſt autem his partibus enumeratis omnibus diverſa & multiplex in variis plantis pro vario earum fructu, ſtructura, ex vaſis aëreis, ſuccoſis & utriculis compoſita, & cauli per pedunculum continuata.

Ex quo ſequitur, humorem radice & ſuperficie plantarum

(*d*) Method. Plant. Lipſ. 1716. 8.

(*e*) Elemens de Botan. III. Vol. 8. à Pariſ. 1694. Inſtitut. Rei. Herb. c. Corollar. ib. 1700. 1719.

(*f*) Compend. Tabul. Bot. Patav. 1718. 4. Diſſert. Botan. ibid. 1720.

(*g*) Tentam. Botan. Dresdæ 1728. 8.

(*h*) Charact. Plant. novus. Monſp. 1720. 4.

(*i*) Claſſes ſive Syſtemata Plantarum Lugd. Bat. 1738. 8. p. 404. p. 439. 486.

tarum universâ receptum, in radice, caule, foliis elaboratum, ad pedunculum delatum, ibidem novo apparatu singularis fabricæ in integumentis, calyce & petalis præparari, magis etiam in ipso stylo & staminibus, motu, mixtione, quiete, accessu & secessu aliarum atque aliarum partium elaborari, donec in staminibus aptus reddatur ad genituram sive semen masculinum evolvendum, in pistillo verò ad nutriendos & evolvendos minutissimos seminum embryones, succo Nectarii melleo singularem hic usum præstante. Nec enim omnes aut immutatos humores ex caulibus & ramis ad fructus pervenire egregiè docet *Experimentum Halesianum.* (*k*) Cum enim ad resciſſos Mali pomiferæ ramos vasculum firmasset Spiritu vini Camphorato refertum, eum quidem intra substantiam ramorum absorberi observavit, nec tamen mutato in fructibus odore aut sapore, quamvis folia & caules Camphoræ fragrantiam exhibuerint. Simile experimentum pari successu cum aqua florum Aurantiorum & decocto Ligni Sassafras instituit.

Thes. XIX.

Vidimus quæ in Flore vegeto contingant, sed alius est *status Floris in Fructum abeuntis*; tum enim stamina & plerumque petala suis usibus functa, partibus obrigescentibus, exsuccis, nec humores ulterius admittentibus, pereunt, clauduntur viæ, quæ humorum magnam partem per pedunculum ad hæc loca vehebant, dum interea persistente plantæ vigore tantò major ejus copia deducitur ad fructum, constantem *semine* & ejus involucro, *pericarpio*, increscit pericarpium, evolvitur cum contentis seminibus fœcundatis, augetur donec seminibus ad statum maturitatis perductis ea à planta separata, speciei plantæ producendæ apta sint; tum verò fit fructus vel seminis velut

(*k*) Veget. Stat. p. 43.

ut per naturalem *partum* ſeparatio, dum vel pondere decidunt, vel marcidis & exſuccis pedunculis contracta vaſa & receptacula ſemina excutiunt, nec ulterius in ſinu fovent, vel aucta receptaculi convexitate foraminibus deletis ſemina excidunt, vel pericarpii valvis dehiscentibus & vi elaſtica apertis impetu propelluntur & exploduntur, ut in Balſamina. (*l*) Quæ quidem omnia diverſimodè obtinent pro natura Ovarii ſive *Pericarpii*, cujus octo diverſas *Species* habemus. Prima eſt *Capſula* ſive pericarpium membranaceum ſubrotundum, ut in Auricula Urſi. 2. eſt *Siliqua*, pericarpium membranaceum longum, valvis compoſitum, ut in Braſſica. 3. *Legumen*, pericarpium oblongum, carnoſum, ut in Piſo 4. *Nux*, pericarpium oſſeocartilagineum, nucleo intus, extus cortice carnoſo præditum, ut in Iuglande. 5. *Drupa*, pericarpium cortice carnoſo nucleum lapideo tegumento præditum involvente, ut in Ceraſo. 6. *Pomum* eſt pericarpium (calyce perſiſtente coronatum, hinc fructus umbilicatus dicitur) carnoſum ſemina intus in membranaceis thecis recondens. 7. *Bacca* eſt pericarpium, cujus ſemina in molli pulpa hærent; ea vel infiguntur pulpæ, ut in Fragaria, vel teguntur pulpæ ſubſtantia, ut in baccis Uvarum. 8. *Strobilus* eſt fructus ex ſquamis imbricatim compoſitis formatus, in quarum ſinu ſive angulo ſemina hærent.

Semina pericarpio deſtituta vocantur *ſemina nuda*: ex quorum deinde numero variæ plantarum Claſſes conſtitutæ ſunt. *Gymnomonoſpermæ*, ſemine undo unico; *Gymnodiſpermæ*, ſemine nudo gemello; *Gymnotetraſpermæ*, ſemine nudo quaterno; *Gymnopolyſpermæ*, ſeminis nudis pluribus. Hæ plantæ ſemina ſua diſtinctis licet tegumentis prædita, non tamen in peculiaribus ſervant conceptaculis.

Semina verò, quæ in conceptaculis hærent, ſunt vel unum, vel duo, vel plura, unde *Capſula* dicitur *Mono-Di-Poly-Sperma*. Adhærent autem uni vel pluribus locis diſtinctis

(*l*) TOURNEFORT Mem. de l'Acad. Roy. 1692. 1693.

ſtinctis, quæ *Receptacula* vel *placentæ* dicuntur, & ſecundum receptaculorum numerum capſula ut plurimum in valvas dehiſcit. Quandoque in cavitate unica vel duplici hærent ſemina, quandoque in multiplici, diſtinctis membranis pericarpium in loculamenta dividentibus, unde plantæ *uni-bi-multi-loculares* vel *mono-di-poly-angiæ*. Si verò flos pluribus ovariis ſive capſulis ſit inſtructus, tum naſcitur fructus *multi capſularis*.

Semina autem infiguntur in pericarpium vel receptaculum in foveas diſtinctas, vel in pulpam, aut inter pilos, aut ſquamas ea diſtinguentes.

Theſ. XX.

Semen conſiderandum nobis reſtat, ea pars plantæ per quam ſponte propagatur. Acceſſoria ſeminis pars dicitur *appendix* vel *corona*; Cicatricula, qua pericarpio vel receptaculo affixa fuit, *Seminis Baſis*. Coronâ quadam ſemina donantur partim ad diſtinctum inter ſe in pericarpio & receptaculo ordinem conſervandum, partim ad commodam ſoli natalis determinationem: quemadmodum ſemina Taraxaci ope coronæ pappoſæ per ventos quaquaverſum ſeſe diſtribuere videmus: rariores quoque plantæ primum in hortis cultæ earum ſeminibus ſic diſperſis pervulgatæ adeo fiunt, ut hinc inde ſponte provenientes indigenæ habeantur.

Seminis ipſius partes ſunt tres; Prima *Cutis ſ. involucrum* membranaceum ſimplex, vel compoſitum, ſeminis ſubſtantiam coercens. Altera eſt *Placenta* ſive *medulla* vel *Cotyledon*, aut *valva* una vel duplex, ſubſtantia farinacea ex utriculis, vaſis ſuccoſis & aëreis in glomeres parvos coactis conſtans: hæc ſubſtantia multum ab humido intumeſcens continuatur tertiæ ſeminis parti ſive *Embryoni*, quem alii *Cor*, alii *ſtilum*, vel *ſeminis gemmam*, aut *punctum vegetans* nominant; Nectitur autem intercedente funiculo peculiari, quem à ſimilitudine cum funiculo umbilicali Fœtus in Animantibus, *funiculum umbilicalem* vocant.

vocant. Embryo autem, qui vel intra placentam vel extra eandem hæret, eſt rudimentum convolutæ plantæ cum radice, foliis, & fructu, quemadmodum abundè per Microſcopia conſpicimus, & in ſequente Theſi plenius docebitur.

Theſ. XXI.

Videndum porro quænam Semini in ſolum natale depoſito vi expoſitæ fabricæ mutationes accidant. Illud nempe apto nutritionis loco commiſſum abſorbendo imbibit cortice ſuo aërem cum materia humida, ducit eam ad placentas, in quibus varie mutata, & cotyledonum ſucco permixta, aptum dat nutrimentum, quod per funiculum umbilicalem ad Embryonem defertur; ſimul autem inſorptus humor augendo ſeminis molem partes evolvit & nutrit; inde propelluntur porro ſeminis partes, in his primò *Radix* in Terram, *Embryo* ſurſum egreditur, & vario modo, vel è baſi ſeminis, vel juxta eandem, vel ad latus, aut ex apice; producuntur etiam in placenta convoluta *folia ſeminalia.* Sic cum Embryonis incremento eadem proportione augetur radix, & folia ſeminalia ſive organa humores accipientia & præparantia in eum ſtatum, qui Embryonis incremento & evolutioni convenit, pereuntibus deinde foliis ſeminalibus adoleſcente plantâ, cui ab initio ad præparandos humores data erant.

Diverſitatem aliquam in his foliis ſeminalibus fere ubique obſervat Natura, ut cum ſeminum alia unicam habeant placentam, alia duas, pro earum etiam numero varia promant foliola ſeminalia, unde á Cl. JOH. RAJO (*m*) Naturæ legum ſedulo obſervatore duplex plantarum Claſſis conſtituta eſt, Monocotyledonum & Dicotyledonum. *Monocotyledones* folium ſeminale promunt ſimplex convolutum lanceolatum gramineum vel liliaceum, foliis ſubſequentibus naſcentis plantæ ſimile. *Dicotyledones* folia ſemi-

(*m*) loc. cit.

ſeminalia duo habent, eaque á naſcituræ plantæ foliis diverſa, ut plurimum varia.

Ea quæ de ingreſſu & reſorptione humorum per cortices ſeminis & evolutione diximus, uberius etiam obſervatio confirmat. Namque vel ſola maceratio Fabarum, Piſorum & majorum ſeminum docet, quanta humorum copia reſorbeatur, & quanta vi interiora à reſorptis humoribus diſtendantur, ita etiam, ut Fabæ humore reſorpto turgentes ſecundum Experimentum HALESIANUM (*n*) pondus 184. librarum attollere poſſint, vel etiam majori pondere 400. 800. vel 1600. librarum preſſæ, ita tamen ſe expandant, ut ſpatia inter convexitates earum relicta impleant, & in figuram dodecäedram mutentur.

Præparationem ſucci per folia ſeminalia evincunt plurima exempla recentium plantularum, quæ detractis vel per Inſecta eroſis foliis ſeminalibus pereunt. (*o*)

Evolutionem Embryonis in Plantam Microſcopio diſtincte conſpicimus, præeunte Cl. MALPIGHIO, GREWIO, LEUENHOECKIO. Diligentiſſimus obſervator LEUENHOECKIUS, qui plurimas in hoc genere obſervationes nobis reliquit, cum aliquot grana Tritici in vaſculum arenâ ſicca plenum immiſiſſet, fotis iis cum aqua, in calore corporis humani, progerminare vidit folia parva juxta ſe mutuò jacentia & inter eas ſpicam, cujus deinde tanta intra breve tempus incrementa fuerunt, ut etiam grana eam formantia diſtinxerit (*p*). In exili ſemine Salicis (*q*) non tantum originem plantæ & eam partem unde radix oritur, conſpexit, ſed quoque intra 36. horas tale incrementum in ſemine oriri vidit, ut diſtinctiſſimæ apparuerint radices. Alia exempla (*r*) habet

(*n*) Veget. Statick. p 101. 103. 220.

(*o*) MALPIGHIUS de ſem. propagat. pag. 76.

(*p*) Arcan. Nat. p. 158. cum Icon. conf. DODART Mem. de l'Acad. Reg. des Sc. 1700. p. 187. 188.

(*q* Arcan. N. Tom. II. p. 58. & ſeqq.

(*r*) Contin. Epiſtol. p. 20. & 506. ſeqq.

habet in ſemine Fagopyri, Acetoſæ, Chærophylli, Raphani, Napi, Braſſicæ, Sinapis, Cannabis, Cochleariæ, Naſturtii, in Caſtanea, Juglande, nuce Coccifera, arbore lanigera Bontii, Nuce Myriſtica, in ſemine Nicotianæ. Sæpe etiam ex eodem ſemine non unus modo, ſed etiam plures embryones emergunt, ſinguli ad exortum foliorum ex eorum ſinu: in ſemine Tritici in ore macerato deſtructâ cuticulâ per microſcopium 3. ad 7. diſtincta initia plantarum cum ſuis radicibus grano Tritici ſexagies minora conſpexit idem LEUENHOECKIUS (*s*). In ſemine Secalis 4. in Hordei grano 5. in avena 3. Inde non mirum ex unico Hordei grano 16. ad 30. uſque diſtinctos culmos ſpicis refertos prodiiſſe. Hæ & tales obſervationes Cel. WOLFIO (*t*) occaſionem ſuppeditarunt de multiplicando frumento cogitandi, varias etiam rationes, quibus id efficimus, ſolidiſſime in peculiari ſuper hoc argumento, ſcripto exponit.

Ex hactenus expoſitis clarum eſt, qua ratione plantæ ex ſemine naſcantur, multiplicentur & propagentur. Contingit id in plantis vel permanente veteri ſtirpe; vel eadem pereunte quotannis, peracto perfectiſſimo Generationis actu. Unde plantæ aliæ annuæ, aliæ perennes dicuntur. *Perennes* ſunt, quæ per Hiemem perſiſtunt, ut *Arbores*, & *Frutices*, quæ ſimul ſunt gemmiparæ, deinde *Suffrutices*, quarum caulis per hiemem perſiſtit, item *Herbæ perennes*, quæ radice per hiemen perennante, quotannis ex ea novum caulem è Terra producunt. *Annuæ* ſunt *plantæ*, quæ ſingulis annis è ſato ſemine educandæ ſunt, caule & radice per hiemem pereunte. *Mors* hæc *Naturalis* plantarum accidit, ſi, vaſis ob impetum humorum obrigeſcentibus, ut nec expandi nec comprimi amplius poſſint, ſiſtitur humorum motus & vita; vel

(*s*) Ep. Phyſiol. p. 221.
(*t*) Entdeckung der Urſach von der wunderbahren Vermehrung des Getraydes. Halle. 1725. 4.

vel producitur ea teneritudine partium, qua calore rarefaciente aut frigore condensante tempestatum, rupta vel exsuccata aut contracta vasa exercendis suis actionibus imparia redduntur.

Thes. XXIII.

Qui hactenus traditis probe instructus ad ipsas plantas examinandas accedit, attendens in partibus Fructificationis ad Pistillum, Stamina, Calicem, Petala, Fructum, Semina: in partibus Vegetationis ad Radicem, Truncum, Folia, huic facile erit in Scriptore Botanico Systematico plantas secundum similitudinem partium in Classes, genera, species, varietates naturales & artificiales distributas exhibente, *datæ plantæ nomen detegere*, & ibidem vel apud citatos ibi Auctores legere, quæ de planta hâc scire convenit, sive spectent ejus nomen & notas characteristicas, sive loca, tempora, propagationem, sive usus Oeconomicos, Diæteticos, Physicos, Chemicos, Medicos, aut Literaria quædam de planta, aut historicas relationes, aut fictiones poeticas. Plura verò super hoc argumento reservamus Historiæ nostræ plantarum, quam Iconibus Stirpium Cel. LEONH. FUCHSII majoris formæ, non ita pridem ab interitu vindicatis, illustratam paramus.

Thes. XXIV.

Pauca etiam de usu Cognitionis Plantarum superaddenda restant. Qui expositis præsidiis instructus diligentem se præstat in contemplandis operibus DEI in Regno Plantarum, is non minus hic, quam in tota naturæ universitate evidentissimis argumentis de DEI existentia & ejusdem perfectissimi Entis attributis, Intellectu, Sapientia, Potentia, Bonitate, Justitia convincetur. Cùm enim tot plantæ existant, & inter eas quævis ortum suum habeat ex semine, quod suam speciem pro-

propagat, recurrendum tandem erit ad tot plantarum ſpecies ab initio productas, quot ſunt diverſæ Plantarum formæ, quibus omnibus vis ſeminalis ſemina & plantas evolvendi indita fuit, ſic ratione ad primum Creatorem ducimur, in quo ratio ſufficiens datur exiſtentiæ primarum ſpecierum, qualem etiam Sacræ Literæ (*u*) nobis indicant. Dum porro accedimus ad plantarum Fabricam contemplandam, quis non mirabitur tot diverſarum Vegetationis & Fructificationis, tot modis in diverſis plantis variatarum conſpirationem ad præparandum liquorem ſingulæ plantæ & ejus parti ſingulæ proprium, & genituræ & ſemini plantarum convenientem? Quis non ſtupet ad aſpectum ultra 30000. formâ diſtinctarum, quæ tamen omnes in communi plantarum charactere & ſimilitudine notarum claſſis & generis conveniunt? Dum porro attendimus ad nexum plantarum cum aliis rebus quoad loca & tempora, non minora ſapientiſſimi & optimi Entis veſtigia cernimus. Videmus enim DEUM cuique loco, cuique Terræ, proprias ſuas plantas produxiſſe, eas præcipuè, quæ ad Incolarum vitam & ſanitatem conſervandam plurimùm conferebant, quamvis ad mutuæ neceſſitudinis vinculum inter Homines firmius continendum etiam ex diſſitis locis Alimenta & Medicamenta afferantur. Quoad Tempora Plantarum, quoque notum eſt, quamlibet feré Anni Tempeſtatem eas producere plantas, quæ morbis à Tempeſtate mutatâ oriundis quam proximè conveniunt. Ver herbas producit præcipuè antiſcorbuticas. Æſtas fructus fert potiſſimum antiphlogiſticos ſive morbis acutis inflammatoriis oppoſitos. Autumnus aromaticas, quæ autumnale & hiemale frigus de corpore pellunt. tum etiam eas, quæ ætatem commodè ferentes in uſum adverſus Hiemis egeſtatem ſervantur: quæ omnia non minus Sapientiæ quam Bonitatis optimi Conditoris indicia. Præterea maximos etiam Plantæ uſus habent in vitæ neceſſitatibus &

(*u*) GENES. I. v. 11. 12. 29.

& oblectamentis: eæ ſunt, quæ alimenti & potulenti præcipuam partem animantibus ſuppeditant, quæ præſidia dant valetudinis, quæ ædificiorum commoditatem præſtant, quæ infenſi frigoris incommoda pelſunt; ex iis Veſtimenta, Chartas, Materiam Pigmentorum & Colorum, alia, paramus. Calor foci culinaris maximam partem iis debetur, inde Naves, Rhedas, Vehicula, Machinas conſtruimus. Viſus ſua quoque ex plantis oblectamenta capit varia plantarum figurâ, colore, foliorum viriditate; odoratum & guſtum delectant tot ſuaves odores, aromata, alimenta ex radice, foliis, caule, fructu, floribus petita, potulenta ex ſuccis ſtillatitiis vel expreſſis. Auditum oblectat tremulus crepitantis folioſæ frondis ſonus, & Inſtrumenta varia Muſica quæ parantur ex ligno. Domicilia præbent plantæ tot animantibus, ut & habitationem & victum in eadem planta plurima inveniant Inſecta, quorum unum radice, alterum caule, tertium foliis, aliud flore, fructu, calice, petalis, cortice, medulla, ligno victitat. De quibus imprimis legi merentur Cl. RAJUS, DERHAM, NIEUENTIIT, ROHR, de REAUMUR, aliique in hoc genere præclarè meriti. Plantas quandoque DEUS O. M. pœnarum loco adhibet, eas tanquam cauſas naturales malorum operum pœnas conſtituendo. Huc ſpectant noxæ variæ plantarum venenatarum, quamvis tamen & hæ plantæ pluribus uſibus ſint conſpicuæ, dum morbis externis vel internis moderata doſi & præparatione prægreſſâ, adhibitæ medentur, aut Infectorum nutrimento conveniunt. Plurima verò circa verum uſum plantarum nos adhuc latent, donec Obſervatorum curâ & Experimentorum varietate in DEI T. O. M. Gloriam & utilitatem generis humani in lucem producantur.

CAROLI LINNAEI

PROF. MED. ET BOTANIC. IN ACAD. REG. UPSAL. ACAD. IMPERIALIS N. C. REGG. MONSPEL. ET SCIENT. SUECIAE SOCII

ORATIO

DE

TELLURIS HABITABILIS INCREMENTO.

ET

ANDREAE CELSII

ASTRON. PROF. REG.

ORATIO

DE

MUTATIONIBUS GENERALIORIBUS

QUAE IN SUPERFICIE CORPORUM COELESTIUM CONTINGUNT.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM HAAK, MDCCXLIV.

CAROLI LINNAEI

ORATIO

DE

TELLURIS HABITABILIS INCREMENTO

HABITA CUM

MEDICINAE LICENTIATUM

JOHANNEM WESTMANNUM

MEDICINAE DOCTOREM

IN ACADEMIA REGIA UPSALIENSI

ANNO MDCCXLII ARRIPIENTE

MORA MAJORUM

RENUNCIARET.

Fundum Bonum §. 132.
Initio Rerum, ex omni Specie viventium
Unicum Sexus par creatum fuisse
Judex ratio.

CAROLI LINNAEI

ORATIO

DE

TELLURIS HABITABILIS INCREMENTO

HABITA CUM

MEDICINAE LICENTIATUM

JOHANNEM WESTMANNUM

MEDICINAE DOCTOREM

IN ACADEMIA REGIA UPSALIENSI

ANNO MDCCXLIII APRILIS 12

MORE MAJORUM

RENUNCIARET.

Fundam. Botanic. §. 132.
Initio rerum, ex omni Specie viventium,
Unicum Sexus par creatum fuiſſe,
ſuadet ratio.

CAROLI LINNAEI
EQUITIS AUREI
IOHANNEM FREDERICUM GRONOVIUM
EPISTOLA
DE ARCANIS GRONOVII

Ebes hic, Amice colende, quam plures literis exposituri, rationem, non Rhetorum, sed Philo-Botanicos; hoc his ut vereor, laris dignam.

Nil in hoc reperies nisi unicum paradoxum, e Fundamentis Botanicis explicatum, quodcumque totum e Philosophia Botanica mutuatum.

CAROLI LINNAEI
AD
JOHANNEM FREDERICUM GRONOVIUM
EPISTOLA.

ILLUSTRIS GRONOVI.

Habes hic; Amice colende, quam pluries literis expoſtulaſti Oratiunculam; non Rhetoribus ſcriptam, ſed Philo-Botanicis; nec his ut vereor, ſatis dignam.

Nil in hoc reperies niſi unicum paragraphum e Fundamentis Botanicis explicatum, eundemque totum e *Philoſophia* mea *Botanica* mutuatum.

Si ederem hanc dictam *Philosophiam Botanicam*, reperires in ea ubique similia paradoxa & Eridis poma. Tu tamen eandem in omni epistola effiagitas a me. Itaque

Parce precor mollem verbis convellere partum.

Vereor enim, quod si hunc Libellum, uti deberem, omnino immutatum, ederem, totum orbem Botanicum in me incitarem. Ego potius tranquille vivere desidero, quam ab adversariis Victorias & Tropaea reportare. Quum mea aliis expono, ipse inde non sapientior redeo; memor sum obsoleti proverbii, *tacitus pasci si posset corvus, haberet plus dapis, minus rixae.*

In fine Orationis Catalogum varium Exempli loco adjeci; ibique reperies Arbores varie distributas, quas proponere & describere angustum & circumscriptum tempus, brevisque hora non permisit.

His Vale. Dabam Upsaliae 1743. die 7 Octobris.

CAROLUS LINNAEUS.

PATRONIS,

HOSPITIBUS,

PATRIBUS CIVIBUSQUE

ACADEMICIS ET URBICIS,

S. P. D.

CAROLUS

LINNAEUS,

MEDICINAE ET BOTANICES PROFESSOR

REG. ET ORD.

Nec non

in Solenni hac Inauguratione Medica

constitutus

PROMOTOR.

Historia Naturalis indies novo nexo tanta luce Mathematum collustrat, quantam antrum, ne quidem per lumen, magnum videri sinit. Cogitemus modo nova illa, quæ aliquot abhinc annis, Naturæ Mysteria detexere, & tenue apparebit nullo modo ille hunc numerum illis inventis, quibus mutat Mathesis, incrementa capit progressu. Hanc dicit sopori, & vetustioribus plane incognita per indagatum tamen Experientiam vera quantitatis plerarque eorum, per hucusque detecta principia physica, vix ac ne vix quidem poterit demonstrari. Ipsum dicerem, & veritatem ex necessitatis, loco exempli, in medium proferam.

Magna, nec ingenuis investigata
rum,
Quæque diu latuere, eorum

Iſtoria Naturalis *indies noſtro aevo tanta luce Medicinam colluſtrat, quantam antiqui, ne quidem per ſomnium, unquam viderunt. Cogitemus modo nova illa, quae aliquot abhinc annis, Naturae Myſtae detexere, & facile apparebit nullo modo eſſe haec minora illis inventis, quibus antea nixa Medicina, incrementa cepit egregia. Inaudita loquor, & veteribus plane incognita, per indubiam tamen Experientiam vera, quamvis pleraque eorum, per hactenus detecta principia phyſica, vix ac ne vix quidem poſſint demonſtrari. Unum alterumve inventum ex recentiſſimis, loco exempli, in medium proferam.*

Magna, nec ingeniis inveſtigata priorum,
Quaeque diu latuere, canam.

POLYPUS vermis est ex eorum ordine qui ad Zoophyta veniunt referendi. Miram hujus naturam D. Tremblay, *Hagae Comitum, primus observavit: mox* Reaumurius *in illum accuratius inquisivit. Res stupenda! Si transversim in binas partes sectum fuerit hoc animalculum, utrumque segmentum in perfectum animal accrescit; ita ut illa pars corporis cui caput junctum, caudâ & reliquis amissis partibus instruatur; in altero vero segmento cui cauda adhaeret, caput & partes anticae omnes amputatae recrescant novae, atque ita, ex uno, in partes diviso, bina aeque perfecta fiant animalia. Si placuerit Polypi hujus anticam partem secundum longitudinem in plura secare, ita tamen ut intacta relinquatur cauda, in qua singulae partes cohaereant, mox interjecto aliquo temporis momento, totidem diversis capitibus instructum videre licebit hoc animalculum, & apparebit totidem atris immanis hiatibus Hydra; hoc nuper Genevenses observarunt. Immo si eundem Vermem in XXX vel XL partes transversim dissecueris, oriuntur ex qualibet parte nova animalia, quae perdita omnia recuperant & eadem partium perfectione gaudent, quam habebat nuper Vermis ille adhuc integer; &, quod maxime mirum est, intra*

XXIV

XXIV horas peragitur omnis illa partium restitutio ac regeneratio. Multa hic sunt admirationem omnem superantia: Apparet enim hinc augmenta & accretiones animalium fieri posse absque cerebro & spiritu animali; Non jacere in Ovo omnia futuri foetus rudimenta; praeter plurima alia hinc fluentia Corollaria, quae Physiologis discutienda relinquimus. Rustici nostri in Smolandia & alibi uno ore loquuntur de Verme Gordio, *quod si hic secetur in partes infinitas, singulae particulae tamen motu gaudeant & aquis commissae vivant, crescant, capite, trunco & cauda instruantur. Omnes Medici physici, principiis assumtis occaecati ad fabulas Cadmeas & Hydrae Lernaeae relegarunt hanc narrationem, eamque adeo insulsam, naturaeque repugnantem judicarunt, ut ne unico quidem experimento in veritatem ejus inquisiverint; at Recentiorum inventa comprobarunt plurima hoc tempore vera deprehendi, quae olim pro falsis habita fuerunt. Quotidiana experientia docuit Medicos, ejecta licet* Taenia *ex corpore aegroti per anthelmintica & purgantia, redintegrari tamen morbum, nisi caput & integrum Vermis corpus simul fuerit ejectum; sed quis unquam crediderit posse animal, quod decem aut viginti partes corporis*

ſui amiſerit, in integrum reſtitui & ad priſtinam corporis formam ac perfectionem renovari. Cancros *recuperare amiſſas chelas ante plures annos didicimus.* Dentes *juvenum renaſci quotidie videmus.* Cervorum *cornua quotannis decidere, quotannis recreſcere, nemo ignorat. Nihilominus creditum eſt omnia futuri foetus rudimenta latere in ovo; Ovique hujus rudimenta a Vermiculo ſeminali, Lewenhoekiano dicto, prognaſci. Verbo dicam: Vermiculi dicti, in genitura a Lewenhoekio detecti, & pro animalculis, motu proprio gaudentibus ſalutati, mera commenta ſunt. Corpuſcula enim haec motu deſtituuntur proprio, carentque attributis vitae propriis.*

VIPERA CAUDISONA Anguis eſt Americae, cujus caudae crepitaculum ex membranis cartilaginoſis articulatisque connectitur. Sacerdotes noſtri e Penſylvania reduces, ad unum omnes, referunt hanc Viperam, viſo in arbore Sciuro, ad ejus radices procumbere, Sciurum oculis radiantibus & rictu hiante, ut ſolet Felis murem, contemplari; hunc vero conſternatum arborem circumcurſare, effugia quaerere, tandem vero, velut faſcinatum, in os anguis inſilire. Commenti loco habuere hanc narrationem, eamque genuinae Phyſicae repugnare crediderunt artium

Docto-

Doctores. Sed Angli cepere has Viperas vivas, caveis eas incluserunt, & levissimo pretio cuique ostenderunt, quod Glires caveae eidem immissi, undiquaque effugia cursu quaesiverint, mox vero Viperae acri obtutu & ore patulo quasi fascinati demum in gulam ejus se praecipites dederint. Adeo ut de veritate rei, multis testibus comprobatae, nullum remaneat dubium. Reperimus saepe in nostratium Anguium, *praesertim gravidarum, ventriculis integros Mures ab Anguibus deglutitos, quamvis mures sint illis longe perniciores. Credidimus hoc casu potius, quam aliqua naturae industria factum: sed analogia, & Italorum experientia jam jubet, ut de hac veritate minime dubitemus.* Ranae, *Bufones dictae, sunt animalia maxime tardigrada, nec, ut ceterae Ranae, salientia, sed lente procedentia; Distentus est earum venter multo cibo, insectis vero vescuntur; forte hiatu oris, ut Vipera caudisona, id efficiunt, ut praetervolantia insecta eorum stomachum implere cogantur.*

SENNAGAR (Rattle-snake-root) radix est, quae lethali Viperae caudisonae morsui indubie medetur. Hanc habuere Americani sylvestres ab antiquissimis temporibus sibi cognitam, sed nunquam eam aliis gentibus indicarunt,

runt, quamvis pulverem inde confectum Svecis Pensylvaniam inhabitantibus vendiderint. Omnes Botanici Americes, de indagando hoc specifico fuere solliciti. Nonnullis credebatur Aristolochia *Serpentaria virginiana dicta; Aliis* Dorstenia *Drakena & Contrajerva nominata; Aliqui* Actaeae, *alii* Resedae, *non pauci* Prenanthes *speciem hanc esse opinati sunt. Donec D.* Tennentius *ab ipsis Pensylvaniae paganis expiscaretur & extra dubium poneret eximias adeo vires competere POLYGALAE* caule simplici erecto, foliis ovato-lanceolatis alternis integerrimis, racemo terminatrici erecto. Gronov. Flor. Virgin. p. 80. *Idem Tennentius experimenta instituit cum illustri hoc specifico in variis aliis morbis, & deprehendit contra* Pleuritidem *aeque valere. Hinc in omnibus pharmacopoliis servari deberet aeque necessario ac Opium, Hydrargyrum aut Cinchonae cortex. In transitu observare licet, frustra* Oleum Olivarum *ab Anglis venditari ut specificum contra nostrorum serpentum morsus; aliquoties enim id exhibui, at exitus semper exspectationem elusit.*

CORIARIA frutex est Montis pessulani vulgo notus; crescens etiam in exterorum hortis. Illustris Medicus Sauvages *detexit ea,*

quae

quae circa hujus naturam fuere ipsi comperta. Quod nimirum Caprae folia & ramos ejus comedentes fiant Epilepticae; quodque Baccae ab hominibus consumtae similiter epilepsiam pariant; sitque hic frutex omnibus animalibus eum degustantibus Epilepsiae *causa. Stupendus sane effectus! Scire nociva aeque utile est ad praeservationem sanitatis a morbis, ac ad morbos proficuum specifica cognoscere.*

ARBUTI species Uva Ursi *dicta (nostris* mioelonriis) *in Svecia vulgaris suffrutex, vix ullibi terrarum frequentior, quam in Gottlandia reperitur. In officinis pharmaceuticis nuspiam terrarum receptus; nuspiam in Medicina adhibitus. Omni aevo Medici maxime solliciti fuere de inveniendo* Lithontriptico; *frustra laborarunt omnes, nec famosae D. Stephens arcanum tutum satis est. Multum Medicis Monspeliensibus ab aliquot annis invaluit usus Foliorum praedictae plantae adversus calculum; quorum pulverem ad ʒß, superbibendo jusculum pulli, per dies decem praescribunt, & calculos sic attritos fuisse certa docuit experientia, referente laudatissimo* Sauvageo. *Folia haec maxime adstringentia novimus, hinc apud nos primariis plantis coriariis accensentur. Omnia illa quae*

Renes

Renes labefactant ac debilitant, Nephritin & Calculum causari experientia edocti novimus: sive hoc fiat Venere, Baccho, Equitatione, Diureticis, sive alia quacunque causa. Hinc erit fortassis hic effectus Renum corroborandorum & adstringendorum virtuti tantum adscribendus.

Non patitur plura nova angustum chartae spatium; proinde ad scopum poperandum est. Nasci, Ægrotare & Mori conditiones sunt, quas homini imposuit debilis ejus natura. Vita aegra res omnium miserrima est, quippe cui Mors ipsa ceu lucrum praeferenda. Qui ergo sanitatem tuentur vel amissam restituunt, & necessarii sunt generi humano, & in deliciis esse debent civitati omni bene moratae.

Regio nostra quadriennii spatio tot amisit Medicos, quot hodie in ea vix sunt superstites. Rudbeckium loquor, Robergium, Doebelium, Stobaeum, Ahornium, Volubnium, Nordenheimium, Moraeum, Bojeum, Wredium, Bernegavium, Lundmannum, Preutzium, Holstenium. De damno hoc resarciendo sollicita Facultas Medica omnem movit lapidem, omnemque impendit curam, ut amissorum artis Salutaris luminum restituantur imagines, utque recrescant surculi, qui decidentium truncorum majestatem sustineant.

Ex

Ex horum numero jam publico ſiſtimus novum Medicum, Licentiatum D. JOHANNEM WESTMAN, qui integro decennio ad hanc Academiam indefeſſus AEſculapii ſacris operatus eſt; Examina *in Theologia, Philoſophia & utrumque in Medicina rite praeſtitit. Binas de* Hydrope *Diſſertationes egregie a ſe conſcriptas maſcule defendit, demum de Potu aquae diaetetico elegantem habuit Lectionem publicam. Tot documentis in doctrina & vita probatum, digniſſimum judicavit Facultas Medica cui praemia laborum, & ſummi in Medicina Honores, publica promotione, more veterum, decernerentur; ac proinde veniam Doctoralia inſignia, tam egregio artis Licentiato conferendi ab Illuſtriſſimo Academiae noſtrae Cancellario, Excellentiſſimo Comite, Domino CAROLO GYLLENBORG, Regis Regnique Sveciae Senatore & Regiae cancellariae Praeſide ſubmiſſe petiit. Qui pro ea, qua in bonas literas earumque cultores genuinos ineffabili eſt gratia, Celſiſſimus Heros, Votis noſtris gratioſiſſime annuit.*

Huic itaque actui Academico dies dictus eſt hujus menſis Aprilis XII. ſ. proximus dies Mar-

tis, hora IX, in Auditorio Carolino Majori.

Decus insigne solennitati huic adderet exoptatissima praesentia Reverendissimi Regni Sueciae Archiepiscopi, & Academiae hujus Pro-Cancellarii eminentissimi, Domini Doctoris *ERICI BENZELII, sed detinent tantum Praesulem nostrum, in urbe Regia, negotia Regni Comitialia. Ut vero huic inaugurationi interesse velit* Perillustris atque Generosissimus Baro, Uplandiae Gubernator, Dominus *JOHANNES BRAUNER, nec non reliqui literarum Patroni, Fautores & Cultores, Patres Civesque Academici & Urbici, quo decet verborum honore, rogamus & obsecramus. P. P. Upsaliae die IX Aprilis MDCCXLIII.*

CARO-

CAROLI LINNAEI ORATIO.

1. Esse hujus Universi stupendam machinam, infiniti Artificis manu productam & creatam, non divina modo Scriptura, verum etiam sana docet ratio.

2. Nil enim existit sine causa, nec causarum secundarum progressum in infinitum quisquam sanae mentis admittere potest; subsistendum ergo est extra illarum seriem in Causa prima, infinita, perfectissima.

3. Contemplemus nosmet ipsos.
Consideremus omnia Animalia & Insecta.
Cogitemus Vegetabilia singula.
Ubique occurrit stupendum Artificium, nulla humana aut finita arte ullatenus imitandum.

Ne fibram quidem unicam, ex quarum infinitis fasciculis quodlibet horum corporum est coagmentatum, imitari valet ulla ars, ullum ingenium.
In minimo enim quovis filamento Digitus Dei & sigillum Artificis elucet.

4. Si *Elementorum* proprietates contemplationi submittantur, mox stupet & admirationi immergitur animus.

5. Si remotissima a nobis *Astra* oculo vel nudo vel armato subjecerimus, & eorum indolem, magnitudinem, & in infinita abysso per horas & minuta determinatum cursum fuerimus contemplati, mox infiniti Conditoris infinita potentia & sapientia animum subit.

6. Singulis divinae artis magisteriis, in Rerum Natura elucentibus recensendis, nedum digne considerandis, non sufficit integra aetas humana.

7. Hinc propitio Numine constitui hac horula tantum rationes illas producere in me-

medium, quibus inductus fui ut credam

Unicum Sexus par ex omni ſpecie viventium initio rerum creatum fuiſſe. (a)

Vos, Auditores, favete pro propoſito; & gratioſe ac benigne advertite.

* * * * *

8. Deum creaſſe unicum hominum par; Marem unum & Feminam unam, fide divina credimus.

9. Fuiſſe eos collocatos in Horto Edenis; & Adamum ibi indidiſſe ſingulis Animalibus, a Numine coram ſe productis, nomina, divinus ſcriptor Moſes perhibet.

10. Per *Unicum Sexus par* intelligimus unicum

(a) Fundam. Botan. 132.

cum Maſculum & unicam Femellam, in omnibus iis viventium ſpeciebus, ubi organa genitalia ſunt in binas partes diviſa, & una earum data uni ſexui, altera alteri.

11. Sunt vero etiam viventium certae Claſſes, quae obtinuerunt organa generationis unita; quorum itaque unicum individuum initio rerum fuiſſe creatum contendimus.

12. Mas & Femina in unam carnem coaleſcere phraſi Scripturaria dicuntur; nam neuter eorum ſolus perfectus eſt, cum dimidiatis tantum gaudeant generationis organis.

13. Unum individuum ex Hermaphroditis, & unicum par reliquorum viventium fuiſſe primitus creatum, ſana ratio videtur clariſſime oſtendere.

14. Teſtatur enim experientia monogamiam hominum & aliorum animantium plures

pro-

provocare foetus; hos, poſtquam adolevere, rurſus magis multiplicari; ita ut in linea deſcendenti, & quolibet ejus gradu ſemper major concipiatur individuorum numerus, quam in gradu adſcendenti proximo; & hodie plura ſint in qualibet ſpecie individua, quam olim fuerint. (b)

15. Si vero retrorſum cogitatione ire, & lineam adſcendentem contemplari placuerit, quamlibet ſpeciem ibi ad majorem, in quovis gradu, paucitatem redigi videbimus. Ita ut multi originem debeant paucis, hi paucioribus; & ita porro. Donec cogitatio demum in unico pari, vel in unico individuo ſubſiſtat; Qui cauſarum ſecundarum primus gradus, ut a Deo immediate conditus, omnino eſt concipiendus. (c)

16.

(b) Syſtem. Naturae. 67. n. 2.
(c) ibid. n. 3.

16. Ut verbo me expediam, non multum a veritate me aberraturum confido, ſi dixerim, omnem *Continentem terram fuiſſe in infantia mundi*, *aquis ſubmerſam*, & vaſto Oceano obtectam, *praeter unicam* in immenſo hoc pelago *inſulam*, in qua commode habitaverint Animalia omnia, & Vegetabilia laete germinaverint.

Nos manet Oceanus circumvagus: arva, beata
Petamus arva, divites & inſulas.

* * * * *

17. Unicum enim utriuſque Sexus hominem fuiſſe creatum, revelatione duce (8), & teſte ratione (15) antea didicimus.

18. Ex Moſis hiſtoria (9) ſimul percepimus, Adamo datum fuiſſe Paradiſum, ut ibi habitaret, utque ibi Animalia ei uſui & oblectamento eſſent.

19.

19. Si jam *Animalia* omnia fuerunt in Paradiſo, quod vel ex Adami nominum impoſitione (9) patet, utique etiam Inſecta omnia erant Paradiſi incolae. Inde vero ſequitur omnium ſpecierum *Vegetabilibus* quoque, in horto hoc amoeniſſimo fuiſſe ſtationes aſſignatas. Nam quodlibet fere Vegetabile proprium Inſectum alit, & pleraque Inſecta certis tantum veſcuntur Vegetabilibus.

Exempla poſſent produci infinita numero.

Bombyx non vivit aut propagatur, niſi Mori ei ſuppetat copia.

Coccionella Cacto tantum veſcitur.

Piſcium nonnullis Speciebus certi vermes eſca ſunt, ut Meduſa *Balaenis* Groenlandicis.

Aliae herbis famem ſedant; uti *Labrus* ſive *Scarus* in Creta.

Aliquae Avium certis baccis veſcuntur: ut *Ficedula* Ficu & Uva.

Aliae Aves ignorant alios cibos, quam inſecta ſibi deſtinata, uti *Pici.* Ita *Muſcicapae* edulium Muſcae ſunt. *Haemato-*

matopo Teſtacea ſola victus ſunt. *Myrmecophagae* formicae. *Talpae* lumbrici. *Veſpertilioni* Phalaenae nocturnae ſunt nutrimentum unicum.

Rapaces ex pennato & ſquamato genere certis aviculis & piſciculis retia tendunt, & ex hac venatione vitam ſuſtentant. Ita unum vivens ſemper nece alterius vitam ſuſtinet, nec poteſt diu eam prorogare, niſi inveniat menſam paratam cibis ſtomacho ſuo conducentibus.

20. Si inde a Mundo condito Continens fuiſſet tantus, & terrea globi noſtri pars tantae extenſionis ac hodie apparet, difficile, imo impoſſibile fuiſſet Adamo ſingula invenire Animalia (9. 19.); haec enim impetu ſuo naturali concitata, fuiſſent mox undique diſperſa.

21. Credere Terram fuiſſe conditam aeque ingentem ac hodie eſt, aeque arboribus & herbis conſitam, ubique habitatam Animalibus; ſed Hominum binos tantum in angulo quodam ejus latuiſſe,

ſe, idem eſt ac ſi conciperem planetam Jovem, globo noſtro ſimilem, herbis & animalibus plane abundantem, carere tamen omnibus Hominibus aut Animalibus rationis conſortibus, quae haec omnia conſiderarent, & Creatori gloriam rependerent.

22. Eſtne credibile, Conditorem in creatione repleviſſe terram univerſam Animalibus, ut eadem omnia, non adeo multum poſt, diluvio interimeret, unico tantum pari cujuslibet ſpeciei in arca conſervato?

23. Ipſe, qui ſapientiſſime ſingula ordinavit, & adeo prudentem proportionem in numero foetuum conſtituit, utique eodem calculo in Creatione uſus eſt. Nihil enim facit fruſtra, nihil non latis a ſe ſemel legibus convenienter.

24. Si cujuslibet Speciei viventium creata aſſerantur multa individua & per univerſum globum diſperſa, videntur quaſi

termini Creationi conſtitui, ultra quos non potuiſſet extendi.

25. Et quid opus erat Creatione plurium, ubi per pauca, per unum par vel unicum individuum, idem finis poterat obtineri.

26. Sed conſideremus Terram ipſam, & a poſteriori, quod ſperamus, apparebit aſſertionis noſtrae veritas.

27. Ipſa oculari inſpectione patet Terram quotannis augeſcere, & Continentem dilatare limites ſuos.

28. Videmus portus marinos *Oſtro-* & *Weſtro-Bothniae* quovis anno decreſcere, & reddi navium incapaces, per egeſtam arenam & humum, quae littori ſemper addit nova incrementa; unde coguntur cives ſaepius ſedes mutare, & interdum integram quartam partem milliaris propius mare habitatum concedere. Exempla praebent Pithoa, Luloa, Hudwickvallis &c.

29.

29. In Gotlandiae parte, quae *Hoburgum* & orientem ſpectat, diſtincte apparet, quantum Continens accrevit nonaginta annis, & augeri eum, quovis anno, duarum vel trium orgyarum latitudine.

30. Apud *Slite* & *Kyllei* in eadem Gotlandia ſunt ingentes lapides, qui templa alta, gigantes, coloſſos magnitudine ſua referunt, exciſi tamen undarum vi ex petra duriſſima.

31. Montes praecelſi Gotlandiae *Torsburgum* & *Hoburgum* habent latera perpendicularia ex lapide calcario, quae notata & cavata ſunt aquarum appulſu, illo tempore, quo mari ſubmerſa jacebat univerſa Gotlandia, praeter binos hos Montes, qui capita ex profundo erigebant, eodem modo, eademque facie, quâ jam apparent Inſulae Carolinae.

32. Non poſſum abſque admiratione conſiderare magnae molis ſaxa ex petra, quae

quae tanquam negligenter projecta, ubique locorum in ſuperficie terrae jacent. Dum haec franguntur, conſtant ex mica, quartzo & ſpato; unde manifeſtum indicium ſumere licet, illa, ut alios omnes lapides e terra concreviſſe, adeoque in ſubterraneis locis eſſe nata, ſed aquarum vi fuiſſe olim a terra ſuperimpoſita liberata & in ripam conjecta, ceu fieri hodienum videmus.

33. Bothniae Septentrionalis incolae in lapidibus obſervarunt, decreſcere Mare eorum decennio digitos 4. lin. 5.; hinc quolibet ſeculo pedes 4. & digitos 5. procidere. Secundum quem calculum ante 6000. annos 2700. pedibus altius fuiſſet aequor, quam hodie eſt. (d)

34. In altiſſimis montibus calcariis prope *Bohuſiam* infinitae jacent Concharum teſtae.

Cal-

(d) A. Celſii Obſ. in Act. Acad. Sc. Suaeciae 1743. p. 33.

Calcarii *montes Raetvicenſes* & *Dalici* concharum in petram converſarum & Orthocerotum pleni ſunt.

Humus conchacea in Helſingia frequens, ex fragmentis Mytulorum, ſeu concharum fuſci coloris tota componitur. (e) Jam vero omnes norunt, non aridum, ſed mare harum concharum eſſe elementum.

Nec quiſpiam ignorat, Conchas aut Cochleas omnes in certa a ripa diſtanſtia, nec omnes in profundo maris, habitare.

Quis non vidit ejicere mare inter purgamenta ſua in littus mortuorum Teſtaceorum tegmina?

35. Hinc colligimus in Dalekarlia viginti milliaribus a mari remota, olim fuiſſe ripas maris, imo altius & ubicunque teſtarum ſuperſunt veſtigia.

vidi

(e) Eadem quae Liſt. angl. 132. t. 4. f. 28.

vidi factas ex aequore terras.
Et procul a pelago conchae jacuere marinae,
Et vetus inventa est in montibus anchora summis.

36. Qui haec omnia Diluvio adscribit, quod cito ortum, cito transiit, is profecto peregrinus est in naturae cognitione, & ipse coecus aliorum oculis videt, si quid videt.

37. Mare quotannis redditur profundius, dum terram, arenam, & lapides in ripam egerit, unde solum latitudine, salum profunditate accrescit, & locum egestae ex fundo suo terrenae materiae occupat, dum simul ab omni latere in angustiores limites coarctatur.

30. In Gotlandia circa Hoburgum vidi ingentia *Saxa*, nulla animalium vi, aut humana arte mobilia, a mari tamen in littus ejecta, quae constabant e *puro marmore*, granulis albis & rufescentibus,

bus, quod lapidis genus univerſa haec non parit regio, ſed Inſulae tantum Carolinae, unde aquarum impetu procul omni dubio huc fuere tranſlata, praeſertim quum in occidentali parte jacerent.

39. *Lapis* ingens *micaceus*, in diſtantia quadrantis milliaris ab Hoburgo conſpiciendus, gravior eſt, quam ut hominum viribus potuiſſet moveri; nec tamen in loco ſuo natali jacet; nam hic non reperitur materia ei generando apta: unde colligitur eum maris alluvio fuiſſe huc deportatum ex Suecia vel Moſcovia, quum adhuc ſalo ſubmerſa eſſet Gotlandia.

40. Ante triennium contemplabar apud praedium Illuſtr. regni Senatoris Cronſtedtii (*Fullerden*) cautem, relictam ab undis in plano littoris, & illo loco, ubi rates conſcendere ſolebant Incolae. Hinc teſtari poſſunt omnes, nunquam ibi fuiſſe antea lapidem viſum. Quod

ſi

ſi jam Lacus Melerus tanti ponderis movet lapides, quantos vix multa boum juga loco dimoveant, quid, quaeſo, ab Oceano expectandum erit?

41. In Alpibus Dalicis & monte *Wolenſi*, ubi *Palmſiaellet* attingit Lacum *Grufvelſioen*, orientalior ejus montis pars annulata & attrita eſt; manifeſto indicio, hoc undarum alluentium opera factum.

42. Fluvios omnes videmus ſuperius latiores, infra magis arctos, & quotannis terram altius perforare.
De Fluminibus *Simoi* & *Xantho*, adeo a Poetis celebratis, quae Trojana prata rigabant, adeo exiguos rivulos nunc eſſe refert Bellonius, ut vix minimos piſces Phoxinos alere queant; nam hodie aeſtate omnino areſcunt, hyeme vero vix tantum aquae ferunt, ut Anſer iis innatare poſſit.

43. Apud *Piſcinam Salmonum* Luloenſem in Lapmarkia notarunt in procera quadam pinu altitudinem fluvii exaeſtuantis annuam;

nuam; & inde apparet, quotannis eum fieri minorem.

44. Ex hiſce omnibus tuto colligere me poſſe crediderim, Terram aridam quotannis capere augmenta: hinc eam olim multo minorem extitiſſe; & primitus non fuiſſe niſi inſulam exiguam, in qua velut in compendio exhibebantur illa omnia quae uſui hominis deſtinarat optimus Conditor. (16)

* * * * *

45. Sequitur vero jam *Modus* oſtendendus, *quo potuerint omnia Vegetabilia, in exiguo terrae tractu, invenire ſolum ſibi conveniens, & Animalia quaeque clima quod deſiderant.*

46. Si concipiatur Paradiſus ſitus ſub ipſo Aequatore, ſimul quomodo hoc fieri poſſit hujus rei ratio concipitur, modo ponatur excelſum montem campos ejus laetiſſimos ornaſſe.

47. Nam quo altius *Mons* aliquis in mediam Aëris regionem caput effert, eo majori frigori eſt expoſitus.

48. Mons *Ararat* in Armenia aeque aeternam in vertice ſuo ſervat nivem, ac ſub polo arctico juga montium Lapponicorum. Et idem frigus in cacumine Ararati dominatur, quod in Lapponiae Alpibus regnum obtinet. In cujus montis cacumine & lateribus poſſent Zonae frigidae & Lapponiae Vegetabilia provenire, atque Animalia habitare.

49. Hinc reperiuntur etiam in Pyrenaeis, Helveticis, Scoticis montibus, in Olympo, Libano, Ida, eadem Vegetabilia, quae alpes Lapponicas & Groenlandicas veſtiunt.

50. Memoratu digniſſimum eſt, quod refert in Itinerario ſuo Orientali *Tournefortius:* reperiſſe ſe nimirum apud radices Ararati montis plantas illas, quae in Armenia erant vulgares: aliquantum

tum progressus illas invenit, quas in Italia ante viderat: altius scandenti offerebantur Vegetabilia circa Lutetiam Parisiorum crescentia: Plantae Suecicae erant superiori loco positae. Sed summum montis locum proxime ad culmen, nive obtectum, plantae illae occuparant, quae sunt alpibus Helveticis & Lapponicis domesticae.

51. Ex ipsis Vegetabilibus *Alpium Dalecarlicarum* poteram facile colligere, quanto inferiores hae erant Lapponicis: nam in Lapponia cujusvis Vegetabilis altitudinem accurate observaveram.

52. Ex operibus *Caesalpini* apparet, illum venditare plantas omnes, quae in Suecia vulgares sunt & campestres, pro alpinis, cum videret eas crescentes solum in montibus Toscanis, qui tamen Alpes non sunt.

53. Hinc (47-52) concludimus altitudinem & elevationem Terrae frigori eam

exponere, & poſſe ſub ipſo aequatore reperiri hyemem gelidiſſimam ac nivoſam, modo reperiatur ibi Mons, qui verticem ſuum ſupra nubium regionem attollit.

* * * * *

54. Praevidemus, futurum multis difficile captu, quomodo omnia Vegetabilia potuerint per univerſum orbem diſſeminari, & ex unica planta, tot vaſtiſſimae Sylvae, & Salicum catervae, tot pratorum flores oriri & enaſci. Sed modo cogitent, quot ſeminibus ſint praedita Vegetabilia, ceſſabit mox omnis difficultas.

55. In *Helenio* 3000 ſemina ex una radice numeravit Laurembergius.

Et in unica planta *Zeae* 2000, qui numerus in Virginia duplicandus erit, ubi bis quovis anno ſeritur & metitur hoc frumenti genus.

In

In *Heliantho* Camerarius obſervavit 4000 ſeminum.
In *Papavere* Trevius invenit quatuor capita, in quolibet capite decem receptacula, in quolibet receptaculo octoginta ſemina, adeoque ex unico papaveris ſemine ſemina 32000.
Quaelibet herba *Nicotiana* in ſolo optimo relinquit 40320, nam ex qualibet herba ſex vel ſeptem ſeminis drachmae colliguntur, quarum quaelibet continet ſexaginta grana medicinalia; quodlibet vero granum centum & duodecim fere ſemina.

56. Calculum hactenus inſtituimus ex unica planta quovis anno. Sed cogitemus inſimul, maximam partem Vegetabilium poſſidere radices per plures annos, interdum per integrum ſeculum, vel terna etiam cum dimidio, quod de *Quercu* conſtat, perennantes.

57. Alias herbas per ſurculos & ramos propagari, ut *Rhizophoram* & *Arborem de Rais*, quae reflectit ramos terram

verſus, ubi novas capiunt radices; ex curvatura protruduntur novi ramuli: hi denuo augeſcunt & incurvantur, adeo ut fama ferat, Artaxerxem, cum integro ſuo exercitu, ſub umbraculis unicae hujus ſpeciei arboris pernoctaſſe.

58. Conſiderandum porro eſt radices aliorum Vegetabilium ſub terra prorepere, ita renovari plantas, multiplicari, & novos protrudere ſurculos.

59. Apparet ex hactenus dictis (55-58) vel unicam plantam, ſi ab animalibus fuiſſet conſervata, potuiſſe univerſum globum noſtrum inveſtire & obtegere.

60. Ponamus plantam aliquam annuam, unico flore & binis tantum ſeminibus inſtructam. Haec primo anno binos daret foetus, ſecundo quatuor, tertio octo; poſt viginti tamen annos exiſterent hujus plantae *millia nonaginta* & *unum millia*, *ducenta* & *nonaginta ſex* individua. Quid ergo dicendum eſt fieri

fieri potuiſſe ſex millenniis? ſed perpaucula adeo planta non reperitur; ſunt enim ſingulae pluribus ſeminibus inſtructae, ut in ſuperioribus dictum eſt.

* * * * *

61. Quaeſo vos, Auditores, porro benigne advertite, *quomodo ex unico loco potuerint plantae circa univerſum orbem diſſeminari.*

62. Cogitanda hic eſt *Aëris* vis & efficacia, qui ex providentia Creatoris admiranda, autumno praeſertim, domus noſtras concutit, quaſſat arbores, ut folia velut flocci nivis volitent. Sed ſimul verrit terrae ſuperficiem, ſemina prolapſa tollit, & fert ſecum per auras in diſſitas regiones, ubi demittuntur & germinant.

63. Vix ſeculum eſt, ex quo *Erigeron*

floribus paniculatis (f) ex America in hortos Parisinos fuit translatum; jam vero avolarunt semina, & diffusa est planta per Galliam, Italiam, Siciliam, Belgium, & Germaniam.

Ita *Antirrhinum arvense minus* C. B. circa Upsaliam vulgaris iam est planta, quamvis ex horto Academico primum procul dubio sit egressa.

Idem *Daturae*, *Cotulae*, *Berberidis*, & *Gnaphalii Americani* exemplo confirmari posset, nisi brevitatem suaderet temporis ratio.

64. Ideo etiam Conditor plantas singulas in truncis, scapis & pedunculis suis *sublimes* constituit, ut fructus maturus per tempestates diffunderetur.

65. Plerorumque Vegetabilium *Capsulas* contemplantes, videmus eas in superiori apice patulas & hiantes, ne nimirum semi-

(f) Erigeron 3 Hort. Cliff. 407.

ſemina, quamvis matura, excidant, antequam venti quaſſatione latius dispergantur.

Hyoſcyamus habet in ovario operculum, quod laxatur horizontaliter, poſtquam maturitatem induerunt ſemina; ſed non decidunt, antequam ventorum impetu valide quaſſetur planta, & ſemina ſimul poſſint late projici: alias enim vel exſiccarentur, vel madefacta in ipſa planta germinarent.

66. Ut ſemina poſſint ex matrice ſua in longam diſtantiam avolare, dedit Numen plurimis *alas* quaſi & *pappos*, quibus, poſtquam maturuere, in ſublime feruntur, & per auras integra quinquaginta milliaria ſaepe emetiuntur.

67. In aliis ordinavit Divina ſapientia, ut ipſa pericarpia ſemina ſua, poſtquam maturuere, exſpuant, & in magnam ſaepe diſtantiam projiciant.

Ruellia coelo tantum pluvioſo ſemina a ſe longe propellit, conveniente il-

lis tempore, ne nimirum arefcant.

68. Alia Semina inftructa funt *hamis*, quae ad maturitatem perducta relinquunt locum fuum natalem, animalia transeuntia prehendunt, & ab illis ad cubilia eorum deportantur, unde pleraque horum Vegetabilium relinquunt humum fimo faturatam.

69. Habent aliae *Baccam* vel fuccum nutrientem, qui ipfa femina ambit, quo deglutiantur ab avibus & aliis animantibus, quae tenentur vice mercedis femina terrae mandare. Haec enim fi integra fuere ftomacho ingefta, illaefa exeunt, praeterquam in Gallinaceis. Videmus molles licet acinos *Ribeos* integros deglutitos a nobis, integros egredi: eodem modo, quo Vulpes autumno egerit *Vaccinii* baccas rubras. Ruri ad vias publicas, ubi templum egreffi Bajuli exonerant ventrem, ex non fatis mafticatis pomis vel pyris, enafcuntur arborum plurimarum rudimenta.

Omnes

Omnes *Sorbi* muris vel tectis innati, fuerunt ab avibus ingestae, & omnem intestinorum in iis seriem permearunt. Hoc modo Creator prospexit Seminibus, ut eadem opera & pinguescerent, & dispergerentur.

70. Eodem modo se res habet cum aliis Seminibus, quae si tota fuerint ventriculis Avium vel Animalium excepta, incorrupta egrediuntur, ut Epidendrum, Juniperus, Viscus.
Multis mira res est, & similis ostento, quod rite paratus ager & optimo frumento totus consitus, saepe infelix Lolium & sterilem Avenam reddat, praesertim si fimo recenti fuerit saturatus. Sed non cogitant exigua semina non corrumpi in animalium ventriculis, & Avenae magnam partem non exuere fertilitatem in Equorum intestinis.

71. Aliorum sationem promovent *Animalia* & *Aves*; dum enim aliqua semina manducant, alia in terram cadunt, & proculcantur.

Dum

Dum Pini ſtrobilos arrodit *Sciurus*, plurima ſemina procidunt.
Dum ſtrobilos Abietinos excorticat *Loxia*, unicum alimentum ſuum, multa ſemina terrae mandantur, & in uligine muſcis immiſcentur, ubi pranſura conſedit.
Dum Nuces colligit & recondit *Glandaria*, ſaepe earum obliviſcitur: hae vero laete germinant.
Ita fit cum Nucibus murinis dictis in Oelandia, quas magna copia congerunt & defodiunt *Mures*: illis vero a Felibus, Muſtelis vel Noctuis interemtis, germina protrudunt nuces.

72. Sed multis etiam aliis modis promovent *Animalia* ſeminum proventum.
Lumbricus parvos exſtruit acervos ſeminum germinationi conducentes.
Dum *Talpa* cuniculos agit Lumbricis inſidiaturus, ſimul cumulos ſeminibus aptos egerit.
Dum *Sus* radices quaerit, velut vomere terram reddit poroſam, & humo ob-

obtegit ſemina projecta, adeo ut dum ipſe glande pingueſcit, ſimul plantet multas arbores glandiferas.
Erinaceus in ſimili opere vitam conſumit.

73. Miramur Muſcos, Fungos, Byſſum & Mucorem ubique creſcere: ſed pauci cogitant, ſemina eorum adeo eſſe exigua, ut vix nudis oculis poſſint obſervari: haec aëri intermixta velut atomos ubique locorum projici, ſed ibi tantum creſcere, ubi nulla prius adeſt vegetatio. Hinc iidem Muſci in America boreali, qui in Europa.

74. Quid *Flumina* conducant ſeminum ſationi, in Lapponia apparet. Vidi ad ripas fluminum plantas alpinas creſcentes, ſaepe triginta milliarium diſtantia ab ipſis alpibus. Nam ſemina Alpium matura ſunt ſecuta fluviorum curſum; heic vero in ripam ejecta, radices egerunt.

75. *Maris* eſſe ingentes partes in ſeminum trans-

tranſlatione, plurimis conſtat indiciis.
In Roſlagia, & inſula Graeſoea, in Oelandia, Gotlandia, & littoribus Scanicis variae creſcunt plantae peregrinae & Germanicae, quae nondum in Suecia jus civitatis obtinuerunt.
Ita *Centaurium minus* Germanicae eſt originis, cujus ſemina ventis in mare projecta undarum vi ad littora Sueciae appulere, ibique expoſuere hanc advenam.
Mirabar *Veronicam foliis ternis* Germaniae plantam ad Tornoam creſcere, quae hactenus in ſola Graeſoea fuerat inventa; fuit ergo mare vehiculum, quo hujus ſemina ex Germania Tornoam uſque, vel ſi diverſoria in tanto itinere viſa fuerint neceſſaria, e Germania ad Graeſoeam & inde Tornoam fuerint deportata.
Credunt multi Semina in aquis corrumpi & infrugifera reddi; ſed hallucinantur. Aqua enim ad fundum maris raro ita incaleſcit, ut ſemina interimat. Videmus aquam poſſe obtegere Agrum per univerſam hyemem ſalvis ſemini-

bus

bus terrae commiſſis. Si vero, vere primo, foſſis abducatur aqua, donec radiis ſolaribus incaleſcat, germinant quidem ſemina, ſed mox putreſcunt, adeo ut per univerſam aeſtatem Solum maneat nigrum & ſterile.

76. *Pluviae* & *Imbres* Semina abripiunt in terrae cavernas, rivos & flumina, & illa ab uberibus matris avulſa peregrino committunt ſolo.

77. *Calor* ſolaris & *Coeli* ſerenitas faciunt ut pleraque Pericarpia aperiantur, & occaſionem ſubminiſtrent ventis, dum plantam concutiunt & capſulas quaſſant, latentia intus ſemina ſecum abripiendi.

78. Sed pluvia aëris tempeſtas eo adigit plantas, ut claudant pericarpia, & oſtia eorum quaſi peſſulo obducant, ne guttae aquae ſeminibus intermixtae illa conglutinent, & in ipſa planta germinare cogant.

Ana-

Anaſtatica mira pollet natura. Dum enim maturuere ſemina, rami ejus pugni adinſtar contrahuntur & pericarpia comprimunt, ne temere dilapidentur ſemina, aut avibus in eſcam cedant. Creſcit haec planta in arenoſis Maris Rubri littoribus, ubi aeſtu maris autumnali abripitur integra, & in profundum projicitur. Sed dum vere inſequente mare purgamenta ſua littoribus impingit, & hanc in arenam exſpuit, illius eſt indolis, ut frigida aqua non afficiatur, ſed in tepida mox expandat ramos, & ſemina demittat. Hinc in littore conſtituta, ubi aqua tepeſcit, dilatatur, ſemina ſua proſternit, quae aqua defluente radices agunt, & integram ripam veſtiunt.

79. *Structura* etiam plantarum propagationi favet.

Medicago pericarpia habet plane cochleaeformia. *Salicornia* vero & *Salſola* ſemina cochleis ſimillima; neque alibi quam in littoribus marinis ſponte creſcunt

cunt, quae cochlearum teſtis ſunt obſita. Hinc piſces & aves, ſeminibus & foliis in mare procidentibus veſcentes, procul dubio haec ſemina transeunt, eas eſſe cochleas genuinas opinantes.

80. Jucundum eſt viſu, quanta cura Numen certas plantas cuſtodiverit, ne flores & fructus earum ab animalibus & avibus plane deſtruerentur: munivit enim eas ab omni parte *aculeis* vel *ſpinis*.

Creſcunt hae plantae ubertim in locis deſertis, ab animalium injuria ſecurae: hinc Terra jam Carduorum & Spinarum eſt feraciſſima.

81. Ipſa *Semina* ſaepe projectionem ſuam in longinquum adjuvare tenentur.

Crupina ſpecies eſt Centaureae, cujus ſemina prominentibus & erectis ſetis ſunt inſtructa, quarum ope ita repunt, & ſe ſubducunt, ut vix ulla arte poſſint manu contineri. Si unum horum inter

tibiale & pedem recondatur, ſaepe prope collare vel manicam exitum quaerit, peragrato toto corpore.

Ita *Avena nuda*, ſi poſt meſſem cum reliquo frumento in hordeo recondatur, ex glumis ſuis ipſa egreditur, neque plerumque antea ſubſiſtit, quam ad parietem horrei pervenerit. Hinc Dalecarlus, dum mature ſecuit avenam, faſciculos in horreum colligit, & poſt aliquot dies, omnes glumas vacuas, avenam ſeorſim invenit: eſt enim cuilibet ſemini avenaceo adjuncta ariſta cum ſpira, quae convolvitur, & retorquetur, prout coelum eſt vel ſerenum vel nubilum. Hinc dum in gyrum vertitur ſpira, protrudit avenam, quae non poteſt in priorem locum recidere, ſpira retrorſum voluta, ob ſetas laterales reditum impedientes.

Si ſumantur *Equiſeti* aut *Filicis* ſemina, haec in chartam projecta & microſcopio viſa, pedibus quaſi, per minuta aliqua ſaltationes inſtituunt, quo ſaltu ſuo diſcedunt ab invicem & diſſi-

pan-

pantur : ita ut rei ignarus juraret, non esse haec femina, sed acaros & insecta (g).

Modus mirandus, quo aliae plantae propagantur, conspicuus est in Arachide, Lathyro, Trifolio, Valantia.

82. *Valantiae* flores exiguis pedunculis impositi per universam plantam sunt dispersi. Pauca ovaria inde enascentia, mira prudentia sub folia se abscondunt, quae incurvantur & obtegunt haec pericarpia, ita ut ne unicum quidem in integra planta avium accessui pateat (h).

83. *Trifolium capitulis villosis globosis, calycibus superioribus flosculo destitutis* (i) habet in quolibet capitulo flores paucos, qui tamen villis & pilis sunt obvoluti. Postquam transiit flos, accres-

(g) vide Stoehelini Obs. in Act. paris.
(h) Cruciata hirsuta & glabra vulgo.
(i) Hort. Cliff. 374. n. 12.

cit haec villosa substantia, capitula in latus comprimit, & plane obtegit. Inde est quod aves, dum huc advolant, femina quaesiturae, naso adunco suspendantur. Ita ab avium rostris liberata femina postea terrae committuntur, dum a scapo decidens capitulum ventis agitatur.

84. Dum in *Trifolio subterraneo* florescendi tempus adest, pedunculus protenditur, versus terram incurvatur, immo, qua dimidiam sui partem terrae immergitur, flores & bracteae radices referentes retrorsum curvantur, & femina ita arcte includunt, ut quasi pisa humi defixa jaceant (k).

85. *Lathyrus subterraneus* habet in scapo flores aliquot & pauciorem fructum: sed infra terram germinant pedunculi albi absque foliis, qui flores albos sustinent

(k) Hort. Cliff. 374. n. 11.

nent & non variegatos, quales caulem ſupra terram ornant: ſed dant & ſubterranei flores fructum, qui mox a nativitate terrae eſt mandatus, nec periculo ab avibus & animalibus expoſitus (1).

86. *Arachis* planta eſt Fabae haud diſſimilis: extendit è caule onuſtos flore pedunculos; ſed floreſcendi tempore transacto, verſus terram inclinantur pedunculi, eam penetrant, & in ejus ſinu deponunt Legumina, ſeminibus amygdalino oleo dulci turgidis repleta. Niſi ita proviſum fuiſſet a Creatore his ſeminibus, ſed ſi ſupra terram cogerentur matureſcere, mox rancida & inutilia redderentur, & vix poſsent unquam cum ſpe novi germinis terrae committi.

87. Eodem modo cum *Pinu* & *Abiete* fere

(1) Hort. Cliff. 367. n. 3.

re comparatum eſt. Harum oleoſa ſemina ex minimo calore rancorem contrahunt & ſterilitatem. Dum *Abies* in flore conſtituta eſt, ſtant ſtrobili ejus erecti & patuli: cum vero defloruerit, eos demittit, atque imbricatam eorum compagem comprimit, eo arctius, quo magis frigus urget proxima hyeme, quo nimirum aqua, ut in tectis tegulati operis, cogatur defluere: ſub initio Aprilis, dum Sol rediens calidos ſpargit radios, aperiuntur denuo ſtrobili, ſemina emittunt, quae gremio terrae tepido excepta, & pluviis vernalibus humectata facile radices agunt. Quae tamen tantum non omnia interirent, ſi calori aeſtivali exponerentur.

88. Aliae plantae Semina habent, quae ſerius vel maturius germinant: aliae diverſo tempore, per annum vel biennium in terra latent, antequam excreſcant. Tales ſunt Roſae, Meſpili, Juniperi.

89. Dum in tenella aetate pueriliter ego lude-

ludebam in Patris mei horto, hortulum mihi conficiebam, cui inſevi plantas omnes, quarum copia mihi erat: inter alias vero Cardui ſpeciem alui, qui quotannis a Patre in herba eradicabatur, ne ſemina diffunderet. Nihilominus quovis anno novae ejuſdem ſpeciei plantae prodibant. Nec dubito hodienum aliqua ſemina hactenus latentia emergere in conſpectum. Inde didici cauſam, cur agri Carduis obnoxii difficulter poſſint purgari, quamvis enim aretur, occetur, & radices evellantur, exſurgunt tamen ſurculi Carduorum ex ſemel ſparſis ſeminibus poſt annum, biennium, triennium, immo demum poſt decennium aut vicennium.

Hypecoon non fuit viſum in Horto Upſalienſi poſt Rudbeckii Patris tempora, ſed prodibat denuo ibidem anno hujus ſeculi trigeſimo primo, dum humum in quodam loco foderent: latuerat ergo abſconditum ultra quadraginta annos.

Pariter *Lobeliae* ſpecies (2) ante ſexennium in Horto Amſtelodamenſi in ter-

ra fossa & subacta resurrexit, emortua ante viginti annos.

90. Semina *Cassiae*, *Mimosae*, *Cucumeris* ferunt quadraginta & quinquaginta annorum aetatem, & excrescunt; modo humor abundanter suppetat. Hoc ideo ordinavit sapientissimus Conditor, ut si semina fuerint loco arido & incongruo exposita, senio tamen non corrumpantur, sed possint loci mutationem expectare.
Alia diversis annis exsurgunt, quo si unius anni tempestas fuerit iis nocua, possint alio anno meliora experiri fata.

* * * * *

91. Vidimus, Auditores, & exemplis ostendimus stupenda illa artificia, quibus seminum *Sationem*, Dilatationem, & circa universam Terrae superficiem *Dispersionem* promovet Naturae Artifex.

92. Vidimus *Ventum* (62-67), *Pluviam* (76), *Fluvios* (74), *Mare* (75), *Calorem* (77),

(77), *Animalia* (69-70), *Aves* (71), *Structuram Seminum* (66. 78-87), *Pericarpiorum proprietates* (60. 79) plantarum indolem, immo *Nosmet ipsos* (69), pro rata parte hoc negotium adjuvare.

93. Ostendi, vel unicam alicujus speciei plantam, si fuisset sola condita, potuisse universam orbis superficiem pervagari & vestire (54-60).

94. Demonstravi aridam globi nostri partem semper augescere & dilatari; adeoque fuisse olim infinito minorem (27-54).

95. Cogitatione retrograda emensus sum Animalium & Vegetabilium ordines, & observavi illos finiri in unitate, quae manibus Creatoris fuit condita. (14. 15).

96. Si addere his placuerit proportionem illam, quam invenimus inter phytivora & carnivora animalia, aves, pisces, insecta, imo inter regnum animale & vegetabile.

97. Si ſimul ſumatur in ſubſidium *Diluvii* analogia (22), crediderim neminem poſſe jure conqueri, me abſque fundamento aſſerere *Unicam cujuslibet & Speciei & Sexus plantam fuiſſe initio rerum creatam.*

98. Ita Paradiſus hortus redditur, qui unquam concipi poteſt amoeniſſimus.

99. Ita gloria Creatoris immenſa exaltatur, non deprimitur.

100. Vos, Auditores, quibus feliciora ingenia conceſſit rerum Parens; qui magis excultam poſſidetis doctrinam; quique quid genuinae demonſtrationis leges poſcant, acutius perſpicitis, Vos accuratius inquirite.

D I X I.

Exem-

Exempla, quae in praecedentibus dicta ſunt, illuſtrantia.

PLANTAE BACCATAE. §. 69.

1. *Propriae.*

Rumex.	Opulus.
Ximenia.	Viburnum.
Bucephalon.	Tinus.
Matthiola.	Caſſine.
Ciſſampelos.	Morinda.
Hippomane.	Phillyrea.
Schinus.	Olea.
Piſtacia.	Hirtella.
Myrica.	Cornutia.
Viſcum.	Lantana.
Oſyris.	Bontia.
Hippophäe.	Clerodendron.
Plinia.	Chryſobalanus.
Hugonia.	Calophyllum.
Daphne.	Ceraſus.
Saururus.	Padus.
Nyſſa.	Prunus.
Celtis.	Amygdalus.

Coti-

PLANTAE BACCATAE. §. 69.

Cotinus.	Malpighia.
Alnus.	Juniperus.
Cornus.	Meniſpermum.
Chionanthus.	Sambucus.
Rumphia.	Maurocena.
Elaeagnus.	Chryſophyllum.
Cerbera.	Rhamnus.
Boſia.	Haemanthus.
Halleria.	Medeola.
Ovieda.	Celaſtrus.
Crataegus.	Duranta.
Jaſminum.	Liguſtrum.
Nyctanthes.	Siphonanthus.
Coffea.	Ixora.
Rubia.	Ilex.
Berberis.	Tournefortia.
Volkameria.	Sideroxylum.
Styrax.	Vitex.
Thalia.	Rhamnus.
Rauvolphia.	Spondias.
Panax.	Achras.
Chamaerops.	Meſpilus.
Sorbus.	Arbutus.
Myrtus.	Myrſine.

He-

PLANTAE BACCATAE. §. 69.

Hedera.
Vitis.
Melia.
Aralia.
Asparagus.
Loranthus.
Smilax.
Tamus.
Rufcus.
Michelia.
Garcinia.
Chomelia.
Empetrum.
Ribes.
Vaccinium.
Arbutus.
Melaftoma.
Diospyros.
Atropa.
Mandragora.
Solanum.
Convallaria.
Melothria.
Calla.
Arum.
Dracontium.
Columnea.
Befleria.
Fuchfia.
Samyda.
Grewia.
Muntingia.
Breynia.
Morifona.
Capparis.
Crefcentia.
Crateva.
Marcgravia.
Mammea.
Pfidium.
Catesbaea.
Brunfelfia.
Genipa.
Lycium.
Ceftrum.
Carica.
Actaea.
Phytolacca.

2.

PLANTAE BACCATAE. §. 69.

2. *Exſuccae.*
Trientalis.
Capſicum.
Celaſtrum.
Euonymus.
Cyclamen.
Stratiotes.
Nymphaea.
Dillenia.
Cluſia.
Meſembryanthemum.
Strychnus.
Caſſia.
Mimoſa.
Tamarindus.
Epidendron.
Raphanus.
Crambe.
Ulmus.
Ptelea.
Heliocarpos.
Linnaea.
Mirabilis.
Trifolium.
Sparganium.
Adonis.
Amygdalus.
Juglans.
Brabejum.
Aparine.
Gallium.
Aſperula.
Valantia.

3. *Baccae Spuriae.*
α. *e calyce.*
Morus.
Cuſcuta.
Blitum.
Chenopodium.
Ephedra.
Coriaria.
Poterium.
Adoxa.
β. *e receptaculo.*
Roſa.
Ficus.

Dor-

PLANTAE BACCATAE. §. 69.

Dorſtenia.
Fragaria.
Anacardium.
Rhizophora.
Taxus.
Laurus.

γ. *e ſemine.*

Praſium.
Magnolia.
Rubus.

δ. *Poma.*

Malus.
Punica.
Averrhoa.
Muſa.
Zanonia.
Cucurbita.
Cucumis.
Trichoſanthes.
Fevillea.
Sicyos.
Bignonia.

ADHAERENTES. §. 68.

Calyce.
Arctium.
Marrubium.
Neurada.
Agrimonia.
Rhexia.
Centaurea.
Asperugo.
Rumex.
Urtica.
Parietaria.
Plumbago.
Linnaea.
Sigesbeckia.

Pericarpio.
Triumfetta.
Heliocarpus.
Aparine.
Valantia.
Circaea.
Vella.
Calligonum.
Glycyrrhiza.
Hedysarum.
Scorpiurus.
Hippocrepis.
Aeschynomene.
Petiveria.
Triglochin.
Craniolaria.
Martynia.

Semine.
Verbena.
Blairia.
Cynogloſſum.
Myoſotis.
Lappula.
Daucus.
Sanicula.
Caucalis.
Arctopus.
Bubon.
Ranunculus.
Avena.
Bidens.
Verbeſina.
Boerhavia.

ELASTICAE. §. 67.

Cartilagine.
Hura.
Impatiens.
Oxalis.
Diosma.
Euphorbia.
Dalechampia.
Ricinus.
Tragia.
Jatropha.
Croton.
Mercurialis.
Clutia.
Andrachne.
Phyllanthus.
Acalypha.
Cliffortia.

Mucrone.
Justicia.
Lathraea.
Ruellia.

Fibris.
Momordica.
Cucumis.
Cardamine.

Reptatu.
Sigesbeckia.
Avena.
Crupina.
Equisetum.
Filices.

INFLATAE. §. 66.

Calyce.	Phyſalis.	*Pericarpio.*	Colutea.
	Cucubalus.		Fumaria.
	Trionum.		Cicer.
	Trifolium.		Staphylæa.
	Atractylis.		Melochia.
	Hernandia.		Cardioſpermum.
			Dodonaea.
			Leontice.
			Scheuchzeria.

ALATAE. §. 66.

Calyce.
Atriplex.
Lippia.
Rumex.
Rajania.
Humulus.
Carpinus.

Pericarpio.
Acer.
Fraxinus.
Isatis.
Hæmatoxylum.
Bannisteria.
Triopteris.
Begonia.
Paullinia.
Ulmus.
Ptelea.
Dioscorea.
Hippocratea.

Semine.
α. Abies.
Pinus.
Liliodendron.
Betula.
Alnus.
Conocarpus.
Plumeria.
Cameraria.
Bignonia.
β. Corispermum.
Spergula.
Chelone.
Rhinanthus.
Hesperis.
Clypeola.
Imperatoria.
Heracleum.
Thapsia.
Pastinaca.
Anethum.
γ. Artedia.
Tordylium.
Laserpitium.
Thalictrum.
Tetragonia.

PENNATAE. §. 66.

Plumis.
Valeriana.
Crepis.
Hypochoeris.
Picris.
Leontodon.
Scorzonera.
Tragopogon.
Atractylis.
Serratula.
Cynara.
Carduus.
Carlina.
Stoehelina.
Stoebe.
Eupatorium.
Tarchonanthus.
Gnaphalium.

Pilis.
Prenanthes.
Lactuca.
Chondrilla.
Hieracium.
Andryala.
Hyoseris.
Sonchus.
Gerbera.
Arctium.
Onopordum.
Santolina.
Elichrysum.
Kleinia.
Xeranthemum.
Conyza.
Erigeron.
Tussilago.
Doronicum.
Gossypium.
Solidago.
Aster.
Tridax.
Othonna.
Leucadendron.
Cnicus.
Centaurea.
Eriocaulon.
Elephantopus.
Epilobium.
Nerium.
Ceropegia.

Sta-

PENNATAE. §. 66.

	Stapelia.	*Cauda.*	Pulſatilla.
	Aſclepias.		Clematis.
	Periploca.		Dryas.
	Cynanchum.		Geum.
	Apocynum.		Salix.
	Eriophorum.		Populus.
	Xylon.		Tamarix.
Calyce.	Lapſana.		Platanus.
	Catananche.		Tillandſia.
	Ageratum.		Renealmia.
	Helenia.		Typha.
	Tagetes.		Lagurus.
	Arctotis.		Arundo.
	Scabioſa.		Saccharum.
	Dipſacus.		
	Brunia.		
	Lagoecia.		
	Statice.		
	Trifolium.		

SCANDENTES. §. 64.

Volubiles.
Nyctanthes.
Cuſcuta.
Convolvulus.
Helxine.
Humulus.
Phaſeolus.
Lonicera.
Cynanche.
Ceropegia.
Ipomoea.
Meniſpermum.
Tamus.
Rajania.
Ciſſampelos.
Plukenetia.
Banniſteria.
Securidaca.
Ariſtolochia.
Dolichos.
Clitoria.
Glycine.
Euphorbia.
Petraea.
Tetracera.
Hippocratea.
Marcgravia.
Gronovia.
Poinciana.

Cirrhoſæ.
Trichoſanthes.
Cucurbita.
Cucumis.
Sicyos.
Momordica.
Begonia.
Fevillea.
Paſſiflora.
Smilax.
Bignonia.
Dalechampia.
Vitis.
Paulinia
Cardioſpermum.
Piſum.
Lathyrus.
Vicia.
Cicer.

SCAN-

SCANDENTES. §. 64.

Radicaules.	Hedera.
	Craſſula,
	Epidendron.
	Piper.
	Saururus.
	Arum.
Sarmentoſae.	Rubus.
	Clematis.
	Capparis.
	Solanum.
	Jaſminum.
	Tropaeolum.
Paraſiticae.	Epidendron.
	Tillandſia.
	Viſcum.
	Cuſcuta.
	Muſci.
	Lichenes.
	Fungi.
	Aſarum.

ARMATAE. §. 80.

Spinosae.
Ulex.
Spartium.
Genista.
Cytisus.
Ononis.
Achyronia.
Rhamnus.
Lycium.
Catesbaea.
Celastrus.
Hippophae.
Pisonia.
Citrus.
Prunus.
Poterium.
Atraphaxis.
Stachys.
Ximenia.
Cichorium.
Osteospermum.
Amaranthus.
Mesembryanthemum.

Caule aculeatae.
Urtica.
Jatropha.
Acalypha.
Aralia.
Drypis.
Fagonia.
Justicia.
Barleria.
Duranta.
Asparagus.
Cleome.
Solanum.
Mimosa.
Parkinsonia.
Gleditsia.
Caesalpina.
Berberis.
Ribes.
Capparis.
Volkameria.
Robinia.
Xylon.
Erythrina.
Tragacantha.

Cactus

ARMATAE. §. 80.

Foliis aculeatae.
- Cactus.
- Geranium.
- Euphorbia.
- Nicotiana.
- Aloe.
- Bromelia.
- Ilex.
- Hippomane.
- Malpighia.
- Dodonæa.
- Ovieda.
- Theophrasta.
- Ruscus.
- Salsola.
- Juniperus.
- Morina.
- Carduus.
- Carlina.
- Cynara.
- Acanthus.
- Gundelia.

Floribus aculeatae.
- Cliffortia.
- Heisteria.
- Statice.
- Carduus.
- Carthamus.
- Cnicus.
- Centaurea.
- Moluccella.
- Galeopsis.
- Tragopogon.

Fructu aculeato.
- Trapa.
- Tribulus.
- Xanthium.
- Argemone.
- Hibiscus.
- Urena.
- Datura.
- Spinachia.
- Cenchrus.

CARNOSAE. §. 57. 58.

Succulentae.
Euphorbia.
Cactus.
Mesembryanthemum.
Stapelia.
Plumeria.
Cotyledon.
Sedum.
Crassula.
Rhodiola.
Tillaea.
Sempervivum.
Aizoon.
Kleinia.
Aloe.
Yucca.
Bromelia.
Tillandsia.
Renealmia.
Epidendron.
Phyllanthus.
Anacampseros.
Portulaca.
Geranium.
Oxalis.
Saxifraga.

Denticulatae radice.
Lathraea.
Phelypaea.
Squamaria.
Aeginetia.
Martynia.
Oxalis
Orobanche.
Obularia.
Monotropa.
Dentaria.
Tozzia.
Adoxa.
Cynomorium.

Bulbiferae.
Lilium.
Dentaria.
Bistorta.
Allium.
Porrum.
Brassica.
Saxifraga.
Ranunculus.
Ornithogalum.

MINI-

MINIMAE SEMINE. §. 73.

Herbae.	Campanula.	*Filices*	omnes.
	Trachelium.	*Muſci*	omnes.
	Jaſione.	*Lichenes*	omnes.
	Lobelia.	*Fungi*	omnes.
	Ammannia.		
	Anthericum.		
	Nepenthes.		
	Monotropa.		
	Pyrola.		
	Orchis & *affines.*		

AMBIGUAE. §. 64.

In eodem genere aliae Herbae, aliae Arbores.

Thymus.
Satureja.
Teucrium.
Hyſſopus.
Lavendula.
Roſmarinus.
Leonurus.
Verbena.
Salvia.
Stachys,
Erythrina.
Medicago.
Trifolium.
Hedyſarum.
Colutea.
Coronilla.
Crotalaria.
Polygala.
Aeſchynomene.
Mimoſa.
Caſſia.
Euphorbia.
Aſparagus.
Juſticia.
Ricinus.
Croton.
Poterium
Phyllanthus.
Atriplex.
Urtica.
Hypericum.
Aſcyrum.
Alyſſum.
Ariſtolochia.
Piper.
Arundo.
Nicotiana.
Chironia.
Solanum.
Capſicum.
Datura.
Sambucus.

A M.

AMBIGUAE. §. 64.

Aralia.
Linum.
Craſſula.
Sedum.
Ruta.
Silene.
Potentilla.
Ciſtus.
Tetragonia.
Pyrola.
Echinops.
Carthamus.
Atractylis.
Arctotis.
Othonna.
Oſteoſpermum.
Parthenium.
Baccharis.
Eupatorium.
Bidens.
Senecio.
Conyza.
Eriocephalus.
Aſter.
Solidago.
Helianthus.
Erigeron.
Chryſocoma.
Santolina.
Artemiſia.
Gnaphalium.
Xeranthemum.
Scabioſa.
Globularia.
Bupleurum.
Phyſalis.
Cornus.
Echium.
Zygophyllum.
Dianthus.
Geranium.
Hermannia.
Urena.
Sida.
Malva.
Hibiſcus.
Goſſypium.

A M-

AMBIGUAE. §. 64.

Simplices absque ramis.

Hura.
Jatropha.
Theophrasta.
Musa.
Polypodium.
Yucca.
Carica.
Crinum.
Palmae *omnes.*

SEMPERVIRENTES. §. 64.

Hesperides.

Citrus.
Laurus.
Myrtus.
Padus.
Buxus.
Ruſcus.
Smilax.
Daphne.
Arbutus.
Myrica.
Tinus.
Hedera.
Ilex.
Vaccinium.
Pyrola.
Andromeda.
Ledum.
Rajania.
Nerium.
Plumeria.
Thevetia.
Coffea.
Piſtacia.
Ceratonia.
Azalea.
Olea.
Cliffortia.
Borbonia.
Phylica.
Barreria.
Leucadendron.
Protea.
Hippomane.
Dioſma.
Pſoralia.
Quercus.
Ciſtus.
Halimus.
Lawſonia.
Lavendula.
Roſmarinus.
Hysſopus.
Thymus.
Satureja.
Muſa.
Palmae.

SEM-

SEMPERVIRENTES. §. 64.

Acerosae.

Abies.
Pinus.
Cupresſus.
Thuja.
Juniperus.
Taxus.
Ephedra.
Erica.
Brunia.
Empetrum.
Ulex.
Spartium.

SYLVA. §. 64.

1. *Arbores maximae.*

Xylon.
Platanus.
Acer.
Efculus.
Fraxinus.
Ulmus.
Tilia.
Crataegus.
Sorbus.
Anona.
Magnolia.
Liriodendron.
Alnus.
Betula.
Populus.
Morus.
Celtis.
Quercus.
Fagus.
Juglans.
Carpinus.
Padus.
Pyrus.
Robinia.
Theobroma.
Byxa.
Melia.

SYLVA. §. 64.

2. *Sepiariae mediae.*

Euonymus.
Jaſminum.
Nyctanthes.
Liguſtrum.
Syringa.
Juſticia.
Cornus.
Rivina.
Ilex.
Lonicera.
Rhamnus.
Phylica.
Myrſine.
Ribes.
Dioſma.
Tinus.
Viburnum.
Opulus.
Sambucus.
Tamarix.
Berberis.
Paſſerina.
Cliffortia.
Philadelphus.
Spiraea.
Thea.
Mimoſa.
Caſſia.
Poinciana.
Triumphetta.
Heliocarpus.
Hermannia.
Amorpha.
Geniſta.
Spartium.
Ulex.
Borbonia.
Cytiſus.
Colutea.
Anagyris.
Piſtacia.
Myrica.
Phyllis.
Buxus.

Co-

SYLVA. §. 64.

2. *Sepiariae mediae.*

Corylus.
Halimus.
Salix.
Juniperus.
Thuya.
Hippophae.
Lantana.
Leucadendron.
Protea.
Royena.
Nerium.
Volkameria.
Turnera.
Struthia.
Lachnaea.
Clutia.
Globularia.
Prunus.
Mespilus.
Myrtus.
Amygdalus.
Phillyrea.
Vitex.
Atraphaxis.
Solanum.
Paullinia.
Bannisteria.
Lonicera.
Rosa.
Rubus.
Bignonia.
Capparis.
Passiflora.
Smilax.

SYLVA. §. 64.

3. *Arbores fruticulosae.*

Buxus.
Erica.
Empetrum.
Vaccinium.
Ruscus.
Ephedra.
Myrica.
Viscum.
Andromeda.
Azalea.
Cneorum.
Daphne.
Thymus.
Satureja.
Ruta.
Cistus.
Pyrola.
Potentilla.
Linum.
Alyssum.
Poterion.
Salvia.
Lavandula.
Hyssopus.
Chrysocoma.
Artemisia.
Globularia.

ANDREAE CELSII

ASTRONOM. PROF. REG.

ORATIO

DE

MUTATIONIBUS GENERALIORIBUS

QUAE IN SUPERFICIE CORPORUM COELESTIUM CONTINGUNT

HABITA

UPSALIAE DIE XXII JUNII, ANNI MDCCXLIII.

In Solemni Promotione Magisteriali.

Aud. O. O. honoratiſſimi, exoptatiſſimi.

DEo T. O. M. ante omnia immortales agimus gratias, quod haec Heliconis noſtri triennalia ſacra, hunc rurſus Camenarum noſtrarum feſtum diem illuxiſſe videamus. Superat haec felicitas vota noſtra, cum ſperare vix potuerimus, tam turbulento tempore in Academico hoc templo virtutis praemia diſtribui poſſe. Id vero antequam fiat, pro more ſolemni quaedam in anteceſſum apud vos, Auditores, mihi facienda ſunt verba, eaque non multa, neque cogitata, ſed qualia fundere ſolent, qui temporum ſpatiis excluſi, ſumma rerum perſtringunt, multaque relinquunt commemoranda aliis, qui otio & ingenio abundant.

In animum itaque induxi nonnulla de *mutationibus generalioribus*, *quae in corporibus coelestibus contingunt* disserere. Quo quidem in argumento explicando, ut Physici potius quam Astronomi partes in me suscipiam, ita si conjecturis, quas Astronomorum schola ignorat, aliquanto liberius indulgendo, vestrum, Auditores, assertis meis assensum penitus mihi polliceri non audeam; spero tamen Vos meis argumentis veritatis saltem speciem non fore denegaturos. Patientia autem vestra ne abutar, omni, quo decet, studio providebo. Illa est naturae universae ordo, concinnitas & harmonia, ut ex aliquot specialibus perspectis ejus consuetudinibus, leges nobis formare queamus generales. Certe observamus naturam sibi semper & ubique esse similem, adeo ut ex similibus effectis ad causas similes, & sic a rebus visis ad non visas tuto satis fieri queat conclusio. Quare in planeta nostro, quem coram aspicimus, de reliquis ejusdem generis, conjecturam faciemus.

Si vero *globum terraqueum* attenta mente per-

perluſtraverimus, duabus potiſſimum mutationibus eum obnoxium eſſe, facile deprehendemus. Scilicet faciem planetae noſtri externam aut *inundatio* aut *inflammatio* alternis vicibus ſeſe invicem ſuccedentes mutare valent; ita tamen, ut nunquam integra Terrae ſuperficies hanc alterationem patiatur, ſed ut ſemper ſint aliqui tractus reſidui, diluvii vel incendii expertes, qui generi hominum & animalium ab interitu ſervando ſufficiant. Unde facile intelligetis, mihi heic non ſermonem eſse de diluvio Noachico, & incendio Terrae circa finem Mundi futuro; quippe quae univerſaliſſima ad mentem Theologorum noſtrorum non naturali modo explicanda.

Diluvii monumenta adeo ſunt evidentia & ubique obvia, ut in Hiſtoria Naturali plane hospes ſalutari mereatur, cui ullum ea de re ſuboriri poſſit dubium. Sane Terram, quam incolimus, fundum mari olim praebuiſse, apertiſſime conſtat. Et quidem ſi nobis imaginemur, externam Telluris cruſtam, lapidibus fractis, arena, argilla, & terra nigra ſiccam, aquarum

inundatione obrui, & praeterea haſce aquas inſigni altitudine donatas ab oriente verſus occidentem rapidiſſimo motu agitari, non mirabimur amplius, animalia tam terreſtria quam aquatica, imo vegetabilia variarum terrarum ſtratis involuta fuiſse: montium juga ab auſtro ferme verſus boream protenſa, & a parte occidentali non raro majori praecipitio inclinata: immo ſaxorum fruſta irregulari modo fracta continuo aquarum motu rotunditatem & laevitatem acquiſiviſse. Inſigne nobis praebet exemplum dorſum illud arena & lapidibus rotundis accumulatum, cui arx Regia civitatis noſtrae eſt impoſita, quodque per multa milliaria, ſerie licet interdum lacubus, fluviis, & vallibus interrupta, producitur.

Quod autem incendium olim maximum hujus globi partem vaſtaverit, non pauca nobis ſupereſse veſtigia videntur. Montes enim variique generis lapides olim ſine dubio fluidi, utpote aquarum vi congeſti, jam vero duriſſimi, non niſi ope caloris & ignis conſolidari potuerant. Imo, inter

ig-

ignis indicia Ill. LEIBNITIUS in *Protogaea* habet „ non tantum ſalem fixum maris, „ ſed & multiplicia naturae ſubterranea o- „ pera, effectis Laboratoriorum Chemico- „ rum gemina, fuſioni, ſublimationi, ſo- „ lutioni, praecipitationi Vulcanicae tri- „ buenda. „

Plures autem inundationes globum noſtrum paſsum fuiſse haud obſcure probant montes duriſſimi in ipſo ſaepius mare poſiti, quos noviſſimum diluvium non congeſſiſse videtur. Puto enim, antiquiorem extitiſse inundationem, quam deinde inſecuta eſt conflagratio montes hoſce indurans.

Ceterum has planetae noſtri mutationes omnis teſtatur antiquitas, quantum quidem per literarum in poſteritatis memoriam tranſire potuit. Etenim non pauca in Graecorum ſcriptis inveniuntur teſtimonia, quae ſine dubio antiquiſſimae traditioni Chaldaeorum & AEgyptiorum debentur. Ut ceteros taceamus, divinus PLATO in *Timaeo* ſic loquitur Latine verſus: *Multa & varia hominum exitia fuerunt, e-*

runt-

runtque : Maxima quidem aut ignis conflagratione, aut aquae inundationibus provenire neceſſe eſt. Nam quod apud vos fertur, Phaëthontem quondam Solis filium currus aſcendiſſe paternos, nec patris aurigatione ſervata, exuſſiſſe terrena, ipſumque flammis coeleſtibus conflagraſſe, quamvis fabuloſum videatur, verum quodammodo eſſe putandum eſt. Fit enim longo temporum intervallo coeleſtis circuitus permutatio quaedam, quam inflammationis vaſtitas neceſſario ſequitur. Tunc hi, qui edita & arida incolunt loca, magis pereunt, quam mari fluviiſque vicini. Quando vero Dii aquarum colluvione terrae ſordes deluunt, paſtores ovium atque bubulci, qui juga montium habitant, periculum illud evadunt.

Si porro Telluris noſtrae internam ſtructuram perpendamus, haud aliena a vero videtur ſententia Cl. HALLEJI, qui Tellurem concipit, ut gemmeum Magnetem, conſtructum nempe ex cruſtra exteriori & nucleo vel globo minori, qui circa commune centrum cum cruſta illa revolvitur. Hac poſita hypotheſi omnium opti-

time mutationes declinationis magneticae poſſunt explicari: quod ſcilicet declinatio nec in omnibus locis, nec omni tempore ſit eadem.

Deinde in hujus opinionis robur addere liceat, me ex obſervationibus per aliquot annos jam continua ſerie circa aberrationem declinationis magneticae diurnam inſtitutis deprehendiſse, hanc acus mutationem eſse ſatis ordinatam, & multa probabilitate exiſtentiam globi interni vel *planetae*, ut ita dicam, *ſubterranei* indigitare.

Data ſic qualicunque planetae, quem inhabitamus, idea, in triplici ſtatu eum conſiderare juvat. *Primus* erit *inundationis*, *alter intermedius*, *tertius* denique *conflagrationis*.

Deficientibus annalium monumentis non licet nobis horum ſtatuum moram definire. Id tamen certum eſt, Tellurem jam in ſtatu intermedio poſitam eſse. Scilicet diluvium ante plurima retro ſecula contigit, & poſt multa forte annorum millia maxi-

maxima pars cruſtae terreſtris igne conflagrabit. Innumera ſunt documenta in patria noſtra obvia, quae dilucide evincunt tam *Sinum Bothnicum* quam *Mare Balthicum* pedetentim litora ſua deſerere, & fundum ſuum ſenſim habitabilem reddere. Civitates noſtrae maritimae, ut *Hudiksvallia*, *Pitea*, *Lulea*, &c. quae olim navibus majoribus commodos praebuere portus, hodierno tempore naviculis vix poſsunt attingi; adeo ut coacti fuerint cives priſtinas deſerere ſedes, novasque propius ad mare urbes exſtruere. Scopuli nunc apparent & inſulae, priſcis temporibus minime viſae. Imprimis obſervatu digni ſunt lapides iſti litorales, qui olim cum ſuperficie maris aeque fere albi, & phocis capiendis fuere idonei, nunc vero ſupra aquas marinas inſigniter elevati huic negotio non amplius inſerviunt. Horum itaque ſupra libellam maris altitudinem menſuravi, & ex cognito tempore, quo piſcatores noſtri illis quondam uſi ſunt, deprehendi, centum annorum ſpatio altitudinem maris quatuor pedibus Suecanis cum dimidio diminutam fuiſse. Ad litora de-

ni-

nique Angliae & Galliae non pauca notavi indicia diminutionem maris adſtruentia. Quare probabile eſt, totum Oceanum & omnia Maria idem cum Oceano aequilibrium ſervantia, ſenſim decreviſſe. Et ſi eadem lege aquarum in poſterum decrementa continuarent, poſt quinque aut ſex annorum millia maxima aquarum parte Tellus privaretur, & vapores non amplius in aërem tanta copia aſcenderent. Hinc aër ſenſim purior evaderet, & particulis aqueis tandem liberaretur. Imo, oriretur atmoſphaerae conſtitutio valde diverſa ab illa, quam hodie obſervamus. Continuato ſic Telluris ſtatu intermedio per longum annorum intervallum, tandem ex communi Solis & ignis ſubterranei actione, maxima ſuperficiei terreſtris pars comburi incipiet. Tellus itaque in ſtatu incendii conſtituta priorem antea aërem vaporibus copioſe ſurgentibus replebit. Unde atmoſphaera haec praeſenti longe denſior & altior ut evadat, veriſimile eſt. *Conflagratione tandem peracta, cruſtam Terrae vitrificationis quoddam genus cum LEIBNITIO diceres, & baſin Terrae eſſe vitrum,*

cu-

jus fragmina ſunt arenae : unde poſtea demum admixtione ſalium & circulatione aquarum atque vaporum varia terrarum genera ſunt nata. Porro cruſta hac refrigerata, ex aëre vaporibus refertiſſimo pluvias in terram abunde deſcendere, ejusque ſuperficiem inundare neceſſe eſt.

Sed longius juſto, Auditores, haeremus in ſuperficie globi noſtri. Surgamus jam ad corpora coeleſtia, Telluris theoriam ad illa applicaturi.

De *Mercurii* Soli admodum vicini mutationibus nihil certi pronunciari poteſt, ſiquidem vel optimis teleſcopiis nihil niſi eximiam claritatem in ejus ſuperficie detexerunt Aſtronomi.

In *Venere* autem maculae, BLANCHINO teſte, apparent conſtantes & immutabiles. Unde probabile eſt, hujus planetae cruſtam eſſe aridam, & diverſa tantum materie radios Solis magis vel minus reflectente conſtare; & ſic aërem ibi eſſe puriorem, globumque Veneris eſſe in ſta-

tu

tu intermedio, ſed ad conflagrationem propius vergente.

In planeta *Marte* maculae plerumque conſtantes, non raro tamen aliter formatae ſpectantur. Hinc conjicimus, Martis globum ad incendium propius acceſſiſse, quam Tellurem noſtram, & in Marte adhuc dari quasdam diluvii reliquias: unde vapores aſcendunt licet tenues, qui nubes formando interdum maculas cruſtae adhaerentes aliquantulum deformare nobis apparent.

Ad vaſtiſſimam *Jovis* molem ordo nos jam deducit, Auditores. In hoc globo multae apparent zonae aequatori ipſius parallelae, quae non raro & numero & mutua inter ſe diſtantia differunt. Saepius tamen hae faſciae eodem loco generari ſpectantur, quo disparuerunt. Saepe etiam macula per aliquot annos fuit inviſibilis. Videntur haec phaenomena indigitare Jovis corpus in eodem fere cum Tellure noſtra ſtatu verſari, & faſcias illas haud inepte, cum Cel. CASSINO, per maria repraeſentari poſſe, quae ex varia & mutabi-

li ſatellitum attractione vel gravitatione continuum fluxum patiuntur & refluxum. Quum autem ex maribus ſemper aſcendant vapores; non mirum, ſi interdum nubes marium vel zonarum aſpectum nobis terricolis denegaverint; & ſaepe intra duarum horarum ſpatium faſciam diſparere fecerint.

Saturni mirabilem ſtellam contemplaturis, annulus ille mox nobis objicitur, qui inſigni gaudet latitudine, craſſitie autem minus ſenſibili. Ex obſervationibus praeterea conſtat, hunc annulum eſſe aliquantulum inaequalem, & linea obſcura in duas partes ſecari. Ceterum ex faſciarum in globo Saturni apparentium figura minus juſto elliptica concludit Cel. CASSINUS, eas ad ingentem a Saturni corpore diſtantiam poſitas eſſe, & forte ad ipſius annuli circumferentiam exteriorem. Videtur quidem hic annulus nullam cum Tellure & ceteris planetis habere ſimilitudinem. Verum ſi in memoriam revocemus ea, quae de Terrae nucleo dicta ſunt, fortè ſtatuendum, ipſum Saturni globum olim nucle-

cleum fuiſſe longe majoris planetae; annulumque eſse reliquias cruſtae veteris globum Saturni olim includentis. Fieri potuit, ut cruſta illa, durante incendio, quoad duriores ſui partes nucleo vicinas dilacerata, & tandem in cineres & vapores redacta, partimque in nucleum delapſa, partim vero per atmoſphaeram Saturni diſperſa fuerit, relicta ſolummodo ſolidioris cruſtae verſus globi Saturnii AEquatorem particula, ubi forte nulla exſtitit inflammatio, ſed ubi Saturnicolae conflagrationis tempore ſuum quaeſivere refugium. Fafciae autem illae nubium formam repraeſentant, praecipue ſi concipiamus, eas vento quodam perpetuo orientali vel cum AEquatore parallelo ferri. Et quoniam nemo adhuc maculam aliquam in Saturno conſtantem detegere potuit, veriſimile eſt, planetam hunc in ſtatu fere diluvii eſse conſtitutum.

Relictis planetis primariis, ſecundarios jam perluſtrabimus, Auditores, & quidem Satellitem noſtrum *Lunam*. Ex phaenomenis in Luna viſis ſtatui poſse videtur,

globum ejus eſse in eadem ferme conditione cum Venere; ſcilicet in ſtatu intermedio, ſed ad conflagrationem propius accedente. Maria enim & fluvii ibidem non dantur: undique ingentes occurrunt cavernae, valles, & montes, qui eam ob cauſam noſtris montibus altiores exiſtunt, quod maria in Luna ſint exſiccata. Fiunt pariter montes noſtri ex continua maris diminutione altiores. Quum autem in Luna nullae obſerventur nubes, ſequitur aërem ibi eſſe puriſſimum ſeu vaporibus deſtitutum, & minus ſenſibilem cum aethere habere differentiam.

Satellites Jovis ſuas habere maculas & quidem ampliſſimas certum eſt. Nam comparent ut corpora nigricantia in Jovis diſco; imo non raro idem ſatelles nunc obſcurior nunc lucidior. Sic etiam *Saturni ſatellites* non eodem ſemper lumine fulgent, verum interdum penitus diſparent; certe quintus ſaepiſſime in circuli ſui parte orientali eſt inconſpicuus. Non licet adhuc determinare, num maculae ipſi ſatellitum ſuperficiei adhaereant, vel num inſtar nubium

bium in atmoſphaeris eorum natent & vagentur.

Cometarum ſuperficiem ob denſiorem, quae eos ambit, atmoſphaeram, accurate teleſcopiis rimari, non licuit. Interim probabile eſt, illorum caudas eſse vapores ex vapore Solis ſurgentes; adeo ut quo propius Soli in perihelio admoveantur, eo longiores ſpargant caudas. Unde etiam conjicimus, illos cometas, qui cauda deſtituti *criniti* vel *cincinnati* vocantur, in perihelio ſuo longius a Sole diſtare. Et videntur diluvii & conflagrationis periodi in Cometis ſatis eſse regulares. Scilicet in perihelio vehementi Solis aeſtu accenſi ingentem vaporum vim emittunt; ad aphelium vero properantes, aëre refrigerato, condenſatis vaporibus & pluviis inundantur.

Relictis jam corporibus opacis ad lucida progredimur, & quidem primo ad *Solem* in centro noſtri ſyſtematis quieſcentem. Facile praevideo, Auditores, vos ſine haeſitatione dicturos Solem in ſtatu confla-

grationis verſari. Et id quidem merito. Tanta enim eſt iſtius corporis amplitudo, ut Solis diſcus ardere appareat totus, licet inter partes conflagrantes ſint ſpatia Europae vel Aſiae aequalia. Quare maculae ſolares poſsunt eſse cruſtae terreſtres incendio liberatae. Profecto ex phaenomenis macularum conſtat, partes interdum dari in Sole non incenſas, quae Tellurem noſtram bis, ter, imo quater magnitudine ſuperant. Quis vero tantis terrarum ſpatiis ſuos denegare vellet incolas? Fuere etiam tempora, ſi annalibus Romanis credimus, quibus Sol per integrum annum obſcurior apparuit, igne nempe per maximam ejus partem vel penitus extincto, vel fumo denſiori involuto. Flamma enim non niſi fumum accenſum repraeſentat. Nec mirabimur, Solem potuiſse per tanta temporum intervalla in ſtatu inflammationis perſeverare, ſi reſpexerimus montes noſtros ignivomos, qui jam per duo annorum millia, & forte adhuc plura, ſi monumenta adeſsent, interrupta licet ſerie, flammas evomuerunt.

Si

Si ceteros in mundo Soles, vel *ſtellas fixas* ſpectemus, quam plurimis illas mutationibus obnoxias eſse patet. Etenim multae magnitudinem ſuam mutarunt apparentem, ut ſatis ſuperque conſtat ex *Ptolemaei* aliorumque catalogis cum Coelo hodierno collatis. Cujus quidem phaenomeni ratio non alia eſse videtur, quam quod incendium majorem vel minorem ſuperficiei ſtellae occupaverit partem. Reperiuntur quoque ſtellae, quae regulares in luminis ſui diminutione & incremento ſervant periodos, eam ſine dubio ob cauſam, quod alterum hemiſphaerium maxima parte extinctum ſemel in qualibet circa axem revolutione nobis obvertant. Quod autem in quolibet reditu non aequali ſemper lumine ſplendeant, aut multitudini, aut paucitati partium accenſarum tribuendum eſse, nemo non videt. Porro, ceſſante conflagratione, ſtellae non poſsunt non penitus diſparere, ut ſeptima illa Plejadum, quae jam a multis annis non viſa, ante Trojae tamen excidium apparuiſse dicitur. Quando autem ſtella in ſtatu vel diluvii vel intermedio conſtituta, & conſe-

ſequenter inviſibilis, conflagrare incipit, *nova* nobis terricolis dicitur, uti illae, quae in Caſſiopaea & Serpentario ſubito fulſerunt, quaeque poſt ſedecim fere menſium ſpatium omnino diſparuerunt. Unde liquet, ſtatum inflammationis in corporibus coeleſtibus valde inaequales habere moras.

Stellae denique, quae *nebuloſae* dici ſolent, non niſi plurium ſtellarum vel corporum conflagrantium conſiſtere videntur congerie & frequentia, quae oculis vel nudis vel grandi teleſcopio armatis nebulam ſeu albedinem oſtendit.

Sed ſatis conjecturis noſtris luſimus, Auditores. Ad id, cujus gratia hic potiſſimum actus inſtitutus eſt, propius accedere fas eſt: &c.